SEXTVS TOMVS
RERVM POLON:
ARVM.

ANNOR

1526

1527

Rkp. 6550.

Caisse XII.
N. 108

EBN
108

Annus domini 1526.

Sextus thomus legationum responsionum literarum et rerum Polonicarum

Sub diuo Sigismundo primo rege Polonie: per Sapientm Senatorem Petrum Tomiczki Epm Cracouien. Regni Polonie Vicecancell. actarum dictarum consultarum et scriptarum.

Per me Stanislaum Gorski Cracouien Et Plocensem Canonicum, eius in Cancellaria Scriptorem collectarum. Et in Thomos tredecim digestarum.

Continet annos 1526 1527.

Sextus thomus Legationum responsionum literarum et rerum Polonicarum

Sub duo Sigismundo primo rege Poloniae per Sapientem Senatorem Petrum Tomiczki Epm Cracovien. Regni Poloniae Vicecancell. actarum dictarum consultarum et scriptarum.

Per me Stanislaum Gorski Cracovien. et Plocensem Canonicum eius in Cancellaria Scriptorem collectarum et in Thomos tredecim digestarum

Contract annos 1526 1527.

Lre Sigismundi primi regis Polonie ad Consiliarios, Pro Conuentu petrcouien pro die S. Nicolai sub fine anni 1525 : indicto.

MAgce Sincere nobis dilecte. Nescimus quo fato fiat tum nostro, tum reipublice, vt necessitates et pericula imminentia que nemo non videt, nemo non ignorat vt pote que ab inicio nobis semper impendent, nos semper vrgent et atterunt, sunt ea tamen nobis quottannis explicanda, quot annis de eisdem consulendum vt tandem hoc Saxum voluentes, hactenus illud euoluere nequiuerimus, Non ignorat tua S. vt Thartarus perpetuus et anniuersarius sit hostis nr, vt potens et paratus, vt semper in perniciem nostram intentus, cum eo nullum est nobis foedus, nulla pax condicta, Erat in procinctu hac lapsa Aestate summa vi adoriendi regnum et Dominia nra, eaq longius lacuisq solito populandi nisi seditio et turbe intestine cepta impediuissent, his compositis quin illius rabies anno futuro intendatur acrius, vt huic sarcire possit Et quod bello interno detrimenti accepit non auguramur solum, sed plane pro comperto habemus. Porro tametsi pax composita sit cum Principe in Prussia Status tamen illarum terrarum nrarum totus est hac noua heresi turbulentus et depranatus, que pestis adeo iam incrementum sumpsit, vt tolli nisi celeritate, et vi adhibita non posse plane videatur, relinqui vero si deberet, omnia magis misceret, summa imis equaret, Ordinem ac fidem omnem tolleret certissimamq ira dei et ruinam afferret. Quare ad obuiandum et consulendum tempori his malis impendentibus, et aliis negotiis reipublice, que coram latius explicabuntur, ne quid per nos neglectum vel pretermissum videri possit. Conuentum regni generalem Piotrkouie pro festo Sancti Nicolai proximo statuendum duximus Quem particularis in N. feria etc et communis terrestris in N. feria etc de more procedent hortamur tuam S. vt primum ad Conuentum particularem in N. et ad communem Terrestre in nouam Ciuitatem vbi de eligendis idoneis et plena facultate mun:

ctiis operam faciet. demum ad generalem Conuentum Piotrkouien' ad tempus designatum venire non moretur, vt illic vna nobiscum et cum aliis Consiliariis nris pro fide et prudentia sua oportune que opus sunt consulere et exequi possit Et bene valeat Datum Cracouie die S. Luce Euangeliste Anno M. D. XXV° regni nri Anno decimo nono

Sigismundus primus Rex Polonie Minoribus Castellanis et consiliariis

Generose fidelis dilecte, Non opus arbitramur explicare tue Sti que necessitates et pericula immineant reipublice nre cum non ignoret q potens et continuus sit hostis nr Thartarus, cum quo nullum est nobis foedus, nulla pax firmata cumq non nesciat qualia, et quam longa presidia in finibus sint in Conuentu preterito decreta. Preterea ingens perturbacio in terris Prussie prouisionem celerem et non vulgarem exposcit rebus omnibus hac noua heresi prorsus in ruinam labentibus Quare Conuentum generalem Piotrkouien' pro festo S. Nicolai proximo constituimus, que particularis in N. et communis terrestris in N. etc de more precedet, hortamurq tuam f. vt constituta prius in ipso particulari Conuentu N. et communi terrestri in N. demum ad generalem venire non negligat nobiscum illic et cum alijs Consiliariis nris super negotiis impendentibus consultura. Factura pro fide et gratia nostra Datum Cracouie die Sancti Luce Euangeliste Anno domini M. D. XXV°

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitaneis Terrarum.

Encrose fidelis dilecte. Exposcentibus ardmis reipublice negotiis instituimus Conuentum generalem regnicolarum in Oppido nro Piotrkow ad festum Sancti Nicolai proxime futurum, quem particularem in. N. et communis Terrestris in Noua Ciuitate Corczin feria sexta proxima ante festum Sancte Catherine de more precedent. Itaq3 mandamus tue f. vt istos Conuentus proclamari ac publicari faciat, in omnibus foris et congregationibus populi Ciuitatum et Oppidorum Capitaneatus sui, literas3 meas quas ad officiales et nonnullos Nobiles scripsimus ad eosdem perferri primum et diligentissime faciat, sic vt ad omnes deferantur. Que autem superscriptionem non habent eas his quos insigniores nouit intitulatas transmittat, pro officio suo et gra nra non aliter facturus. Datum Cracouie die Sancti Luce Euangeliste Anno dni M. D. XXV° regni vero nri decimo nono

clausula

Vbi vero tua F. in loco predicto pestem vigere intellexerit tunc habita mutua intelligentia cum Palatino et Castellanis quorum copiam habere poterit in aliquo alio oppido vel villa vicina proxime superius expresso ipsum Conuentum particularem proclamari mandet.

Sigismundus .I. Rex Polonie
Nobilitati regni Polonie

Generose fidelis dilecte. Exposcentibus arduis negotiis reipce cum propter multas alias causas, tum ob imminentes continuos et potentes hostes nros Thartaros, cum quibus nullum est nobis foedus, nulla pax firmata et terris Prussie heresi Luterana de ruinam valde inclinatis, celeri et non vulgari prouisione indigentibus indiximus Conuentum generalem Piotrkouie pro festo Sancti Nicolai proximo, quem particularis de more in N. precedet. Itaq hortamur tua F. vt ad ipsum Conuentum particularem proficiscatur. auditaq legatione nra consulat illic que oportuna videbuntur de ipsis impendentibus reipublice negotiis et Nunctios viros graues et ad res tractandas idoneos, cum plena facultate ad Conuentum generalem eligat. pro fide sua et gratia nra Datum Cracouie die Sancti Luce Euangeliste Anno domini M. D. XXV° regni nri decimo nono

Legatio ad Conuentus particulares a rege missa

Post dictam Salutem et graciam regiam, referendum Satisubilibet constare, q grauissima pericula, et q maxime necessitates regno et reipublice superimminent que etsi quot annis explicantur, quottannis de eis consulitur, fieri tamen non potest vt alie necessitates alias non generent, que autem Sacra regia et regnum q vehementer vrgeant et afficiant.

Thartarus perpetuus et anniuersarius hostis, vt potens est, vt pa:

ratus ut semper in deuastandum regnum ac in effundendum sa:
guinem Chrianum intentus et acer nemo est qui nesciat.

Hocq; illum Mti sue regie et regno fore grauiorem et atrociorem
qd ut ab Exploratoribus suis Mtas sua certo didicit feliciter
illigenti aduersus Thurcas successit

Cum eo nullum est Mti regie foedus, nulla pax condicta, adorna:
uerat se hac aestate preterita summa vi summisq; conatibus
adoriendi regnum, illudq; igni ferroq; longius latiusq; populandi,
nisi sedicio et turbe intestine apparatum et propositum impediui:
ssent.

His compositis certissimum est eum vires et rabiem suam aestate fu:
tura omni quo poterit maiori studio, et apparatu extensurum

Accedit ad hec alia noua et summa difficultas, quis cum Principe in
Prussia, ~~quis~~ pax composita est: Status tamen illarum terrarum
nrarum totus est hac noua heresi Luterana turbulentus et de:
prauatus

Preteritur hoc loco omnium rerum diuinarum et humanarum per:
turbatio et confusio. Sed rustici in illis terris pretextu Euan:
gelice libertatis, aduersus dominos suos arma sumpserunt
non paucosq; Nobiles et dominos suos interfecerunt, domos,
et Curias eorum cremauerunt, ad exemptum illorum rusticorum
qui nuper in Germania plurima contra Deum et relligionem
Chrianam Principesq; et dominos suos indignissime commiserunt

Hec autem pestis adeo incrementum sumpsit, ut tolli nisi celeritate
et vi adhibita non potest/scriptis ad Mtem regiam non vnis lris
Illtris dominus Dux in Prussia contra eiusmodi rusticos au:
xilium implorat, Mtas autem regia nullum presentius huic
morbo remedium hoc angusto tempore prestare poterit q qd vni:
uersam Nobilitatem terrarum suarum Prussie ad arma conci:
tauit: Interim, dum vna vobiscum consilium capiet quibus

modis huic malo et aliis calamitatibus resistendum erit.

Quare hortari Mtem suam tam dominos Consiliarios suos q Proceres et Nobilitatem vt ad Conuentum generalem Piotrkouien pro die festo Sancti Nicolai prestitutum Nunctios viros bonos graues, rerum peritos, cum plenissima facultate eligant et mittant qui vna cum Mte sua regia vniuersoq Senatu id consulere statuere et ordinare possint quod ad seruandam in tantis discriminibus, patriam, relligionem, Templa, vitam, vxores, libertatemq pertinere videbitur

Petro Tomiczki Epo Cracouien & Regni Polonie Vicecancell.

Andreas Crziczki Eps Premislien

Rme mi domine, domine benefactor graciosissime, Accurrit
hnc Nunctius domini Luce de Gorca Castellani Posnanien ex Conuentu illo Posnanie
habito, qui michi nichil referre sciuit, dominus eciam ipse Pos:
nanien se ad lras ad regem a se scriptas refert in omnibus, oste:
dit mihi tamen litteras dominus Nicol. de Sidlowicz castell Sandomirien a dno Epo Jone Latalski
Posnanien sibi scriptas, quibus ille scribit sua opera Conuentu
optime et concordissime actum, inductam Nobilitatem, ut secu
domini Nunctios eligerent, quod ante fuit amissum, electosq
nominacione dominorum, Castellanum Przemaxten, Judicem
Posnanien, dominum Jactorowski, Nobilitatis vero, Castella:
num Iremen, Castellanum Camenen, et Albertum Grudzenski
hi omnes Rme dne nouit vra dominatio Rma ex cuius
quadra herent, et licet michi placeant summopere tres primi,
placeat et concordia dominorum cum Nobilitate, reconciliatis
pene omnibus dno Posnanien. meluo tamen ne hic cortex dn:
taxat sit reipublice, nucleus vero priuate, non placet enim mi
hec cauda, litterarum ipsius domini Epi quam subiunxit his
verbis, In quem autem effectum venire debent ipsi Nuncty ad
Conuentum intelliget vra M. ex lris nris ad Mtem regiam
missis. profecto aliter fieri non potuit, nam et de concordia
nra cum Nobilitate nihil fuisset factum si hec non admisisse:
mus, sed lacius dicet dominus Vincentius Splawski quem ad
Mtem regiam in hac re mittimus, hec ille, michi suspicio est, non
datam plenam facultatem Nunctiis, aut aliquid eiusmodi, vnde
iterum frustra erit tempus et opera in Conuentu sumenda / q pri:
mum D. Vincencius veniet, mox omnibus ex illo cognitis perscri:
bam. vre Dni Rme per primum Nunctium / de occisa Sorore

Zebridowski rumor confirmatur, timet vterq; fr̄ casum aliquē Matris ex merore, itaq; vellet iste Senior, si cum grā fieri poss. D. vrē R̄ me, illo accurrere et matrem in tanta calamitate inuisere remq; disquirere et consulere cum amicis. id tamen in gratia et arbitrio. d. vrē R̄ mē esto. Cui me humiliter commendo Datū Cracouiē in Crastino Sanctē Catherinē Anno domini. M. D. XXV°

Andreas Crziczki Ep̄s Premislien̄
Petro Tomiczki ep̄o Crac: Vicecancello

R̄ Mē mi domine, dnē graciosissime. Scripsi paulo ante vrē. d. R̄ me mitti huc dominum Vincencium Splawski ex Conuentu Posnanien̄ is nondum appulit, verum quantum rumor fert, eandem esse omnium cantilenam, quam vrē. D̄nes in Noua Ciuitate audiuerunt, et quam fanaticus ille promissus rex est vaticinatus, venenum hoc a paucis membris iam in totum corpus dimanauit quibus ingeniis vel inuolucris educi possit, nisi dei manu non uideo, quotidiē hic nouos garritus alios aliis peiores audimus, ex quibus grauem aliquem casum reipublice nemo non ominatur, si motio erit bellica, non opus erit alijs vel Thurcis vel Thartaris. tamen quid aliud futurū sit non intelligo, hem priuatas cupiditates quarum suspicio vera licet aut falsa nisi totum vulgus infectum teneret, hēc mala non essent, que a malignis quidem ingeniis et pestiferis linguis inseruntur, sed non nisi occasione et materia p̄bita. Si saltem Princeps is esse vellet, qui in tanta licencia deberet, non laboraremus. facile enim hec omnia dudum sua auctoritate discussisset, nunc audio illum quod maxē miror, loquutū, innocentem se esse a sanguine iusti huius, cum de discrimine hoc Reipublice mentio incidisset, quasi alios no:

centes designans. dominus Deus det, vt omnes saniora aliquando cogitemus. Mi Rme dne, Doctor hic passus est repulsam in: dignam certe et indebitam, nam pter quod habita non sit ratio commendationum nrarum et Suffragiorum sanioris partis, etiam contra Statuta Baccalarius Doctori est Prelatus. dignetur itaq vra Rma D: opem illi ferre, et hunc errorem corrigere, quando quidem vt puto, eam habet potestatem. Cui me humiliter Commendo Datum Cracouie in Vigilia Sancti Andree.

Anno domini M. D. XXV°

Legatio ab Optimatibus et Nobilitate Terre Posnanien: ex conuentu particulari Posnanien: ad Regem missa.

NAiasnieishi Milos^vi Crolu, tak iako bil vaßa Cro: Mcz Sgem Wesrzedzie polozic raczil, gdzie viane, iß tam na ten czas morove powietrze iest, panowie porozumiawshi sie, przelozili ten Sgem. na tenze czas, na ktorei Weisrzedzie mial bicz do Posnania, i ziechali sie sam i Sliachti wielie, a niektorzi zbroinie w niemalim zebraniu bilij prziiechali na Sgem

Gdzieß wisluchawßi Posla vaßei Cro: Mczi i vota panow, naprzod rzec vczinili, Dziwiac sie iss tich czaßow, tak niebespiecznich od powietrza, ten Sgiem polozon W piotrkowie, powiedaiancz, iß widzacz sie tu w tim niebespieczenstwie zebranie, a wiedzacz iß tak sie w tim zebraniu pomießali, iß temu zona, drugiemu dzieczi pomarli, mowili wie to pan bog, iako sie potem zebraniu vyrzemi, i proßili panow, abi ku vaßei Cro: M. poslali, proßancz abi vaßa Cro: M. dla tei prziczini, na yni shi czas i na yinße miescze, bespiecznieiße ot powietrza ktore bi niebilo daliekie ot tich ziem ten Sgem przelozic raczil

Potim przipominali roznosc te ktora iesth miedzi pani, a miedzi

pospolitim czloviekiem, obaczaiac ią bic Shkodliva rzeczi pospo:
litei, a oznaimuiącz iß sie Spani ziednoczic chczieli, i ziedno:
czili, chcząc vedlie Starego obiczaiu, Spolem spani posli obie:
racz.

Tham powiedac poczeli, obcziązlivosczi vielie, ktore maią, na:
przod od wielkich, cziąßkich a zaßlich podatkow, oktorich
samich tilko Seimi zwikli biwacz przipominaiącz iß acz va:
ßa Cro. M. raczil bil obieczacz i namienicz niektore pany
i ludzie mądre, ku praw oprawieniu, a wßakoß ta rzecz Sku:
tku niewziela

Thu wiencz sa powiedzieli, iß ku takovemu dawno obieczanemu
praw oprawieniu, na czos vaßa Cro: M, na przeslim Sey:
mie listi dacz raczil, tilko ktemu posli obracz chczą i obrali

Czo sie kaczersthwa Luterskie° dotiche, movili Dziwiącz sie
iß vaßa Cro: M. tak dlugo wtei rzeczi cziezpiec raczil, mien:
niącz iß przeßle° liata, mogles vaßa Cro: M. iachac do Prus
a poniewash za naßim cziąßkim nakladem, tak wielie ludzi
Wrusi bes potrzebi, za tą valką ktorą Thatarowie miedzi
sobą mieli, tich ludzi tak vielie wrussi potrzeba niebilo, mo:
gles waßa Cro: M. onich ludzi niecho wziawßi do Prus ie:
chacz, a tam iednim nakladem oboiei potrzebie dossicz vczinic
a tak czo sie dotiche, itei Pruskiei rzeczi, i Thatarskiei, na
przißle liato baczącz iß iesth vxiązei ich M. dziesiącz tis:
siecz zlotich, ktore kxiąza liata przislego zlozicz mieli
oktorich nicz niewiemi, a miecz od nich chczemi, tudziesh
Czopowe i ostatek podathkow, ktorimi wiąncz, potrzebam
thim, opatrzenie bic moze wginą miarą, chiba tich praw
opravienia, poslow obracz niechczieli, prossącz Panow, abi
maiąncz wzgliąd, na przodki swe, ktorzi natich miesczach
siedzieli, naktorich oni siedzą dzis, tak raczili o dobrim
rzeczi pospolitey radzicz iakobi wtakowich cząstich a obcziąs:

liwich podatkach niesiedzieli, ktorich za przodkow za ich nie:
bivalo. Mieniacz iß ti takone podatki, tich vasni przeczi wko
panow narodzili.

PRzipominaiacz iako po valkach Pruskich ktore czternasczie
liath trwali, przes trzidziesczi liath zadne podatki niebili
vchwalioni, ani ich davali, Dziwiacz sie temu, iß onich czasow
teß takove krolestwo bilo iako i dzis, takove dochodi, i pozitki
dzis sa, i nat to, iescze wiaczei sie dochodow przicziniło, iako
czla nove, novi Sklad, i przedawanie Soli Wbidgosczei, i im:
ßes i prosili za to panow abi vedlug obichaiu przodkow Swoich
olepßim postanoviemu rzeczi pospolitei radzili.

Czo sie dotiche Soli ktora Wbidgoßcey przedavaia obchiazali so:
bie, iß niedoßipuia klod, i teß nieprzedadza iei cho komu potrze:
ba, ktobi mogl iei wziacz klodą albo czteri, temu liedwie
dwie przedadza, a przeto prosili panow, abi sie teß wtei rzeci
ku vaßei Cro: M. przicziniłi, izbi vaßa Cro. M. roskazal prze:
dawacz Soli to chobi komu potrzeba bila, wßak gdibi Soli
vaßei Cro: M. niestalo. tedi oni Soli Saskiei vziwacz bendą
azbi Sol vaßei Cro: M. przisla.

PRziiechali teß Thowarziße niektorzi od Sluzebnich Voiewocz:
thwa Posnanskie°, proßacz panow, isbi gim na trzeczią czwierc
liata pieniądze dali, powiedaiacz vtratę Swoię, gdzieß viacz
panowie bacząc vchwalą pospolitą, iß iedno do Swientego
Jądrzeia, Sluzebni w Russi trzimani bic bili mieli, niezdalo
sie gim te° vczinicz, prosili pothim, azabi iem bacząc na ich
vtratą, niecho laski nad Sluzbę vczinono, czego panowie bez
ossobnego roskazania v. Cro: M. vczinic niechczieli, liecz wtei
sie rzeczi v. C. M. dolozicz chczieli

Vaßei C M. teß panovie dali oznaimicz, iß Kolczewie timi czaßi

Spuscili Zamek Drahin, vedlug roskazania V. C. M. wrace pana Posnanskie°, gdzie wiencz za takovim Spusczeniem, glieith gim V. C. M. iesth dan, liec glieith ten, w ten Spossob iesth, izbi bili mieli zamek Spusczic do Swiatego Jacuba, po nievasz viac oni mienijeli, isz zawzdi bili gotovi zamek ten spusczic, vedlug roskazania V. C. M. gdibi tilko ich nakladi opraviom bili, prosili abi gim za bespieczenstwo przirzeczono bilo, przes pana Posnanskie°. za glieith bez takouei vimienki iako napirwszim Glieiczie bilo, gdzie wiencz za rada panow pan Posnanski gim to przirzekl, isz V. C. M. nowim ie glieithem do roku opatrzic raczi, gdziesz panovie proszą abi V. C. M. takovi glieith do roku bes tei vimianki tim to Golczom, przes mia poslach raczil.

Czo sie dotiche Drahimia panowie V. C. M. dali powiedziecz, isz to iest zamek nieoprawni, potrzeb tessku obronie zadnich, iako Dzial, Prochow, itesz ziwnoszczi zadnei na niem niemasz to czo bilo dochodow zamkovich, tam w Miasteczku do koszciola bilo zlozono, to wszitko Grzimultowski pobral, przed tim nisz Golczewie Zamek wrancze panu Posnanskiemu spusczili Bo zebral sie bil Grzimultowski, i vczinil iesdu, chczach ten zamek pod Golczi wziancz mocza, gdzie wiancz go wziacz niemogl, alysz potim Golczewie gi panu Posnanskie° zdobrei voliei Spusczili, bi vasza Cro. M. ten to zamek dobrze opatrzicz raczil

Vaszei C. M. tesz oznaimicz roskazali otich niebiespiecznosczach i naiasdach, ktore sie do Coroni V. C. M. Skxiasthwa Glogowskie° dzieią iako sie przed niedawnim czassem stalo isz Starosthwa Wschowskiego, dobri czlowiek, Casper Dlusky wimession bil, tak iako V. C. M. pan Posnanski przed tim listi swimi oznaimil, gdzie ktemu przisslo za pilnosczią, isz ten dobri czlowiek, pod niektorimi obiczaimi puszczon iest Riczersthwo pospolite na Seymie przeszlim, panom ich Mczi są

proszili, abi v. C. M. raczil sie tak wto przicziniczi, iakobi ta=
kove rzeczi karane bili bo kazdemu sie czlowiekowi, wzie:
mi. v. C. M. sprawiedlivosch stanie, a poddani v. C. M. zew:
szech stron vcziskani biuaią, choch obcziązliwie przyimuią

Thesz panowie v. C. M. powiedziech kazali, isz pan Margrabia
ie°. M. raczil nouo pissach do pana Posnanskie° skarzach sie
na Grzimultowskiego, isz wtich czasiech, gdi bil iesda vczi:
nil zebrawshi sie, ku Drahinievi, chczach gi mocza wziach,
tedi wiąnch gdi go wziąnch niemogl, wiechawszi wziemią
pana Margrabiną, ial dwu poddanich iego M. idal ie na
pal wbich, a przedtim tesz drugiego poddanego iego M. czi dal
obiessich przicziznawszi iego poddane ktemu, isz pana swego
obiessich muszili, bez iego vini, gdzie wiąnch pan Margrabia
ie°. M. pisze, isz takove rzeczi nieczinią dobrego zachovania
wsasiecztwie, i zada abi to bilo oprawiono, abi poddani iego
M. niemieli przicziniu mscziczi sie takowich krziwd, a tak bi
cho gorszego stego nievroslo, przeto panowie v. C. M. kazali to
oznaimich, abi v. C. M. to opatrzich raczil.

PAn Rosnowsky wskazal ku panom za przicziną abi mogl na Sgem
przisli, gdziezbi kolwie bil ziachach, dlia swich potrzeb kto:
retam spravovach ma, gdziesz wiąnch panovie v. C. M. zato
prosza abi vasza. C. M. onemu ziachach dopuscziczi raczil.
Golczow gimiona Zebulth, Cuna, Alexander pitanye
Radomiczskiego wiprawich

Andreas Cricius ep̄s Premislien̄
Petro Tomiczki ep̄o Cracouiensi
regni Polonie Vicecancello

Rx Me mi domine, domine benefactor graciosissime. Non permo:
uit quicquam Mtem̄ regiam Legatio domini Vincencij Splawskij
id quod ego illi prędixeram. Sed vadit recta Mtas̄ Sua Piotr:
kouiam vt instituerat, cum qua ego hic conuenj, offendiq; illam
subtristem, quod tamen dissimulando bibit ad me quater Mosca:
tellum et alia conata est leticie signa ostendere. Sed difficile est
tristi fingere mente iocum. Mi Rx me dn̄e scripserunt et hnc tam
Mti regie quam Rxli, aliisq;, illi domini, de tam concordi suo
Conuentu, plena iactanciarum et gloriarum, verum ea concordia
tam videtur ex vsu Mtis regie, et Reipublice, quam fuit
Chro inter Pilatum et Herodem, nam preter quod res indicat ad
quam Nunctij sint Electi, quam illi scribendo modo concordan:
tiam iuriam, modo reformationem Statutorum et iniuriarum
vocant, michi scribit et refert dominus Vincencius illos pollici:
tos communitati modis omnibus illi adesse vt iura communia
et libertates manutenerentur, neq; deinceps violarentur, eaq;
ratione initam tam Sanctam concordiam, ommitto quantum ab
altero iactatum sit, per se nichil vnquam stetisse, immo et se palam
cum inuidia ad faciendum omnia, que publica iura exigerent
obtulisse. ab altero vero, vt non mirum fuerit alios non perin:
de curasse. iura communia, que ipsimet eorum custodes existen:
tes sua insacietate infringerent, se vero non ambire quicquam
sed pro communi libertate, vel vitam ponere velle, et alia id ge:
nus, aliqua palam, aliqua priuatim cum aliquibus, sic illi nunc
regnum obtinent, nunc publice libertatis assertores videntur.
qui occasionem et materiam omnem initio istarum turbarum prebue:
runt, et quorum odio hec omnis tragedia fuit instructa et nicho:

ata, quam cum nunc in alios deriuare intuntur cum se alios ple:
bi, alios Principi et dominis simulant, fortasse vel hec causa di:
ferre Conuentum nixisunt et nitentur fortassis adhuc dissue:
re, ne eorum artes versipelles prodirent in lucem, quomodocunque
est, certum omnino est his studijs, futuram hoc anno Rempubli:
cam absque defensione et non sine summo discrimine, id si non esset
ageret meo arbitratu id quod quisque vellet, nunc calamitas
ista omnium interest, quem credo nitentem regiam ita vt vide:
tur angit, putoque iam illam sentire incipere, quam recte Briareum Latalski Epm
rex illum extulerit. multa essent scribenda de Triumphis
illorum ex ipsa concordia, quasi re bene gesta, aut Thurcis
profligatis. Sed tedet iam harum neniarum. Me Rx me Dni
vre humiliter commendo Dat ex Andrzeiow v° De:
cembris Anno domini M°. D. XXV°.

Decreta Conuentus Petrcouiensis

Significamus tenore presentium vniuersis. Quia declarare vo:
lentes subditis nris que acta sunt in pnti Conuentu generali
Piotrkouien, per nos consiliariosque nros, et terrarum Nunctios
cum de iuribus et de alijs rebus domesticis reformandis, tum
etiam de statuenda defensione, aduersus insperatos insultus
Thurcorum et Thartarorum, qui oportuno modo nequaquam nisi excu:
biis continuis et militibus reprimi possunt, articulos in ipso Con:
uentu decretos et constitutos in eum qui sequitur modum re:
digi fecimus.

Inprimis ad conducendos et seruandos milites Mercenarios in
terris nris Russie, equites et Pedites, de consilio et consensu
omnium Consiliariorum tam Spiritualium quam Secularium ac Nun:

Anno 1525: Sigismundus primus Rex Polonie
Cracouia exiens: venit 8. Decembr Piotrkouia
ad Comina regni.

ctiorum omnium terrarum regni nri soluendos et contribuendos decreuimus, fertones de mansis seu laneis agrorum exactionem Ciuilem, que vulgo Schoss dicitur et contributionem Czopowe, iuxta antiquas quitancias, et lras vniuersales, idq ad dnos annos continuos, vt intra istud tempus, liberius et efficacius, intendere possemus et iuribus rebusq domesticis reformandis, et aliis arduis negotiis nris, que nobis cum in dominiis nris, tum etiam foris incumbunt, Que contributiones solui debebunt anno presenti pro festo Sancti Joannis Baptiste proxime venturo sequenti vero anno videlicet 1527 pro Dominica Inuocauit, Contributio autem Czopowe inchoabitur a festo Annunciationis beate Marie proxime venture vbi preteriti anni ea ipsa Contributio Czopowe terminabitur et durabit ad dnos annos.

Item Statuemus Conuentus particulares in omnibus Palatinatibus regni nri, pro Dominica Oculi proxima, ad quos Palatini cum Castellanis conuenientes, eligent in singulis eisdem Conuentibus vnum virum prudentem et iuris peritum, quem pro festo S. Joanis Baptiste proximo mittent huc Piotrcouiam, aut si hic aura insalubris fuerit, ad alium locum vicinum, quem posthac lris nris declarabimus, quo etiam Electi per nos et Consiliarios nros videlicet, duo Palatini alter ex maiori Polonia, alter vero ex minori similiter et duo Castellani, et duo viri Ecclesiastici conuenient qui omnes simul Jura, et Statuta regni a principio vsq ad finem excucient, et examinabunt, eo modo et processu, vt est iam in hoc generali Conuentu inceptum

In hisdem particularibus Conuentibus, Exactores et dispensatores Contributionum anni preteriti racionem sufficientem de perceptis et expositis publicis pecuniis facere debent, coram palatinis Dignitariis officialibus et Nobilitate, illic congregata, et quicquid pecuniarum repertum fuerit, apud illos superesse, ex ipsis anni preteriti Contributionibus, id totum hij ipsi Exactores de omnibus terris ad Magcum Thesaurarium regni nri Cracouiam pro dominica Judica proxima afferre sine omni mora debebunt.

In ipsis etiam Conuentibus, designabit et conscribet quisq Palatinus

in suo Palatinatu, viros militares et idoneos, qui servituri et mi:
litaturi sunt in terris Russie, talem delectum in eis faciendo, ut
potioribus non plures q̄ octo equos, reliquis pro conditione et fa:
cultate uniuscuiusq; septem sex, quinq; quatuor tres duos et ꝛc
ut videbitur asscribant.

Ut autem sciat quisq; Palatinus, quantum numerum equitum de suo
Palatinatu conscribere debeat, ita decrevimus, ut in Palatinatu
Cracovien' Centum quinquaginta Equites, in Sandomirien, simi:
liter Centum et Quinquaginta equites. in Lublinen' Centum, in
Russie Podolie et Belzen' Palatinatibus ac terris sexcenti equi:
tes veteranorum Militum eligantur et conscribantur. In Pala:
tinatu vero Posnanien' centum et Sexaginta, in Callissien' centum
octuaginta, in Siradien' centum Sexaginta. In Lancicien' centum
in Brzesten' et Iuniwladislavien' Palatinatibus centum triginta
In terra Dobrzinen' Quinquaginta In Palatinatu Plocen' centum
et decem, in Rawen' similiter centum et decem equites conscri:
bantur.

Eum autem equorum et militum numerum quisq; Palatinus suis lr̄is
declarabit, quemq; militem ex nomine designando, et ad quot eq̄os
quisq; illorum Stipendium habere debebit. Nos vero acceptis pecuniis
relictorum que ut premissum est, ad Thesaurum nr̄m pro dominica
Iudica proxima conferri debent, illis militibus pro dominica Pal:
marum futura, iuxta Scedulas Palatinorum nobis missas dari et
distribui faciemus, qui omnes milites ad festum Dni Adalberti
proximum Leopoli sesistere debebunt ut illic per Capitaneum
Militum nr̄orum conscribantur. Qui vero non venerint ad eum
terminum et diem Palmarum qua, ut dictum est, pecunia militibus
distribuetur, sibi ipsis imputabunt, cum aliis qui presentes fuerit
propter negligentiam pecunia erogabitur, Si qui etiam milites accepta
pecunia a Thesaurario regni nr̄i non se statuerint apud Capita:
neum militum nr̄orum in terris Russie, neq; ibi servierint nos
damnum eiusmodi Reipublice non in illis contumacibus sed in
ipsis Palatinis terrarum repetemus, et ad satisfaciendum pro tali
damno illos compellemus.

Exactores autem annorum preteritorum racionem de perceptis
a se et expositis publicis Contribucionibus similiter et Exactores
anni pntis, quos pro meo arbitrio designatos fuimus, facere debe-
bunt in eo Conuentu generali, quem anno sequenti pro reformandis
ac ad vnam formulam reducendis Juribus et Statutis regni aliis
meis suis indicere et agere pollicitus fuimus.

Ad excudendam vero monetam Swidnicen, et alia falsam, ex qua
regnum, maximum capit detrimentum, et ad tollendam magnam in-
commoditatem, defectu proprie monete, presertim minute decretum
est per vniuersum Senatum, et terrarum Nuncios, vt ex reliquiis
contribucionum anni preteriti, monetam nouam et necessariam gros-
sorum denariorum minutorum cudi faceremus. Sed quia Contribucio-
nes anni pntis, nonnisi ad festum Sancti Joannis Baptiste edi de-
bent, propterea quod ad suscipiendos ad festum Palmarum milites,
opus erit ipsas reliquias contribucionum anni preteriti erogare
decretum est, vt quando contribuciones anni presentis ad festum
S. Joannis contribuentur, ex illis tantum denarii, ad mone-
tam cudendam, quantum ex relictis contribucionum anni preteriti
que ad hoc designate sunt, fuerit distributum, emolumentum ve-
ro, quodcumque ex ipsa cusione monete prouenerit, motu proprio et
liberalitate mea regia ac animo, quem erga Rempublicam meam
gerimus, ad defensionem regni et non ad vllum priuatum nem vsum
conuertemus et conuerti debere promittimus.

Et quia Nuncij ex Palatinatu Posnanien et Calissien ad hunc Conue-
tum, cum limitata potestate missi, nobiscum et cum vniuerso Sena-
tu, ac reliquis Nunciis omnium terrarum in consulendo pro defensione
et decretis Contribucionibus non conuenerunt, nec consensum
indicemus eisdem Palatinatibus Conuentum particularem pro
Dominica Oculi et illos Nobiles ac Terrigenas vt contribuciones
anni preteriti relictas, quamprimum exoluant et ad Thesaurum
nem pro Dominica Judica proxima per Exactores suos transmit-
tant et vt decretum et constitucionem huius Conuentus mei gene-
ralis suscipiant, per Nuncium nem admonebimus, quod si fa-
cere proterue recusauerint, mandabimus Capitaneis et offica-
libus meis, vt illos ad parendum eisdem decretis ac constitu cio-
nibus, per pignoraciones et penas consuetas compellant. Harum

Quibus Sigillum nrm est impressum testimonio literarum Dat. Piotrkouie in Conuentu generali. feria tercia proxima ante festum Conuersionis Sancti Pauli Anno M. D. XXVI Regni vero nostri Anno decimo Nono.

Prorogatio Conuentus Justicie.

Sigismundus primus Rex Polonie.

Significamus tenore presentium, Quia cum anno preterito polliciti fuissemus vniuersis subditis nris anno presenti Conuentum iusticie statuere, et in eo communia iura regni corrigere et reformare, ac agentes illum tandem, et promissis nris satisfacere volentes, aliquibus ex Consiliariis et Nunctiis deputatis, excutere iura omnia a cortice ad corticem iussissemus, vt cognito per illos que reformatione seu declaratione indigerent, tanto facilius dehinc cum vniuerso Senatu hoc institutum et laborem perficere potuissemus, illiq; bona parte a principio diligenter, et satis longo tempore expensa comperissent negotium esse longioris more et laboris magis ardui, quam cuiquam videri potuisset, ac interim vrgerent alia ardua negotia cum defensionis, tum etiam aliarum necessitatum reipublice, et quod grauius erat Pestis in Conuentu pullularet, et in dies magis inualesceret, que nos ne ab incepta iusticie opera, et aliis omnibus actionibus, infectis rebus discedere cogeremur, et respublica defensione sua, et aliis omnibus suis necessitatibus deserta, et summo periculo exposita esset, vehementer terrebat, de consensu et Sentencia omnium tam Consiliariorum, q etiam Nunctiorum terrestrium, visum est nobis in aliud tempus negocium ipsum iurium diferre, ac in eum modum hunc processum et ordinationem facere, quod videlicet Statuemus Conuentus in singulis Palatinatibus, ad quos Palatinus cum Castellanis et tota Nobilitate conuenientes, eligent vnum, quem profesto Sancti Joannis Baptiste proximo mittent huc Piotrkouiam

ant alibi sibi pestilencia impedierit prout declarabitur. quo per
nos ac Consiliarios nros electi videlicet dnus Palatini alter
ex maiori Poloma, alter ex minori, similiter dnus Castellani et
dnus vicarius Ecclesiastica conuenient, qui una cum Nunciis ex Pala-
tinatibus destinatis, iura et Statuta regni a principio usq; ad
finem examinent, eo modo et processu, ut est iam in hoc generali
Conuentu inceptum. et quicquid comperient vel reformatione,
vel declaratione, vel correctione, aut immutacione necessarium
illud totum annotabunt. deinde ad Conuentum generalem qui
anno futuro deo bene iuuante aliquo die inter festum Natalis
domini et dominicam Carnispriuii adhoc statuemus, omnia af-
ferent, et coram vniuerso Senatu, ordine, quæ annotauerint
declarabunt nos vero demum cum Consiliariis et terrarum
Nunciis, quæ visa fuerint reformanda, corrigenda, declara-
da, aut immutanda, id totum, quod omnibus expedire vide-
bitur, prestare curabimus, ac vnicuiq; cuiuscunq; Status fue-
rit suam debitam iusticiam ministrabimus. Quæ omnia nos ver-
bo nro regio, et presentibus literis nris. facturos pollicemur
In cuius rei testimonium Sigillum &c. Datum in Comitiis
generali Piotrkouien' feria tercia proxima ante festum Co-
uersionis Sancti Pauli Anno. dñi. D. XXVI

Sigismundus primus Rex Polonie Palatinis Regni Polonie.

Mag^ce Sincere nobis dilecte. Non ignorat tua S. nos anno pre-
terito pollicitos fuisse suis meis, vniuersis Regnicolis Conuen-
tum iusticie, ad reformanda communia Jura et vnicuique Sta-
tui iusticia ministrandam, ad festum Sancti Andree proxime
statuere, Cui rei satisfacere volentes, hunc Conuentum nouissi-
mum celebrauimus, et hoc in primis aggressi fuimus, vt expen-
sis a principio vsque ad finem omnibus iuribus et Capitulis tam
communibus q^m specialibus, quod in eis videremus correctione aut
reformatione necessarium, illud de communi omnium consilio et con-
sensu corrigeremus et reformaremus. Verum cum per Consiliario-
os et Nunctios terrarum ad eam reuisionem designatos, diffu-
sa a principio bona parte ipsorum iurium, comperiremus, nego-
cium hoc esse magni laboris et longi temporis ita vt in presens nul-
lo modo perfici potuisset, cumque et de defensione que super omni
omnibus est necessaria deque aliis arduis necessitatibus reipubli-
ce restaret consulendum, et pestis inualescens, timorem omnibus
monteret, visum est omnibus, tam Consiliariis q^m terrarum Nu-
ctijs Conuentum ipsum iusticie in aliud tempus prorogare, et de
defensione ac aliis necessitatibus consulere, distulimus itaque his
rationibus Conuentum ipsum iusticie in eum modum, vt ex singu-
lis terris vnus Nunctius mitteretur huc Piotrkouiam, vel vbi
designabimus, profesto Sancti Joannis Baptiste proxime futuro.
quem cum Consiliariis et Ecclesiasticis Doctoribus a nobis electis
hoc processu quem hic incepimus, omnia iura publica et priuata
excuterent, et que reformanda aut corrigenda essent annota-
rent, eaque ad Conuentum generalem, quem in hieme anni futuri
ad hoc potissimum celebrabimus afferent vbi tum demum, cum
vniuersis Consiliariis et terrarum Nunctiis id totum de refor-
matione eorumdem iurium faciemus, quodcumque instum, racionable

et necessarium videbitur. Quare ad Electionem ipsius Nuncij
qui ad festum Sancti Joannis Piotrkouiam mitti debet, Statuimus
Conuentum particularem in N. pro Dominica Oculi proxime fu:
tura, vbi S. tua cum aliis dignitariis et Nobilitate conueniens
eligat talem virum, qui et peritiam iuris habeat, et idoneus ad
prouinciam obeundam videbitur. decreuimus etiam quod in eisdem
Conuentibus particularibus exactores anni preteriti rationem fa:
cere debeant de perceptis et expositis, et vt reliquie contribu:
tionum si que supererunt mitterentur ad Thesaurum nrum, pro co:
ducendis militibus anteq Contributiones anni pntis decrete
edantur, ne qua negligentia committeretur, et periculum aliquod
interim accideret. / debebunt autem Palatini vniuscuiusque terre
electos milites in suis Conuentibus, iuxta numerum vnicuique da:
tum, nobis describere, quibus ad diem Palmarum pecunias distri:
bui faciemus. vt tempestiue se ad tuendos fines regni conferre
possent. Itaque S. tua hec omnia cum aliis Dignitariis et Nobili:
bus in ipso suo Conuentu aget et tractabit Datum Piotrkouie
Sabato proximo post festum Conuersionis Sancti Pauli Anno
domini M. D. XXVI° Regni vero
nri vigesimo

Sigismundus primus Rex Poloniæ Minoribus Castellanis ac Nobilitati Regni Poloniæ.

GEnerose fidelis dilecte. Quamuis in hoc Conuentu generali pri:
mum ad reformanda iura vt polliciti fuimus operam nram inten:
deramus, et iam per deputatos Consiliarios et Nunctios queda
pars illorum fuit excussa, in quo videlicet quodlibet caput re:
formatione indigeret, tamen videntes omnes negotii magni:
tudinem et Pestem inualescentem et alia negotia, nram hic mo:
ram diutius ferre non posse, placuit vniuersis, vt decreta
defensione statuerentur particulares Conuentus in omnibus ter:
ris, ad eligendos Nunctios in singulis vnu, qui ad festum San:
cti Joannis Baptiste proximum cum Consiliariis et Doctoribus
a nobis Electis, hoc modo vt hic incepimus, iura ipsa expende:
rent, et quæ reformatione indigerent ad Conuentum genera:
lem quem anno futuro deo bene iuuante Statuemus deferenda
annotarent, vtq; in eisdem Conuentibus facerent rationem Exa:
ctores Contributionum annipterit, et Milites quibus pecunia
in Russiam dari deberet per Palatinos iuxta numerum cuiq;
designatum conscriberentur prout latius in lris, quas Nun:
ctiis terrarum dedimus continetur. Quare Conuentum ipsum
particularem in N. pro Dominica Oculi proxime futura
constituimus, et mandamus tue F. vt ad illum proficiscatur et
cum aliis Dignitarijs et Nobilibus tam de eligendo Nunctio,
q aliis rebus prædictis tractet et consulat pro fide sua et gra
nra. Datum Piotrkouiæ Sabato proximo post festum Con:
uersionis Sancti Pauli Apostoli Anno domini 1526.

Generose fidelis dilecte. Constituimus in Conuentu generali Piotrkouien, proxime preterito, vt in omnibus Palatinatibus fierent Conuentus terrestres, in Capitali Ciuitate vniuscuiusque Palatinatus, ad exequendum ea que decreta sunt in ipso Conuentu generali, ad Statuendam certam et Stabilem defensionem, et quae aequaliter iusteque ab omnibus subditis nris sustineretur. itaque mandamus tue s. vt pro die Sancte Trinitatis proximo ad Ciuitatem, Lublinen veniat illicque cum Palatino et Castellanis, aliisque Dignitariis, et Officialibus nris, id exequi cur et, quod illi ex decreto Conuentus generalis prefati, per lras vniuersales nras declarabitur, pro gra nra non aliter factura. Dat. Cracouie, die Natalis Sancti Stanislai gloriosi Patroni Regni nri Anno domini M. D. XXV reg: ni nostri Anno decimonono.

no habet hic locum

Contribuciones pro defensione regni in Conuentu petrcouien decrete.

Vniuersis et Singulis Ecclesiasticis et Secularibus Consiliariis regni nri ceterisque subditis nris quibuscunque tam terrestribus quam Ciuitatum et Oppidorum honoribus et officiis insignitis, ad quorum noticiam presentes litere nre peruenerint et presertim in Palatinatu et Districtibus consistentibus, Sincere et fidelibus dilectis Salutem et gratiam nram regiam. Rmi ac Rdi in Chro Pres. necnon Mgci Generosi, Nobiles, Famati, et Prouidi. Sincere nobis et fideles dilecti. Cum regnum nrm multis et potentissis

hostibus, et presertim Thurcis et Thartaris expositum, continua defensione indigeat, que per communem Regnicolarum motionem ita crebro, vt res exigit, neque certa aut diuturna, neque etiam hominibus vllo modo tolerabilis esse posset. Statueramus hunc Conuentum generalem ad consulendum de ea defensione, que ad inopinatos insultus hostium magis oportuna, et expeditior fieri posse videretur. igitur considerantes continuum de ipsorum hostium insultibus metum et suspicionem, perpentesque quante molis sit et dispendii omnibus communis motio, nullamque esse tutiorem et commodiorem prouisionem, quam praesidia militum mercenariorum. De commum omnium Consiliariorum tam Spiritualium quam Secularium, ac Nunctiorum terrestrium Sentencia et consensu, Contributiones infrascriptas, pro ipsis praesidiis in terris Russie seruandis ad duos annos continuos decreuimus et constituimus. Metientes non minus, quantum subditi nostri ferre valeant, quam vt necessitas et periculum illarum terrarum exposcere videatur. Que quidem Contributiones modo infrascripto solui et exigi debent.

In primis Coloni seu Cmethones tam Villarum nrarum Regalium quam omnium Spiritualium et Secularium subditorum nrorum, in omnibus terris regni nri, de singulo manso seu laneo possessionato vnum fertonem. De medio vero laneo sex grossos. De quarta parte lanei tres grossos, et reliquum de quantitate laneorum secundum antiquas quitantias anno presenti pro festo Sancti Joannis Baptiste proxime venturo, sequenti vero anno videlicet Millesimo Quingentesimo vigesimo septimo, pro Dominica inuocauit soluant.

Item Aduocati et Sculteti Colonos seu Cmethones non habentes, soluent etiam per vnum fertonem. Et similiter Coloni seu Cmethones ipsorum Aduocatorum, de quolibet manso per vnum fertonem soluent, similiter secundum antiquas quitantias per duos annos temporibus superius expressis ita vt Cmethones aliorum dominorum, ipsi vero Aduocati Colonos seu Cmethones habent nihil soluent.

Item Thabernatores siue sint dominorum siue Aduocatorum seu

Scultetorum qui agros habent ab illis exactionem soluent per eosdem duos annos pro temporibus superius designatis secundum antiquas quitancias iuxta agrorum quantitatem, hoc est de singulo laneo agri vnum fertonem. De medio laneo sex grossos, vt supra. Exactionem vero Ducillorum a singulis Cocturis Ceruisie more consueto soluere nihilominus erunt astricti. Alii autem Thabernatores qui aduecticiam propinant Ceruisiam, sex grossos soluent, per hos duos annos, et quolibet eorum, cum non coquant Ceruisiam, sed aliunde illam ad propinandum adducunt.

Item Molendina predictarum Villarum que Poirzebne vocantur, manuales seu anniuersarios Molendinatores habentia ex singulis rotis sex grossos soluent per hos duos annos, et quolibet eorum temporibus suprascriptis. Hereditarij vero Molendinatores dictarum Villarum et Folushe, ex singulis rotis Molendinorum suorum que Valne dicuntur vnum fertonem persoluent. Item Molendina Brasealia et hereditaria aquatica et equestria, in omnibus Ciuitatibus et Oppidis more veteri taxata secundum antiquas quitancias Contributionem que Schoss dicitur, a qualibet Marca taxe duos grossos persoluent, similiter pro festo Sancti Joannis Baptiste anno presenti, sequenti vero anno pro Dominica Inuocauit.

Minerarie vero officine alias ferrum facientes, et Serre hereditarie, ex singulis rotis anno presenti et futuro per vnum fertonem. Annales autem officine Minerarie et similiter Annales serre hoc est locate seu conducticie, a qualibet rota sex grossos soluent. Item Molendina ventilia hereditaria duodecim grossos. illa vero Molendina ventilia, que anniuersarios Molendinatores habent, anno presenti et proxime futuro pro temporibus supra expressis per sex grossos soluent. Item Ciuitates et Oppida tam nra regalia q̄ subditorum nrorum Spiritualium et Secularium Contributionem Ciuilem quam Schoss vocant, ita vt premissum est anno presenti pro festo Sancti Joannis Baptiste proxime futuro. Sequenti vero anno pro dominica inuocauit iuxta antiquas quitancias soluent. hoc addito et expresso, q̄ Ciues et Subur:

bani agros habentes, qui vno iure Ciuili gaudent, et Contri:
butionem Schoss simul contribuunt, Contributionem fertonum
de agris suis non soluent.

Item Contributio Ceruisie Vini Medonis, Malmatici, Muscatelli
Czopove dicta, in hisdem Ciuitatibus et Oppidis ac etiam taber:
nis Villarum tam nris q̄ subditorum nrorum spiritualium et Se:
cularium incipiendo a festo annunciationis Sancte Marie dne nre
proximo, vbi contributio eadem anno preterito decreta termina:
bitur et expirabit, ad duos annos continuos ab eodem festo ann:
ciationis beate Marie proximo inchoando, vsq; ad festum Ann:
ciationis eiusdem Sancte Marie anni Millesimi Quingente:
simi vigesimi octaui more solito a singulis Ceruisie coctoribus
solui debet, ex quibuscunq; Braseis fuerit eadem ipsa Ceruisia
cocta, siue brasea ipsa sint Ciuium et dominorum, siue ex Mole:
dinis prouenientia et emensurata siue domi facta. Item etiam
a Ceruisia quam domini et Nobiles ex braseis suis coquunt
seu braxant, et illam dant ad propinandum suis Tabernato:
ribus, Contributio ipsa Czopowe solui debet.

Item in Ciuitatibus et Oppidis Exactores nri eligent et deputa:
bunt viros fidos ac idoneos vnum aut duos, de consilio Capi:
tanei seu eius vices gerentis, aut in absencia illorum Proconsulis
et Consulum, qui custodiant et obseruent, vt Contributio Czopove
fideliter contribuatur. Nihil vero remittere illis debent a Cer:
uisia quam ipsi coquunt, sed moderatum Salarium, pro cura ac
labore eorum illis constituant.

Item Sacerdotes Ruthemi, qui popones vocantur, ex singulis
Ecclesiis et Synagogis per mediam Sexagenam grossorum per:
soluent per hos proximos duos annos et quolibet eorundem annorum.

Item Valachi, ex singulis laneis integris si illos habent vel are:
is que Dworzischa dicuntur vnum fertonem soluent, et qui
agros non habent a singulo Centenario ouium similiter vnum
fertoneum persoluent per eosdem duos annos, et quemlibet eorum,
et tempora superius expressa.

Item Ville vastate et Cremate per hostes in terris Russie et Po:

dolie, et a suis dominis libertatem habentes, quarum videlicet incole dominis suis nihil soluunt. siquidem hoc probauerint testimonio duorum hominum ex vnaquaque eiusmodi Villa medio corporali eorum iuramento, quod suis dominis nihil soluunt, libertatem et immunitatem ab ista fertonum Contributione in presenti Conuentu instituta, Exactione Czopowe excepta.

Vt autem supradicta ordinatio in exigendis eisdem Contributionibus facta debite exequutioni demandetur, Generosum

ad eas colligendas in Palatinatu

et Districtibus

Designauimus, et constituimus presentibus litteris nris, mandamusque, vt in manus eius designato tempore easdem Contributiones persoluere curetis. Vobis vero Capitaneis quorum interest mandamus, vt prefato Exactori nro annis et temporibus superius expressis, sub pœnis ad hoc constitutis absque cuiusuis more et dilationis interuentu, de dictis Contributionibus per eos ad quos pertinet responderi faciatis, et vos ipsi respondeatis, negligentes vero in soluendo et contumaces, per pignorationes, et alias pœnas solitas ad soluendum asdem Contributiones compellatis pro officio vro et gra nra facturi. Datum Piotrkouie in Conuentu generali, Sabbato proximo post festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli, Anno domini M. D. XXVI° Regni nri Anno Vigesimo.

Czopowe

Sigismundus primus Rex Poloniæ.

Vniuersis et Singulis Principibus, tam Spiritualibus quam Secularibus Rmis et Rdis in Chro patribus, dominis Archiepiscopis, Episcopis, Necnon Magcis, Generosis, Nobilibus, Famosis, et Prouidis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis, Terrigenis, Nobilibus, officialibus, et eorum vicesgeren. heredibus, Aduocatis, Scultetis, Ciuitatumque et oppidorum, tam nrorum quam quorumcumque subditorum nrorum, Mgris Ciuium, Consulibusque, ac communitatibus, et generaliter omnibus subditis nris, Spiritualibus, et Secularibus, cuiuscumque Status, conditionis, et preeminentie existentibus, bona quecumque tam Spiritualia quam Secularia, Ciuitates, Oppida, Villas,

possessiones, et alia bona quocunque nomine nuncupata habentibus, et
Signanter in terra et Districtibus

existen. sincere et fidelibus nris dilectis, Salutem et gram
nram, Sincere et fideles nobis dilecti, Consulentes in hoc generali
Conuentu, de bono et tranquillo Statu regni nri. Decreuimus et
Constituimus communi omnium, tam Spiritualium, q Secularium,
Consiliariorum nrorum, et Nunctiorum terrestrium consilio, et volu:
tate, ita exigente necessitate reipublice, quod exactio Ducillorum,
que vulgo Czopowe appellatur a festo Annunciationis Sancte Marie
domine nostre proximo, vbi contributio eadem, anno preterito de:
creta terminabitur et expirabit, per duos annos continuos ab eodem
festo Anuntiationis beate Marie proximo inchoando, vsque ad festum
Anunciationis eiusdem Sancte Marie anni Millesimi Quingentesimi
vigesimi octaui soluatur et exigatur hoc modo, vt quilibet cuiuscunque
Status et Conditionis sit, Ceruisiam coquens, venalem, ex quibus:
cunque braseis fuerit eadem ipsa Ceruisia cocta, hoc est siue brasea
ipsa sint dominorum et Ciuium, siue ex Molendinis prouenientia, et
emensurata, siue domi facta, a quolibet vase Sigillatim, vel coctura
ipsius Ceruisie, iuxta locorum consuetudinem, ante hac obseruata,
Exactionem ipsam ducillorum, in manus infrascripti Exactoris, fide:
liter soluat, ita vt a maiori coctura alias varu, plures grossi soluantur,
et a minori pauciores, iuxta vasorum numerum, et quantitatem, et Ex:
actoris ordinationem, quam vbi opus, et quotiens expediens fuerit
nra auctoritate, faciet et constituet, Notariosque et custodes viros
fidos et idoneos vnum aut duos, de consilio Capitanei, seu eius
vices gerentis, aut in absencia illorum Proconsulis et Consulum
deputabit, qui custodiant et obseruent tam in Ciuitatibus et Op:
pidis q in Villis, vt Contributio Czopowe fideliter contribua:
tur. Nihil vero remittere debet illis ipse Exactor a Ceruisia
quam ipsi coquunt, sed moderatum Salarium, pro cura et labo:
re eorum illis constituet, et iuramento corporali, ad fidelitatem
illos astringet, Ternarij vero more vetusto circa quemlibet gros:
sum soluendi, pro Ciuitatum et Oppidorum reparatione conseruentur.
Tabernatores vero singuli Ceruisiam coquentes, vel coctam a
dominis, tam Spiritualibus q Secularibus, ad propinandum re:
cipientes a quolibet vase mensure Ciuilis, teneantur per vnum
grossum in manus Exactoris soluere. Item a medio vase vini

alias Polkuffek, florenus, cum triginta quadrantibus soluendus est. item a Dreylink siue Seremien' vase vini, duo florenj, cum sexaginta quadrantibus, soluendi, item a quolibet barili Malmatici, vel vini Italici vnus orth cum septem ternariis soluatur, a barili vero simplicis vini duo grossi soluantur, et duo ternarij, a Medonis vase communi duo grossi, cum duobus ternariis, a Ceruisia aduecticia seu externa, a quolibet eius vase duo grossi. Et quicunque non soluta prius Exactione præfata, Ceruisiam, vinum, Medonem, Malmaticum, et alium quemcunque potum ex predictis vendere et propinare, in fraudem Reipublicæ presumpserit, totum illud in quo fraudem commisit, seu committere voluit, irremissibiliter amittet, et ad pœnam regalem soluendam, quotiens id commiserit obligatus erit. Capitaneusque loci in tales omnes et singulos, fraudem huiusmodi committen' animaduersionem debitam, veritate rei cognita, non habendo respectum ad quempiam, irremissibiliter exequatur. Ad quam quidem Exactionem colligendam, diligenterque et fideliter exigendam in terra et Districtibus prefatis, in Exactorem constituimus.

vobis omnibus quorum interest mandans, quatinus prefato Exactori nro, siue ab eo substitutis, de ipsa Exactione ducillorum, respondeatis, et responderi faciatis. Vos vero locorum Capitanei, eos qui rebelles vel negligentes in soluendo erunt, et quos ipse Exactor deferet, per pignorationes solitas, ad solutionem huiusmodi Exactionis compellatis, sub pœnis nris contra negligentes Capitaneos, in nouis et antiquis Statutis descriptis, pro gra nra aliter non facturi. Datum Piotrkowie in Conuentu generali, Sabbato proximo post festum Conuersionis Sancti Pauli Apli. Anno domini M. D. XXVI. Regni nostri anno vigesimo

In Joannem Laski Archiepm Gnesnen Legatum natum. primatem.

Eximium decus hoc fecit te scandere regni
Lascie Joannes Laus tua non tua fraus

Si vis contrarium, et verum sensum habere:
incipe a fine ac ab vltimo verbo secundi versus
et lege retro, ~~et lege~~ ad caput vsque primi
versus.

In eundem Joannem Laski Archiepm

O factum indignum: quis non miretur? et ipsi
Rem monstro similem quis precor esse neget?
Rex tulit ecce sciens, summaque in Sede locauit
Perniciem patrie perniciemque suam.
Sed Deus ipse sciens olim cum Demona fecit
Perniciem terre perniciemque Poli
Desino mirari. Sed discat quisque vel inde
Quantum inter regem conuenit atque Deum
Et quid mens ignara hominum sibi fidere possit
Cum Rex ipse sciens erret et ipse Deus.

In eundem Joannem Laski Archiepm

Consilio . lingua . calamo . racione prophana
  Sed fictis lachrimis perfidia q̄ tua
Vectus es ad s̄mam: o mores, o tempora, sedem .
  Naso nil q̄ potest altius esse tuo .
Dedecus eternum patrie cleriq̄ ruina .
  Et fomes sceleris, pernicies q̄ boni .
Deprimis integros vite, extollis q̄ Sinones .
  Fraude tua, virtus cum probitate cadit .
Consulis in cōmune malum dum cōmoda queris .
  Ergo tua posses vendere templa domo .
Tu regem regnum q̄ tuos tu perdis amicos .
  Tu bella et lites, et mala cuncta ties .
Per phas per q̄ nefas rapis omnia . nulla Simonis
  Est labes vicio . nulla q̄ falsa manus .
Sic hominum testata voras: sic congeris aurum
  Et sacra imponis sic scelerate bona .
Discurris q̄ senex toto versatilis orbe
  Et ridet nugas quelibet ora tuas
Morbum fallendo mortem quoq̄ fingere nosti
  Arte hac diminum nec caret officium
Singula quid repetam! te maior hypocrita et harpax
  Nemo, nec ardelio, nec Sycophanta fuit .
Recte igitur prete fertur Crucifixus Jesus .
  Omne tuum rursus quem crucifigit opus .

Dialogus in Rempublicam.

Que Dea? publica res. Lacera cur veste? q illam
Qui sartire velit nunc michi nullus adest.
Sed quis discidit hanc? rabies priuata. quid illa
Te sequitur? succo pascitur vsq; meo.
Quo succo, cum tota macres: nitet illa? niterem
Ipsa etiam, sed totum rapit ista cibum.
Que turba hec circum? prefectorum ordinis omnis.
Quid rogo num curam non gerit ista tui?
Pretextu curat mea cómoda quisq;, sed in rem
Priuatam studium dirigit omne suum.
Sed quid sceptra inuersa geris, vinctam q; Macheram?
Me regere arbitrio non sinit ista meo.
Cur non exutis hanc? vetat hec mea turba, vetando
In preceps mecum cecta sed omnis abit.
Que comes hec dextra que te sustentat euntem?
Religio. sed et hec vix movet egra pedem.
Nam virtus et casta fides astreaq; virgo
Priuate dudum sunt nubere rei.

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis et optimatibus terrarum prussice

De decimis

Magci et Generosi Sincere et fideles dilecti. Accepimus lras vras quibus, nescimus prolixe ne magis an indigne nobiscum aduersus decretum nrm, quod de soluendis decimis domino Epo Wladislauien, anno superiore iuste, et in partem etiam vram equanimiter tulimus, idq agitis, docentes nos quasi nouum, aut desultorium Chrianum, de lege gratie. de sublato Sacerdotio leuitico, de non contribuendo Pastoribus, nisi pascant, et aliis tritis iam illis Apostatarum cantilenis, non temperantes interim ab aculeis in suum Epm et Pastorem/ vnde vehementer miramur, que est ista noua Chriana ratio per legem gratie, que tantum legi iram operanti contradicit. per libertatem Euangelicam que solum seruituti peccati opponitur, duplex, idq ingens peccatum aduersus diuinas et humanas leges committere. alterum non reddere proxio suo, atq adeo Pastori, que sua sunt, alterum litteris et decretis Principis sui non parere. Si per legem gratie liber est populus a soluendis decimis, que ministris dei debentur, eadem lege liber erit a soluendis tributis, que aliis ordinibus et potestatibus debentur, Nam lege gratie, omnes pariter Chriani in vnam libertatem sunt asciti, Si ob hoc q sublatum est Sacerdotium Judeorum non plus habeant Sacerdotii Chriani Sacerdotes, q id quod commune est omnibus, neq illis suos prouentus deberi. pari ratione abolito regno Judeorum reges Chriani. non plus erunt reges q coeteri Chriani, na per legem gratie, omnes ex equo regale Sacerdotium esse censentur. Si Chriani Principes decimas et prouentus successoribus Apostolorum non recte contulerunt. minus recte Apostolis ipsis primi illi Chriani precia bonorum suorum omnium

conferebant. Si nephas est Pontificem ob non redditas deci:
mas populum excommunicare, maius erit nephas, q Aposto:
li ob negatam pecuniam Ecclesie dicatam vtraq morte conde:
nabant. Si non pendendum est Pastori, nisi pascat et doce:
at, non pendendus erit a plebe suus census ordini seu Sta:
tui militari nisi militet, et populum dei tueatur. Si deniq no
sunt valide dotes, et Privilegia maiorum, et antecessorum nos:
trorum Ecclesiis collata, cuius erunt firmitatis illa aliis
ordinibus sub paribus signis pari attramento et pelle concessa
Atq hee sunt ille Euangelice rationes, que nunc orbem
terrarum seditionibus, tumultibus, periuriis, et Sacrilegiis
implent. Graui igitur et molestissimo animo ferimus, quod
aduersus decretum nrm, tales lras, talibus impiis dogma:
tibus consutas miseritis, que non solum indigna sunt auribus
nris, et ab vniuersa Ecclia Catholica damnata sed etiam
a nobis et aliis Chriamis Principibus publicis edictis ve:
tita, et proinde denunctiamus vobis hanc immutabilem
sentenciam et voluntatem nram, q decretum ipsum nrm
iuste et legittime latum, nulla ex parte mutaturi, neq
dominum Epm, et iura ipsius, nro debito patrocinio deser:
turi sumus, et si in ea contumacia perseuerare volueritis
nos id quod ad iustum et Chrianum Principem attinet
exequemur Datum die x Januarij Anno domini
M. D. xxviii

Episcopi et Senatores Regni Poloniæ Proceribus et Nobilitati in prussia

De Decimis.

Mag^ci et Generosi domini amici char^mi. Scripserunt nobis vre. D. vt earum causam quam habent cum R^mo dno, Epo Wladislauien ratione decimarum hic apud regiam Mtem adiuuaremus, et que in ea re Mti sue scripserunt promoueremus, verum vt ingenue fateamur neq nobis neq cuiq nrm placere potuerunt scripta in ea ipsa re vrarum. D. partim q reprehendere videantur decretum regium magis etiam ex equitate q rigore iuris latum, partim vero quod scripta ipsa non adeo iuridicis rationibus, q Apostaticis apophtegmatibus et inuectiuis consarcinata sunt que etiam illudere magis et contumelia afficere dominum Epm non vulgarem Senatorem regni quam conuincere videantur, quorsum enim attinebat ad non soluendas decimas allegare legem gratie, que iubet reddi que Cesaris sunt Cesari. que Dei deo, dei autem esse decimas ipsemet per Prophetas multiphariam testatur et nemini quicq deberi, cui honorem, honorem, cui tributum, tributum. redemptorem vero nrm cum Scribas et Phariseos reprehenderet, quod ex minimis etiam quibusq rebus decimas darent, atq hinc sibi solum insti videbantur, Maiora vero percepta legis negligebant, nempe iusticiam misericordiam et fidem, subdidisse tandem hec oportuit facere et illa non ommittere. Lex enim gratie plus prestare iubet q Mosaica sed per charitatem. ea lege gratie primum omnes Chriam pro decimis bona omnia sua ante pedes Apostolorum proiciebant, demum fiebant collecte et Contributiones pro clero sustentando, postremo cum ptas Secularis subiecta fuit Chro, donati sunt prouentus et decime iuxta diuinam constitucionem. que donatio si nihil aliud roboris haberet, qm id quod collatum est a regibus et Principibus, a quibus et Seculares ordines sua habent bona et Priuilegia ‡ illa valere non possunt

Mathias Drzewiczki

‡

nisi non valeant omnia Quorsum item attinebat allegare subla:
tum leuiticum Sacerdotium quasi non maius et Nobilius sit Sa:
cerdotium Chrianum. quod datur per Spiritum Sanctum per
impositionem manum et potestatem remittendi peccati, omneq
Pontificem ex hominibus assumptum, pro hominibus constitui
vt offerat dona et Sacrificia pro peccatis, nec queq usurpare si:
bi debere hunc honorem nisi vocatum a deo tanq Aaron vt
constet non adeo sublatum esse Sacerdotium veteris legis qua
consumatum et perfecte redditum. Et proinde puduit nos ve:
hementer et Mtas regia profecto dedignata est totas illas lras
vrarum. D. audire, tam damnatis contumeliosis et nichil ad
rem facientibus Apostatarum Cantilenis refertas ~~vel scribe~~
~~aliquid aptius~~ decretum Principis sui impugnantes, neq excu:
sare se possunt vre. D. paupertate Colonorum suorum cum ab
eis ipsi censum suum capiunt. et dominus per Malachiam Pro:
phetam causam reddit paupertatis populi. quando in decimis
et primiciis suis defraudatur, Rogamus itaq et consulimus
vris. D. vt posthac in causis eiusmodi potius iurisperitos qua
Apostatas consulant, et cum plane videant, quantum mali
inuexerit Orbi hec noua antieuangelica disciplina, ita se
ipse gerant vt bonos Chrianos, et boni Chriani Principis sub:
ditos et Consiliarios decet, Nos vt ante hac semper in rebus
omnibus ita in hac quoq causa quantum maxime poterimus,
et iustum ac decens nobis videbitur. volumus libenter vris
D. adesse et gratificari. Que valeant foeliciter et nos
diligant.

Sentenᵃ Sigismundi primi Regis Poloniē pro Epo et Capitulo Culmen̄ contra Nobilitate Terre Culmen̄: super solutione decimē

Notum facimus per pntes, quibus expedit vniuersis, Quomodo coram nobis, totoq; nro regio Senatu tam regni nri Poloniē q̄ etiam nrarum terrarum Prussiē, in Conuentu generali Marienburgi in Arce nra celebrato constituti Rdus in Chro Pater dominus Joannes Epus Culmen. Sincere nobis dilectus suo ac sui Capituli nominibus ex vna et Nobilitas, ac Ciuitates terre Culmen, parte ab altera, vbi dominus Epus questus est contra eandem Nobilitatem Ciuitates. oppida et villas, q̄ sibi et suo Capitulo Ecclesiē Culmen: annonas aratrales quas Plusne vocant a quolibet aratro vnum videlicet modium Siliginis et alterum modium Tritici. loco decimarum institutas prētextu Lutheriane factionis soluere recusant, censuras quoq; Ecclesiasticas in hac parte non curantes, quas quidem annonas a ducētis annis et vltra eorum prēdecessores ac ipsimet sine aliqua contradictione semper cum bona voluntate exoluerint, prout testimoniis lrarum et antiquorum regestrorum a dno Epo sufficienter fuit comprobatum, altera parte suam recusationem nullo litterarum documento comprobante, Nos itaq; cum nro Regio Senatu huiusmodi iuste querele domini Epi, et sui Capituli, equam rationem habentes considerantesq; q̄ huiusmodi annone aratrales ex donacionibus Principum de consensu omnium subditorum nrorum vtriusq; Status terrarum Prussiē antiquitus emerserint, locoq; decimarum institute sint, et a Sede Apostolica lris sufficienter confirmate, quas et nos ratificamus et confirmamus prēsentibus, tum q̄ ipse dominus Epus Culmen cum suo Capitulo, easdem annonas aratrales vltra longissimam prēscriptionem per suos prēdecessores ac seipsum perceperit, et pacifice iure suo semper potitus est. nolentes prētextu prēfati Lutheriani erroris in nro regno, nrisq; Dominiis quicquam innouari aut per aliquem cuiuscumq; Status quod contra Ecclesiē racionē instituta esset aliquid fieri debere, decernimus prēsentibus vt prēfata

Nobilitas terre Culmen' vna cum ſuis agricolis et Ciues ipſi qua-
rumcumq; Ciuitatum aut Oppidorum eiuſdem terre ac dicionis Cul-
men' qui agros colunt, easdem amonas arabiles et quecumq; alia
iura Epiſcopalia aut Parrochialia ipſi dno Epo et ſuo Capitulo
ac ipſis Plebanis vt antea conſueuerunt ſine aliqua contradic-
tione, iuxta antiquam conſuetudinem ſoluant realiter, ſingu-
lis annis intra terminum dierum a feſto Sancti Michaelis
incipiendo vſq; ad feſtum Sancti Martini confeſſoris inclusiue,
proinde nichil ſua temeritate prętextu alicuius noui erroris
innouent, aut permutare audeant, et quemadmodum nobis
nrisq; ſucceſſoribus Regibus in temporalibus ita et Eccliaco
Statui in Spiritualibus iuxta maiorum ſuorum ſacroſancta inſti-
tuta fideliter obediant, ritibus Sancte Ecclię Romane in om-
nibus ſe conformantes, cenſuras quoq; Eccliacas vt fideles Chri-
ani pre oculis habeant, illas omnino meluentes, preterea qui-
cumq; ex Nobilitate huic mee ſententię contrauenerit premiſ-
ſis ſatisfacere nolendo, aut ſe quouis modo opponendo, volumus
vt ad requiſitionem dni Epi vel eius Capituli dominus Palatinus
Culmen' pro tempore exiſtens in talem contumacem Nobilem
pignoribus et aliis pęnis conſuetis animaduertat, donec ſe satis
factione et emendacione ſue pertinacię dno Epo et Ecclię ipſi
reconciliet hoc ipſum de Ciuibus, oppidanis, ac Villanis, con-
tumacibus vt in ſuis locis ordinariis preſcriptis pęnis pignora-
tionis et aliis puniantur, et ad ſatisfactionem compellantur
preſentibus diſpoſitum eſſe volumus, acta ſunt hec Marienbur-
gi feria ſexta ante Annunciationis Marie Anno M. D. xxvi.
Regni vero noſtri anno vigeſimo primo

Lrē Sigismundi primi regis Polonie date Terris Posn et Calissien: in negocio Contribucionu

Significamus ꝛc Quia cum amo superiore instituissemus Cō: uentum generalem Piotrkomē pro festo S. Nicolai pretereto cum ad consulendum de defensione et aliis Reipublicē ne: gotiis tum eciam ad publica intra reformanda et in eo ipso Conuentu, perpenso eo, quante molis sit et dispendii, omnis communis motio, nullamq esse intiozem et commodiozem pro: uisionem q̄ presidia militum mercenariorū decretę essent per vniuersos Consiliarios ac terrarum Nunctios Contributiones festonum Czopove et Shoßi ad duos amos continuos ad presi: dia in Russia tenenda, solis Nunctiis Pallatinatus Posna: mēn et Calissien, non consencientibus propterea quod suffici: entem facultatem non habebant, et nos admonuissemus Nobi: litatem illam in Conuentu Posnamen proxime congregatū vt decretum Conuentus generalis susciperent, nec ab illo, vt par est, dissiderent illiq se obsequenter erga nos exhibentes vti fideles subditos decet, ad easdem contributiones per Con: siliarios Primarios et Nunctios Palatinatuū suorum hinc ad nos missos consensissent decretumq Conuentus genera: lis acceptassent, nos hanc eorum obseruanciam et obsequium gratum habentes, promittimus presentibus, quod hic eorū consensus et obsequium in nos et Rempublicam exhibitum in nullum detrimentum vel diminucionem Priuilegiorū ac li: bertatum ipsorum cedere debeat nunc et in posterum in cu: ius rei ꝛc Datū in Arce nra Marienburgen feria secūda Paschē Anno domini .M. . D. XXvi° Regni nostri XX°.

Cittatio contra Gedanenses Luteranos

Sigismundus .I. Rex polonie.

FAmatis Proconsulibus, Consulibus, Scabinis, Judicibus, et aliis Administratoribus, Officialibus, necnon priuatis Ciuibus, Mercatoribus, Opificibus, Plebi, et toti communitati, ac Incolis, Ciuitatis nre Gedanen, Singulis et vniuersis, fidelibus nris. Cum dudum relictis Maiorum vestrorum vestigiis, et Sacre Relligionis obseruantia abiecta, nouam et Apostaticam Secta istuc induxissetis, diuinissimum Sacratissime Eucharistie Sacramentum, nunq satis laudatam virginem dei genitricem Mariam dominam nram, ceterosq Sanctos, ac eorum imagines et Statuas blassemauissetis, et modis indignis tractassetis, Ciboria, Altaria, picturas in Ecclesiis confregissetis, et contumeliose eiecissetis, Aurum, argentum, Calices, Patenas, Cruces, Sacras vestes, Ceremonias, ac veterem ritum Ecclesiasticum a Priscis Sanctissimis patribus, vita et miraculis clarescentibus, institutum in omnibusq regnis et dominiis Chrianis hactenus tot seculis concorditer et inuiolabiliter obseruatum, e templis sustulissetis, Monachos et Sanctimoniales, apertis Claustris eiecissetis, ipsosq ac Sacerdotes alios, et Ecclesiasticas personas, ignominiosis spectaculis, turpiter ac publice exposuissetis, ad vetitas Nupcias contra eorum professionem ac votum etiam inuitos compulissetis, verberibus et aliis iniuriis affecissetis, illorumq etiam simul et Rndi domini Epi Wladislauien ac Abbatum et aliarum Ecclesiasticarum personarum redditus et prouentus temere occupassetis. Iurisditionem Epalem eiusdem dni Epi Wladislauien in Ciuitate et dicione vra impediuissetis, et exerceri prohibuissetis, Blassemos heretice Secte Predicatores, legittimis Rectoribus expulsis, instituissetis, aliosq subditos nros, ac vicinos labe perniciosi exempli contaminassetis et subinde vt humana pariter cum diuinis confunderetis, in Mtis

nrē derogationem, Burgrabium et Officiales nros Proconsules,
Consules, Scultetum, et Scabinos, propria temeritate exauctoras:
setis, et multis opprobriis affecissetis, aliosq; in locum ipsorum
indebite suffecissetis, Patrias leges, Plebiscita, nrasq; et prē:
decessorum nrorū inscriptiones temerassetis, ac nouas pro vrā
libidine sediciose sanxissetis et confecissetis, Oratores et Con:
siliarios nros insignes, et prēsertim Rmū dominum Epūm Wla:
dislauien, ac alios nros, et Iudicum a nobis delegatorum Nū:
ctios, indignissimis contumeliis et iniuriis affecissetis, literas
et mandata nrā regia, sepenumero transgressi fuissetis, ac inde:
center et contemptim accepissetis, Nec sentenciē pro Nobili Ebre:
hardo Ferber à nobis late parnissetis, Malam et leuem monetam cō:
tra prohibitionem nrām et Consiliariorū terrarum nrarūm Pru:
ssiē cudissetis, multiplices periculososq; tumultus ac sediciones
publicas excitassetis, atq; subditis nris ac cēteris vicinis vris
violenciam, etiam nobis prohibentibus multifariam intulissetis
et pleraq; alia indigna commisissetis. Sepenumero vos tū
lris, tum Nunctiis nris benignissime, ac etiam seuere admoni:
imus, vt aliquando resipiscentes, à multimodis huiusmodi prē:
uaricationibus et insolenciis, deinceps abstineretis, et spe consequē:
de veniē, omnia in pristinum Ordinem et Statum reponeretis,
Verum nec benignis admonicionibus, nec seuerioribus mandatis
nris, vllus apud vos locus hactenus fuit, quinimmo missis ad
nos superioribus diebus Nunctiis vris tanq; prēmissorum
facinorum rationem reddituris, liquida pertinaciē vrē testimo:
nia aperte declarastis, positaq; fronte, crimen magis agnoscere,
et tueri q̄ diluere, ac simulatam magis q̄ veram obedienciā
vrām nobis nunctiare non erubuistis. Et insuper quosdam nico:
las Ciuitatis istic nrē, prēcipuos prēdictorum malorum Autho:
res, et Lutheranos ac apostaticos Concionatores à nobis euocatos
non modo non statuistis vt mandaueramus, sed solita peruicacia
eos detinendo, ad nos venire prohibuistis. Vnde non abs re, id,
quod vrā merebatur audacia, dudum in vos decernere et statuere
potuissemus, Sed ne quis pii ac Chriām Principis Clemenciam in

nobis desiderare videatur, aut vos non admissa defensione, aut non vocatos, precipitanter condemnatos expostulare possitis, Vos omnes et singulos supradictos, ac vniuersitatem vram, presentium litterarum serie, et edicto peremptorie cittamus, et citari mandamus, districtius precipien, vt feria secunda proxia post festum nunc instans Sanctorum Trium Regum, coram nobis, aut Judiciorum Regni et Curie nre presidentibus hic Piotrkouie, vel vbi tunc in Curia nra constituemur, per vros Syndecos vel Procuratores, sufficienti mandato instructos, compareatis, ad videndum et audiendum vos, qui Clemenciam nra regia abutimini, ob premissa facinora, ac preuaricationes, iuxta legum et regni nri Sanctiones condemnari. et legittimas temeritatis vre penas iam tandem in vos decerni, vel saltem adhuc causas, si quas habueritis legittimas et racionabiles, cur id fieri non debeat allegando, Veremur enim ne et grauissimam vltionem a domino Deo, et apud alios omnes Reges Principesq ac nationes Chrianas, turpissimam notam subeamus, si ad tam indigna et nephanda facinora vlterius coniueremus. Certos autem vos volumus esse. q etiam vobis non comparentibus, nichilominus in vram contumaciam ad omnia supradicta contra vos iuxta iuris ordinem procedi faciemus, Volumus quoq et decernimus, has nras Citacois lras vt ad singulorum citandorum noticiam deueniant, post illarum in Consulari congregatione factam publicationem. per edictum Preconis in loco Judicij aut in valuis Maioris templi Beate Marie virginis, et nonnullarum aliarum Ecclesiarum, Dominico aut alio festo die, populo, ad Diuina officia congregato, more aliorum edictorum affigi et publicari, eamq publicationem omnes et singulos quorum interest, perinde artare, ac si in eorum presentia, executio putium facta fuisset. Datum in Conuentu generali Piotrkouien, feria sexta proxima post festum Sancte Lucie virginis Anno domini M° . D. XXV° Regni vero nri anno XIX°

Prorogatio termini Gdanensium

Sigismundus I. Rex Polonie.

Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis. Quia cum Proconsules, Consules, Scabini, totuq; communitas Ciuitatis nre Gedanen erga Diuinam Mtem, et eius Orthodoxam relligionem, et fidem, ac contra nos, et auctoritatem nram regiam multifariam excessissent, admonicionibusq; nris per literas et Nuncios, vt a preuaricacionibus et insolenciis suis abstinerent, et mandatis nris parerent satisfacere non curassent, citaueramus illos ad hunc Conuentum Piotrkouien generalem, et iure cum illis agere volebamus, Cum autem illi iuxta terminum illis prefixum, per Nuncios suos, coram nobis comparuissent, et mandata ab ipsa Ciuitate nra Gedanen altero Sigillo eiusdem Ciuitatis altero vero pluribus Sigillis priuatorum Ciuium appensis obsignatum coram nobis exhibuissent, erroresq; et excessus suos agnoscentes, veniam a nobis suppliciter peciissent, Nos prorogantes et suspendentes terminum hunc, quem hic habuerunt ad sextam diem post foelicem nrm in Mariemburgum proximum aduentum, eadem mandata ad nos accepimus ac in Cancellaria nra retineri et conseruari mandauimus harum testimonio litterarum quibus Sigillum nrm est impressum Datum etc

ИБ

Inicio Anni M. D. XXvi.° xxx.ª Januarij Rex finito Conuentu: exiuit ex Piotzkow, ad Cracouiam, ad dies plus minus xx. ad expedienda illic nonnulla negocia. Postea ex Cracouia contulit se ad Prussiam et venit Mariemburgum 8. Marcij. Ex Mariemburgo postea, iuit Gdanum ad puniendos Lutheranos

Sigismundus. I. Rex Polonie
Bone sffortie regine Polonie vxori.

Serenissima Princeps etc. Peruenimus Thoruniam itinere satis commodo. vtimurque et valetudine et successu gra dei hactenus fausto et foelici, hodieque iter nrm versus Mariemburgum continuabimus, interim quia nunq obliuisci possumus Mtis vre, Mittimus ad illam visendam hunc Nunctium nrm et rogamus illam plurimum, vt quo pacto et ipsa et pignora nra suauissima valeant nobis per eundem Nunctium declarare dignetur, sitque foelix et incolumis, ac nos mutuo diligat. Datum die quarta Marcij Anno.

---

8 Marcii Rex Sigismundus Mariemburgam venit

---

x.ª Marcij, Janussius Dux Masouie mortuus

Conuentus in Marienburgo statutus pro dominica Oculi M.° D. XXvi.°

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis minoribus prussie. vt Marienburgum ad comitia ad regem veniant

Egnerose fidelis dilecte. Cum accepissemus graues motus excitatos esse istic in terris Prussie multaq; mala commissa, cum aduersus deum et religionem sanctam Catholicam, tum etiam aduersus authoritatem nram regiam, eaq; hactenus sistere nó potuissemus per litteras Nunctios, et Conuentus quos istic celebrari fecimus videremusq; res omnes et eos errores in dies inde: terius prolabi, nolentes officium et debitum Chriam regis pretermittere, et terras istas mas diutius in ea confusione et permicie que inde nasci solet, relinquere conferre nos istuc ipsi et his malis pro virili nra mederi decreuimus, quod vt efficatius exequi possemus Conuentum generalem earundem terrarum Prus: sie Mariemburgi pro dominica Oculi proxima statuimus, que bis leris tue. f. declaramus, et hortamur illam, vt ad eum venire non negligat nobiscum et cum aliis Consiliariis meis de rebus et negotiis impendentibus consultura pro debito sno et gra nra Dat

Sigismundus primus Rex Polonie
Judicibus Scabinis et Nobilitati
Districtuum infrascriptorum

GEneroſis et Nobilibus Judicis Scabinis et toti Nobilitati Dis-
trictus Thucholien' fidelibus dilectis gratiam meam regiam
Generoſi et Nobiles fideles dilecti. Exiſtamus iam vobis eſſe
non incognitum. nos propter arctas iſtarum terrarum Pruſſie
neceſſitates magnoſq; errores in illis pullulantes ex hac noua
hereſi Lutherana que omnia diuina et humana pertubat et
confundit, quo illis ſedandis communi conſilio prouideri poſſit.
Conuentum generalem hic Mariemburgi inſtituiſſe. Itaq; man-
damus vobis vt q primum ſimul conuenientes vnum vel duos Nu-
cios idoneum vel idoneos, qui nobiſcum et cum Conſiliarios meis
ſuper ipſis neceſſitatibus et aliis negotiis impendentibus et ex-
toribus predictis iſtarum terrarum conſulerent ex toto Diſtri-
ctu vro eligatis, et ad feriam quintam proximam poſt domini-
cam Letare nunc inſtantem eoſdem Nunctios vel Nunctium
cum plena et omnimoda facultate conſulendi et conſentiendi ad
omnia que in hoc preſenti Comentu conſtituentur et concluden-
tur, ad eundem Conuentum millatis. proſide vra et gra mea
non aliter facturi Datis Marienburgi feria ſexta proxima
ante dominicam Letare Anno domini M. D. xxvi°
Regni vero mei anno Vigeſimo

Judicibus et Scabinis districtuum
- Swecen
- Tucholien
- Slorhowien
- Gdanien
- Potzrenſis

Judicibus et Scabinis districtuum
- Leden
- Grawdenz
- Brodnicza
- Rogoſno
- Golub
- Conalewo
- Starigrod
- Tozun
- Bratian
- Birglow

Petrus Tomiczki Eps Crac: R. P. Vicecancell
Chr° fero de Schidlowec Palat° et Capit° Crac
Regni Poloniē Cancell°: Corczinen Sochaczenien
Gostinen: samboriensi Capitaneo.

MAg^ce dnē &c. Quod à maximo rerum omnium conditore iampridem assidue precatus sum, id modo, vsq; ad summum me assecutum esse plane perspitio, a primis namq; (vt ita dicam) incunabulis noticie, et mutue beneuolentie nostre, tam excelsas et egregias animi et corporis, tum etiam fortune dotes, in M. vrā suspiciebam, vt dignam semper existimabam, que secundum R. Mtem d. nrm clementissimum, prima cum summo imperio rebus humanis preesset, cui meo voto, cum deo propitio, euentus ipse, per omnia responderet, insigni quodam desiderio torquebar, q vi: debam, certam partem humane felicitatis M vre adhuc defuisse nempe. heredem, qui in paternarū virtutum chorum, tum etiā amplissimarū fortunarū (quas sibi virtute duce, fortuna Comi: te M. vrā parauit) copiam succederet. Ecce tibi heri iucun: dissimus Nunctius, qui filiolum M. vre recens natum michi nū: ctiauit, ita pro summo et perpetuo meo erga M. vram studio, actis p̄mū immortali deo gratiis, michi gauisus sum. M vero vre gratulatus, et modo his lr̄is gratulor. idemtidemq; deum pre: cor, vt hoc gaudium, quo me non minus q̄ ipsam M. vram, affectū testor, vtriq; nrm sit diutissimum, vt videlicet idem ipse filius, inspectantibus nobis crescat, et euadat patri q̄ simillimus, Me autem, vt vetusto hoc est magno et sincero suo fauore prosequatur Rogo et oro eadem M. vrā quam foelicissime, et faustissime cum omnibus suis in longos annos valere Cupio cuiq; me Com: mendo Dat.

Responsum a Sigismundo primo Rege Poloniæ Datum Erhardo Qweiss Epo Pomesaniensi .v. Aprilis. Marienburgi.

Ea, quæ vra Prtas nudius tercius, coram Sacra Mte regia, partim ab Illri Principe Prussiæ, partim etiam suo nomine, egit hec in summa continebant.

Declarauit inprimis vra Prtas Sponsalia inita, per Illtrem Principem suum, cum filia Sermi domini Regis Datiæ, et postuuit nomine Illtis suæ, vt eius Mtas, has nupcias illius, sua presentia honestare dignaretur.

Recensuit deinde vra Prtas, nonnulla, in excusationem sui, ex lris Mtis suæ ad se datis, et quod attinet eos Concionatores, quos Mtas sua comprehendi fecit, quemadmodum eos ipsa hic constituerit, commiseritq; vt nichil nisi verbum dei predicarent, quod si fecerunt vt eius Mtas innocentiam ipsorum tueretur, sin aliter, non contradicere se quin punirentur, et de hoc, paratam esse vram Prtem, et respondere, et audire, melius docentem.

Ad hec, Mtas sua regia, vre Prti responderi mandauit.

Satis compertum esse vnicuiq; potest, quantis negociis eius Mtas inuoluta sit, hoc tempore, in regno, et aliis dominiis suis. ita vt vix ad componendos motus, et alia negotia, harum terrarum, eripere se, ad hoc exiguum temporis spacium, quo hic immorabitur, potuerit.

Et proinde, nequaq; id prestare poterit eius Mtas, quod ipse, Illtris Princeps et Nepos eius charmus, postulat, cui Mtas sua libenter

in omnibus gratificaretur, et illi omnem honestatem exhiberet, optatq; Mtas sua, vt vra Prtas, eius Mtem, ita vt audiuit, et vt res est excuset.

Quod ad predicatores istos vre Prtis attinet, Mtas sua, postq intellexit eos hic predicare, vbi et plebanus est legittimus, et alij predicatores ab eo constituti, predicare vero nomine quidem et pretextu verbum dei, re autem ipsa, meram doctrinam Apostaticam et Sediciosam contra mandata et edicta Mtis Regie, illos comprehendi fecit Mtas sua, et castigari debito modo constituit.

Que res, merito, nichil ad vram Prtem attinere debet, cum nondum a Sede Apostolica, vt mos est, in vniuersali Ecclia, sit confirmata, hec enim vera vocatio a deo, sicut vocatus est Aaron, ab hiis quibus deus hoc munus commisit, vngendus et Sanctificandus.

Quando vero vra Prtas potestatem habebit legittimam, officium Pontificis exercendi, tum demum illud, iuxta diuina et Ecclesiastica instituta exercere poterit.

Nam quod ad verbum dei attinet illud Mtas sua tanq Chrianus Rex, et omnes eius subditi, venerantur quidem et obseruant sed illud operculum fieri scelerum et insolenciarum, vt nemo non videt, nequaq Mtas sua tolerare potest.

Et proinde, ipsum verbum dei predicari vult, non vt Apostate, vel hi noui Euangeliste, suo sensu ac libidine exponunt, sed vt illud intellexerunt patres, et maiores nri, a quibus illud, per manus accepimus, et qui eidem verbo omnem fidem fecerunt, vitaq; et miraculis suam doctrinam confirmarunt, et illam tot seculis approbatam nobis reliquerunt.

De quo, neq; Pr^tas vra, vt litterata, doceri opus habeat: Cum scriptu sit: ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui, et non plus sapere q̄ opportet, neq; censet Mtas sua, satis pm et Chrianum disputare, ac pro libitu suo, vnūquemq; pronunciare de his, quē dudum, vniuersalis Ecclie decretis, statuta, et ab vniuersis accepta sunt et approbata.

Ita enim nichil vnq̄ certi haberi posset. essetq; Ecclia dei, ipsa Babilone confusior, vt satis apparet in illis locis et Ciuitatibus, in quibus hec pestis radices egit, quē ne dominia Mtis suē, ita, vt alibi indignissimē videt, occuparet, nullo modo pati nec admittere vult, vt quicq̄ tam in diuinis, q̄ etiam humanis rebus, in regno, et dominiis suis, aliter q̄ antiquitus traditum est, et qm omnes reges, et Principes Chriani obseruant, innouari deberet.

Et hec est Mtis suē perpetua
voluntas et responsionis Summa

Albertus Marchio Brandeburgen. Dux Prussie
Chr^o foro de Sidlowec Palatino et Capit^o Crac.
. R. P. Cancellario:

Salutem Mag^ce dne et fr char^me. Heri nobis allate sunt vesperi lre, Epi Pomesanien, vite integritate, maiorum insignijs, atq; pietate Venerabilis et conspicui viri ad nos scripte, ex quibus intelleximus Sacre Mtis regie nomine, eiusmodi fere eidem responsum datum, primum Iurisdictionem illarum terrarum ad eundem non spectare, non confirmatum a Sede Apostolica Epm, deinde defensionem eius nomine Captiuorum ministrorum verbi non passuram regiam Mtem, quia patribus omnibus non eandem fidem adhiberet, quinimo regiam Mtem sic de:

creuisse punire ministros eos, qui contra vniuersalem vt vocant
Ecclesiam docuissent populum, quod responsum quod mirum nobis fue:
rit, quod etiam animum disciderit nostrum. Magnifice domine amate fr
cui pocius significaremus imo aperiremus quod M. vestre habemus
plane neminem, qui namque fit? vt id temporis quum de concordia
inter regnum Polonie et ordinem ageretur. Episcopus non solum di:
ceretur Pomesanien nostre, sed et ei negotio interesset, preessetque
quod tamen illorum vniuersalis Ecclesia, neque quod recipit
aut aprobat, igitur ne ad libitum hominum stat. vel obserua:
re vniuersalem Ecclesiam vel in eandem cum volupe sit pec:
care? nisi vero minus lesus sit Pontifex Romanus minusque
pendeat ab eius authoritate, ordinem et Magistrum esse vel non
esse in Prussia, quod confirmatos sibi Episcopos. Cuius autem consensu
hic ordo interierit quid id temporis actum sit Cracouie cete:
rorum Polonie Episcoporum consensu, ne dum conniuentia, orbis
non ignorat, vtcumque rem pallient, per heresim desertum or:
dinem. Quemadmodum item ante, durante ordine, in Bullas
(recte bullas) Pontificum indignationem dei, et beatorum
Petri et Pauli minitancium, ab eisdem peccatum sit, prodent
Priuilegia ab ea vniuersali Ecclesia nobis prestitata regi
propediem illorum consilio tradenda scilicet hec est relligio?
vbi vtilitas aliqua arriserit audacter Iudicium Romane
Ecclesie quam illi vniuersalem vocant infringere, vbi eadem
aliud suaserit, tunc eiusdem Ecclesie et Pontificum leges sanctis:
simas nobis formare? nisi hoc perfugium satis sit dicere, lo:
tis manibus viderunt ipsi satis nos mirari non possumus, do:
minum et patrem nostrum Serenissimum regem passum ad hec se induci,
Episcopus Pomesanien nostre a nobis primum, deinde et a suis voca:
tus ad munus, qui nobis ineptus minime videtur tot negociis
a sacra regia Maiestate Archiepiscopis. Episcopisque. Episcopus admissus habi:
tusque nunc demum iurisditione priuari dicitur, verum nos non
illum sed nos ledi dicimus, atque aduersum id agi, quod concor:
dia nostra prohibitum est, nam haud obscure intelligimus, quid

sibi velint isti, nempe hoc, Papa, quia non adprobat Contractum
regie Mtis et ducis, ne Epos Pruthenorum confirmaturus.
Non habebit igr Prussia Epos? Quod q respondeat contra:
ctui nro et paci Mag: vram iudicem paciemur, et eas ipsas
lras Qua propter optimum nrm et Chrianum Consilium in re
chriana dabimus. Committat Mtas regia Epis suis, ut hnc
nrm ad se vocent priuatim, conferant scripturas, et eas iudi:
cem faciant que tandem iudicem agent omnium hominum, Si
quid erratum est a nro corriget errorem, Qui iampridem
parere meliora docenti paratus erat. Valde suspecta illorum
causa est, si multitudini magis fidunt q spiritui sancto, q loci,
q scripture. Veritatem temporis filiam esse ethnici dixerunt
hec de veritate doctrine quam illi nouam vocant consuli:
mus, nam quod ad confirmacionis Eporum necessitatem
pertinet, nec a sanctis patribus constanter recipitur, Si nos
audierit regia Mtas, si inducta nro consilio, rem chriane
amice, Candide, cum nro Epo committet secreto et tempore
oportuno tractandam honor manebit, quod speramus, debitus
Pomesanien, pax et concordia nra non ledetur, et nos cognos:
cemus a regia Mte ut filium amari, ab Epis Chriane diligi
a vra quoq Magcia fratris in modum obseruari, Quod a dno
deo precamur vehementer iterum atq iterum, Et hijs me re:
gie Mti commendatum velim, Bene valeat vra Magcia et
amet redamentem sinceriter. Datum ex monte regio xiia
Aprilis Anno domini M° D° XXVI°

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie Datum Nunctiis Ciuium Gdanen: Marienburgi

Nulli incognitum est quanta benignitate gratia et fauore prosequ: ta sit Mtas sna regia Ciuitatem suam Gdanensem quantum in augendo, tuendoq; statu illius arce et impendii subierit.

Et quando eius Mtas intellexerat pullulare milla cum errore qui diuina et humana omnia confundit, multaq; cum aduersus deum et religionem Sanctam Catholicam, tum etiam aduersus Auctoritatem Mtis sue regie, indignissime commissa, admoni: erat vos eius Mtas frequentissime, non solum per litteras et Nu: cios sed etiam per Primarios suos Consiliarios clementissimis verbis vt ab his insolenciis vos reuocaret.

Cum autem monita salnberrima eius Mtis contempsistis cum abiecta religione Sancta, abiectis moribus institutisq; maio: rum vrorum, quibus aucta est Ciuitas vra, in reprobum se: sum penitus abieritis, et a recta via vniuersalis Ecclesie in semitas perditorum Apostatarum et prevaricatorum prorsus de: clinaueritis, cum edicta Mtis sue contemptui essent habita, officiales eius depositi omnes, Sacri ordinis viri expulsi, tem: pla et Monasteria spoliata, multaq; alia nefaria perpetrata, coacta est Mtas sna regia, vt instus et pius Princeps, vos in ius vocare et vobiscum ince de tanta dei, et sna iniuria experiri.

Tamen considerans Mtas sna regia, eam penitudinem vram quod de commissis erga deum, et Mtem suam excessibus tam verbis q; poplitibus profitemini.

Considerans humiles supplicationes vras, vt Mtas sua vobis gratiam sna exhibere dignaretur, considerans demq; id qd

vos et hanc causam vrām mero arbitrio et gratie Mtis sue subij:
citis offerentes illi omnem suam obedientiam fidem et subiectionē.

Non reicit eius Mtas pro sua clementia hanc resipiscentiam vrāz
eamqz in presens gratiam vobis exhibet, quod iudicium suum
cuius gratia huc venit, vtcumqz cum incommodo et iactura
temporis adhuc suspendit. vt interim cognoscat vtrum res
ipsa et facta cum verbis vris concordent propter quod et iudi:
cium esset intermittendum et vobis ea grā quam petitis exhi:
benda.

Proinde mittere dignabitur Mtas sua Gdanum aliquos ex Cō:
siliariis suis qui hoc ipsum inuestigabunt an videlicet ea sit
illic re ipsa et factis ipsis resipiscentia et penitudo voluntasqz
obsequendi Mti sue, quam verba vrā et supplicatio vrā prese:
ferunt.

Quod Mtas sua cognito id demum facere dignabitur quod ius:
tum pnim et Christianum Principem facere decebit vos vero
interea precedatis, et Conciuibus vris hanc gratiam Mtis sue,
quam audiuistis referatis.

Cum autem ante terminū vobis designatum, vos et penitere horū
excessuū vestrorum et submittere vos gratie et voluntati
Mtis sue declarastis petentes à Mte sua veniam, et omnem obe:
dientiam illi exhibentes, non reijcit eius Mtas pro sua clemen:
tia vtcumqz grauissime lesa, hanc resipiscentiam vrām, sed
super illa deliberare et alio tempore vobis respondere digna:
bitur.

Edictum regis: vt nobilitas Prutena Regem deducat ad Gedanum.

Sigismundus .1. Rex Polonie.

Vniuersis et Singulis Dignitariis et officialibus Palatinis Castellanis, Capitaneis, Iudicibus, Scabinis et Nobilibus ac aliis quibuscumque ad seruitium militare nobis obligatis in terris Prussie, nre dicioni subiectis vbilibet existentibus et presertim in Palatinatu. N. et districtu. N. constitutis Sincere et fidelibus dilectis gratiam nram regiam Mgci Generosi, Nobiles, Famati, et Prouidi Sincere et fideles dilecti. Nemo vrm ignorat, nos hic Marienburgi Conuentum generalem istarum terrarum nrarum Prussie in presens statuisse, et agere illum incepisse. Quia vero negocia publica in ipso presenti Conuentu tractari incepta, discuti et perfici hactenus commode non poterant, immineatque nobis multe etiam Regni et aliorum Dominiorum nrorum ardue necessitates, propter quas et obsedandos errores et motus, in Ciuitate nra Gedanen dudum ex labe Lutherana excitatos, aduentum nostrum ad eandem Ciuitatem Gedanen maturare, et propediem cum Consiliariis nris illuc proficisci, ac negotia predicta bonum et tranquillum Statum harum terrarum concernentia de quibus nondum plene hic deliberatum est et consultum illic determinare statuimus. Ideo mandamus vobis strictissime, vt vnusquisque vrm absque omni mora, prout melius, decentius et ornatius poterit se accingat itineri et ad ipsam Ciuitatem Gedanen, se gpri: mum conferat et circa illam ad diem dominicam proxime futuram que erit Quintadecima Aprilis, omnino constituatur vnaque nobiscum et cum aliis Proceribus et Aulicis nris, pro regio nro honore, eandem Ciuitatem Gedanen, eo ipo die dominico proximo ingrediatur pro fide et debito suo graque nra, Volumus autem et mandamus, vt quilibet Capitaneus sub poena contra negligentes Capitaneos instituta presentes

vel similes alias nras lras, cum primum ad illum peruenerint per publicas proclamationes, in omnibus suis Districtibus publicari, et ad Dignitarios, officiales et Nobiles ac alios predictos ad seruicium militare obligatos suorum Districtuum ita vt moris est transmittat, vel vnus quisque vrm ad alium sibi viciniorem cum illas perlegerit easdem mox deferri faciat pro gratia nra non aliter facturus Datum in Arce nra Mariemburgen feria tercia proxima post dominicam Conductus Pasche 1526

Sigismundus primus Rex Polonie / Consiliariis: Gdanum ad disponenda Ciuitatem pro aduentu regio premissis.

Mathie Drzewiczki Epo Cuiamien
Joanni Latalski Epo Posnaniensi
Chrofero Schidlowczki Palatino et
Capito Crac. Regni Polo Cancello
Andree de Tanczin palato Sandomirien.
Luce de Gorka Castello Posn: Capito maioris Polo
Joanni Choienski Archidiaco Crac. secretario regio.

Magci sincere nobis dilecti. Accepimus lras. Stmum vrarum: quibus nobis seriem ingressus sui isthuc Gdanum describunt. Quod nobis est non vulgariter gratum. Et quia intelligimus opus isthic esse pntia nra et tempus, ac alia negocia nra longiorem moram non patiuntur: constituimus prope diem isthuc venire, et que opus sunt citra cunctacom obire. Interim vero hortamur Stes vras, vt nos quottidie de actionibus suis reddant certiores. Propter quod mittimus vobis Cubicularios nros vti postulastis. Datum Marienburgi. Aprilis 1526.

Sigismundus .I. Rex Pol Elbingensibus.

FAmati fideles dilecti. Retulit nobis Rx dus in Chro Pater et dominus Mathias Epus Wladislauien velle vos in certo numero equitum nobiscum Ciuitatem nram Gdanen ingredi, gratum quidem nobis id foret, si tempus ferre posset Sed quia nos post aliquot dies domino deo volente illuc proficisci in animum induximus, propterea non potest nobis hec vra voluntas tempestiue obtingere, habemus tamen vra opera nonnichil opus, cum illuc Gdanum peruenerimus Quare volumus et mandamus vobis vt nos sequamini, sed non turmatim, neq cateruatim neq aliquo tumultu, ne forte plebs vrbis illius vobis alioqui commota aliquid sinistri suspicetur, Sed singulatim et seorsum absq omnis tumultus significatione eo veniatis, Quod si aliqui Sodalium vrorum istinc absunt nec sunt vobiscum in presens, volumus vt eis hanc nram voluntatem significetis et aliter non faciatis pro gratia nra Dat.

Andreas Cricius eps P., Petro Tomicio epo Crac Vicecancello Qui egrotus: nequiuit cum rege simul ingredi Gdanum: Marienburgi post discessum regis substiterat.

RXme mi domine, Peruenimus tandem Gdanum, Inuenimus quidem Ciuitatem non vulgarem, sed fama multo minorem in omnibus, preter Ecclesiam, que pulchrior est quam dicebatur. hominum ingens quidem multitudo, sed mera colluuies et maxima pars ex pagis collecta, in summa facies Ciuitatis quasi Judaica, Mercatorum bonorumq virorum quantulum est, in abdito manet, partim metu, partim pudore, Naute externi in Nauibus se continent. horum perditorum hominum conuictum vitantes et execrantes. Princeps Pomeranie vera est

stirps nra regia, ipsa videlicet bonitas, Epus pariter, et mi
Bononie notus, is multa est mecum loquutus quantum depe:
deat ex hac actione et aduentu regio, qui si ammaduersione
aliquam insignem non faciet, multo melius fuisset huc non venis:
se, et malam spem illi iam prebet, Concionatorum Luthera:
norum libera declamatio, et nescio que spes, qua mali fouentur
Equitatus nr fuit honestissimus, dixitq michi Mercato vnus
quod sufficientes essemus compellere fecem istam, non solum in
deum sed eciam in asinum credere si vellemus, verum antequam
Rma. D.o vra huc veniat frustra est sperare aliquid de nego:
cio relligionis, et optimum esset id cum primum et presente duce
Pomeranie agredi, multum enim illum plebecula timet, qd fer:
ratus venerit consimilisq videtur primo intuitu dno Belzen
nro. parauerat sibi eius Cancellarius quandam orationem
excipiendi Mtem regiam, sed illum de industria preuenimus
itaq Almanice dehinc gracias egit de his que illi nomine
regio sunt dicta, vt igitur ad rem redeam, oro vt Rma. D.o
Vra quamprimum potest veniat, actum enim erit de relligio:
ne et bonis Ciuibus, in cito veniat, nam in ea sola spes est
omnibus, de aliis qualis hic est apud probos et improbos exi:
stimatio, cognoscet huc veniens. Me Rme Dni vre
humiliter commendo Gedani xviij.a Aprilis
Anno domini. M.o D.o XXV.

Andreas Cricius Eps Premisliensis
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell.

Rme mi domine. Jeronimus Victor discedit crastina die Cracoviam, Supplico dignetur illi graciam in eius postulatis exhibere, est profecto homuncio non vulgaris in arte sua, et decori regni nri, et presertim cum se dedidit totum sub alas Rme D. vre, cum viris illis omnibus litteratis, petit autem vt cum ille alter impressor Polonus obtinuit Privilegium imprimendi contra ipsos, falsa narratione quòd haberet caracteres suos, pretextu isto facit imprimi in Germania que vult, in detrimentum eius et aliorum impressorum, non habens caracteres suos quos habere debuit ad festum Pasche preteritum sub annullacioe Privilegii, revocaretur aut cassaretur ipsum Privilegium suum per litteras ad Consules Crac. nam nunc vult imprimi facere in Germania Judicia pro futuro anno. Ego pro illo intercesseram, sed me collusit, dicens se caracteres proprios habere, quos vsqz huc non habet.

Responsum a sigismundo I. rege Polone datum Joanni Francisco Epo Scaren Legato aplico: Marienburgi v. Aprilis. 1526.

SACRA Mtas Regia, expendit secum ea omnia, que et littere S. D. nri continent et vra Rma D. nomine illius Sanctitatis Mti sue retulit.

Et commendat impense Mtas sua regia hoc studium et curam illius Sanctitatis, cum ad pacandas turbas et dissidia Principum et Statuum Christianorum, tum etiam ad reducendos eos, qui in relligione nobiscum dissident ad vnitatem Sancte fidei Catholice

Quodq; illius Sanctitas, inter eas curas et studia sua, non pre:
termittit negotia Mtis sue regie, cupiens illis pro virili sua
commodare id et gratissimum habet eius Mtas, et eam benigni:
tatem ac paternum officium, vult eius Mtas illius Sanctitati
perpetua fide et obseruantia sua refferre.

Concedit autem libenter eius Mtas vre Rme Prti liberu
et securum transitum, per regnum et Dominia sua vta vt illius
Sanctitas optauit, et Conductorem illi ad fines vsq; Moschouie
fidum et idoneum prebebit.

Instructio a Sigismundo primo rege Polonie data Joanni Francisco Epo Scaren nunctio Apostolico in Moscouiam eunti

Rde in Chro Pater &c Postq placuit Sanctimo domino
nro mittere in Moschouiam vram Prtem et nos ad ineundam pa:
cem cum illo Duce, Sanctitas sua exhortatur, tametsi multe sut
cause et raciones nre, que diuersum suadent, cum experti simus
fidem et Jusiurandum parui esse apud illum momenti, nollemus
tamen in hac re, vti in omnibus aliis consueuimus, et votis illius
Sanctitatis et necessitati rei Chriane deesse.

Verum ante omnia vitandum est, ne quam Dux ipse occasionem
capiat suspicandi hoc instinctu nro fieri, maxime cum ad nos
Prtas vra, vna cum Nunctio illius descenderit, vnde et digni:
tati nre nonnihil detraheretur, et Sanctissimus dominus nr
suspectum se apud illum reddere posset.

Et proinde illi ingenue referendum censemus, id quod res est, fuisse
apud nos Prtem vram, ac de libero transitu per regnum et Domi:
nia nra, et de pace inter nos et illum nomine Sanctissimi domini
nri egisse, Nos vero tametsi grauissimis iniuriis ab ipso Du:

ce affecti fuerimus, ad postulata tamen illius Sanctitatis et causa rei Chrianē pacem ipsam quē nobis digna esset, et ferenda non detrectare

De condicionibus vero pacis, licet mox post prouectionem nrām ad Magnum Ducatum Lithuaniē iniuerimus perpetuam pacem cū ipso Duce, et illam litteris et iuramento firmauerimus, quibus ille violatis, bellum nobis intulit, et Arcem nrām Smolensko per proditionem occupauit, vnde verisimile est, nullam cum eo pacem firmam et solidam fieri posse.

Tamen cum ita res fert, vt ex vsu videatur reipublice Chriāe contenti sumus vt id agat Prtās vrā, vt ipsa pax perpetua quam inicio cum illo fecimus reintegretur, et ad suas condiciones et modos priores reducatur, vt quodcumq; post illius violacionem, vtrimq; est interceptum, restituatur, et in ea sentēcia Prtas vrā perpetuo quo ad pacem perpetuam ineundam persistat.

Si vero Dux ille Arcem Smolensko exceperit et restituere illam noluerit, ab eoq; instituto nullis rationibus vrē Prtis deduci poterit, et presertim, q̄ intercepta esset post pacem perpetuā quam ipse violauit, non intelligimus quibus aliis modis, pax solida confici posset, maxime in modernis rei Chrianē motibus, in quibus difficillimum esse de modis et condicionibus aliis tractare.

Et proinde quod extremum est, agendum erit de Judiciis hijs, quē inter nos sunt in presens, longius producendis, etiam ad annos vsq; decem vel plures, vt interim res quē componi non possent, penderent ad tempus aliud, hoc enim nobis tollerabilius esset q̄ Arcem nobis tam indigne occupatam conditionibus aliquibus pacis ammittere, vt interim Nunctiis inter nos commeantibus et

Commerciis existentibus melior occasio pacis conficiende se offe-
ret, et necessitas rei Chriane non impediretur.

AD eas Jndutias producendas, si ille videbitur accedere velle,
poterit vra Rtas pro nobis polliceri, quod eas quoq; causa Sa-
ctissimi domini mei, et rei Chriane simus suscepturi et ad eas fir-
mandas Oratores meos missurei. Nam ille haud dubie non
tractaret et firmaret illas, nisi cum Oratoribus meis, qui etiã
ab illo Jusiurandum acciperent, vt inter nos fieri est consuetu

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie datum Oratoribus Caroli .v. Cesaris et Ferdinandi Archiducis Austrie: ad Moscoviam euntibus. Gdani.

SACRa Mtas Regia quamuis non ignoret q constans sit apud
Ducem Moschouie fides et amicitia, quantiq; ipse faciat Principes
Chrianos, siue ad bellum, siue ad pacem conficiendam, que ora
ipse ex arbitrio et commodo suo metietur.

QUatissima est tamen ubi sue hec opera et studium tam Cesaree
Mtis, q etiam Serim domini regis Ferdinandi quod adhibent,
ad res Mtis sue, cum ipso Duce pacandas, quod fraternum
officium, vicissim illis Mtas sua vult omni studio, et gratificatioe
sua semper referre.

QUod autem D. vre postulaverunt vt legatos ipsius Ducis Moschouie
permitteret sua Mtas secure per sua Dominia Moschouiam redi-
re, id Mtas sua causa Ces: Mtis, et Serim domini regis Ferdi-
nandi factura est non grauatim.

Secundum Responsum a rege eisdem oratoribus datum.

SAcra Mtas regia, Magci domini Oratores, commendat in primis magnopere hanc curam et studium Sacre Cesaree et Catholice Mtis ac Sermi Principis Ferdinandi, quam adhibent ad comunem inter Chrianos pacem componendam, equanimiter etiam ferentes tam insignem victoriam suam, et auram fortune, publice vtilitati posthabentes.

Agitq; immensas gras eius Mtas tam illius Cesaree Celsitudini q etiam Sermo Principi Ferdinando, quod inter ea sua optima studia, non grauantur etiam de pace, et bono Statu Mtis sue regie curam et operam tantam sumere.

Et quamuis non potuit non plurimum mirari eius Mtas q eorum Sertes mittant Oratores suos causa tractande pacis, et negotiorum Mtis sue regie, illa prius non requisita, et nulla de his rebus mutua cum illa intelligencia prius habita, idq; agant cum eo Duce tam amice et familiariter, qui preter barbarum animum et fidem eciam nulla in re Sertatibus earum aut rei Chriane vnq; ex vsu esse possit vt hesterno die declarani.

Tamen hac ratione persuasum habens Mtas sua id ex postulatione ipsius Ducis Moscouie procedere, quandoquidem quid aliud Comercii esse possit, illarum Sertibus cum tam longinquo et efferato Principe Mtas sua non videt, nunq; etiam dubitans eius Mtas de sincero et integerrimo amore in se suarum Serenitatum, in optimam partem accipit hanc earum de se curam et sollicitudinem Quam illis vicissim vult Mtas sua omni studio, omnibus frmis officiis et obseruantia sua semper refferre.

Anget etiam hanc confidenciam Mtis sue, quod vra D°. Magce domine Sigismunde illuc proficiscitur, que iam alias in eo negocio est satis versata et resoluta, et cuius fidem ac integritate Mtas sua habet abunde cognitam et perspectam.

Et proinde quod ad conditiones pacis tractandas attinet, hic modus videtur Mti sue in presens vnicus et conducibilis vt D. vre agerent quo pax et concordia illa inter Mtem suam et illum Ducem restauraretur que ante nouissimum bellum fuit composita et aliquamdiu obseruata, vt quidquid post illam actum esset aboleretur, et ablata vtrinque restituerentur Ad eam conditionem pacis curabunt D. vre negocium modis omnibus deducere et in ea constanter persistent.

Quod si Dux ille more suo obstinatus fuerit, neque ad pacem dudum confectam induci vllis rationibus poterit, tum demum vre D. exquirent ab illo vt vicissim ipse conditiones que essent eque et Mti sue ferende proponeret Quibus acceptis declararent e vestigio vre D. eius Mti, vt illa capto consilio cum dominis Consiliariis magni Ducatus Lithuanie mitteret illuc Ores suos cum plena facultate ad ipsam concordiam tractandam et concludendam. Nam alioquin Dux ipe nichil omnino cum vris D. absque Oratoribus Mtis sue concludere vellet.

Et hec est Sentencia et Instructio Mtis sue, quo in presens iuxta quam vre D. se pro virtute et industria sua gerere velit cognoscent Mtem suam eius fidei et laboris, quem in hoc negocio prestabunt futuram nec ingratam nec immemorem

Sigismundus .I. Rex Polonie
Joanni Francisco Epo Scarensi nuncio Apostolico
et Sigismundo Erberstein: et eius college: Cesaris
Caroli V. et Ferdinandi Archiducis Austriæ
oratoribus ~~in Moscouia~~

Rnde in Chro Pater et Magci nobis sincere dilecti. Mit:
timus istuc ad vras Stes Oratores nros cum plena faculta:
te et Instructione Magcos N. quibus commisimus vt omnia
cum scientia et mutuo consilio Stu vrarum tractent cum isto
Duce de concordia et pace seu etiam longioribus Inducijs
inter nos ineundis. Postulamus a vris S. curam adhibeat
ne quid in conficiendis his rebus, cum incommodo aut indi:
gnitate nra committatur. quam operam illis omnimoda gra
et fauore nostro referemus. Que bene valeant.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cesari Catholico Carolo V.to

Serme et excellentisme Princeps etc Accepimus lras
Mtis vre quibus nobis declarat suam cum Sermo Gallo:
rum rege concordiam que et communem pacem reipublice
Chriane, et hostibus fidei nre perniciem sit allatura. Cui qui:
dem concordie, et nos inter alios confederatos nros asseri:
bere non est dedignata, que lre Mtis vre quia serius nobis
sunt reddite, boni consulere dignetur, q etiam serius q par
erat illis respondemus. Inuictissime Coesar, dici non
potest, q ex animo letati sumus, audita ipsa Mtis vre co:
cordia, intelligentes omnem rei Chriane calamitatem, ex
discordiis intestinis et presertim summatum Principum mana:
re, hostibus vero animos et successus accrescere, vnde cui

magis gratulemur, nescimus an Mti vre, que non solum vi:
cere, sed etiam victoria uti tam egregie sciat, an vero rei:
publice Chriane, cui mansuetudine et equanimitate Mtis vre
tantum utilitatis et bone spei accesserit, est profecto quod
in partem utramque letemur, nos presertim ad quos ut peri:
culo proximiores potissimum cura salutis rei Chriane per:
tinet, faciat itaque dominus deus, quo hec ipsa concordia,
ut auspicatissime cepta et confecta est, ita coniunctissimis
animis et studiis seruetur, ut tandem id aliquando consequa:
tur, quod dudum communibus omnium votis expetitur, Ne:
pe pax Ecclesie et reipublice Chriane tranquilitas, ac illa
generalis tanto tempore ne quicq parturita expedicio.
Agimus autem immensas gras vre Mti quod nos eidem
sue concordie inserere, et nram mutuam coniunctionem
et necessitudinem tanto arctiorem reddere voluerit, cognosci:
mus plane, quantum vel hoc nomine Mti vre debeamus,
que in nos sua officia et amorem adeo cumulare non sinit,
Nos quoque operam dabimus ut aliquando nos neque ingratos,
neque etiam indignos hac coniunctione et beniuolentia Mtis
vre declaremus, idque nulla oportunitate pretermittemus. Qd
de nobis Mtas vra persuasissimum habere dignetur Cui nos
ex corde commendamus, et precamur dominum Deum ut
illam, et omnes eius ita ut hactenus fecit secundet ex Ciui:
tate nostra Gedanensi

Anno 1526: Sigismundus primus Rex Polonie

Prius q ad Gdanum se conferret: premiserat illuc ante se, aliq̃t ante septimanis, Consiliarios suos, Mathiam de Drzewiesza Epm Wladislaviens, Joannem de Latalice Epm Posnanien. Chrosc. de Swidlowiec Palatinum et Capit^ny Crac. regni polo^e Cancellⁿy Andream de Tanczin Palatinum Gandomiriensem: Lucam de Gorka Castellanum Posnanien, et Capit^ny Maioris Polonie generalem. Joannem Choienski Juris vtrinsq; Doctorem Archidiaconum Crac: Secretarium suum: et vna cum hijs misit etia Rex ipse Aulicorum suorum equites ducentos ex Curia sua: vt Ciuitatem ipsam Gdanen, animos q; plebis furentis, sedarent et pro aduentu regio disponerent: furcas, rotas, patibula, in foro per plebem efferatam extructa, tolli et amoueri facerent: portas e portis Ciuitatis sublatas, restitui curarent. etc

Hec premissio horum Consiliariorum, sano ac prudenti consilio facta fuit. Nam Ciues factionis Luterane, decreuerant et in consilio suo conclusserant, regem si illuc ad eos venisset, non intromissurum in Ciuitatem: sed clausis portis Ciuitatis ingressu prohibiturum.

Rex, prius q venit ad Gdanum, renuntiauit, et mandauit ijsdem Consiliarijs et aulicis suis, qui illuc ꝑmissi fuerant, ne e Ciuitate vsq; exirent, neve ingredienti sibi obviam sibi prodirent. sed et essent in Ciuitate, ad motus si qui excitarentur illic eomprimendos, et impediendos. Hac prouidentia, consilium Luteranorum de rege in vrbem non intromittendo successum non habuit. Rex cum magno comitatu vrbem est ingressus spectante tota fere Prussia, et magna externorum hominum ex vicinis dominijs, et transmarinorum mercatorum frequentia

Cum non successisset Luteranis exclusio regis, aliud atrox facinus moliti sunt: Suburbia vbi equi, currus et cetere res tam regie q maioris partis Curie posite fuerant: incendere debuerunt. ad quod incendium restinguendum, et res suas ex illa flamma seripiend, exemtibus e Ciuitate Polonis, Luterani, pulueres sulfureos, qui sub pretorio, sub habitaculis regis erant, incendere, et regem perdere: Consiliarios vero et qui reliqui in Ciuitate essent sanguinis polani, trucidare in illa confusione constituerant. Philippus Bissoff Ciuis Gdanensis, vir prudens, et ad seruandam Ciuitate natus

cum vidisset: factiosos illos sue Ciuitatis Luteranos
nulla sana ratione, a furore abduci posse, viam hanc
ingressus est: qua et Ciuitas seruari posset: et improbi
ciues castigarentur: aperte preseferre cepit, et professus
est esse se Luteranum, idem cum illis sentire: eademque
que et illis sibi placere: probari et improbari. eorumque
societati, consiliis et conciliabulis interesse: et subinde mo:
limina et conatus eorum exploratos habuit. quos regi pro
sua fide patefecit. Rex die inuentionis S. Crucis, antequam
ea nox aduenisset: qua incendium et cedes instituta patrari de:
bebat: Latrones istos Luteranos, ad presentiam sui et Consili:
ariorum, in pretorium acciri et comparere precepit. Accu:
santeque supranominato Phillipo Bisschoff: et exprobratis illis
eorum maleficiis, captos duci in Carcerem fecit. Sic rex
se et suos saluauit. ex eo die custodie per totam vrbem,
haberi cepte sunt: et furor plebis compressus. conticuere omnes.
Antesignani torti, et decollati; reliqui proscripti: et in exilium
acti. Ex sequentibus hec cognoscentur.

"coniurationis antesignanos"

Aduenerat etiam Gedanum: ad regem Georgius dux Pomerae
nepos ex sorore regis. ducentis equitibus comitatus.
Impetrauit a rege, Bona Laumberg et Bitow, in feudum
sibi dari: et viginti millia florenorum dotem matris sue
sibi exolui.

Albertus dux Prussie, eo die, quo Luterani erant incarcerati
Gdanum venit, duabus fere horis, post eorum incarceratione.
Et adduxit secum quatuor doctores Luteranos. ad dispu:
tandum et tuendum Luteranam prauitatem. Qui sub vnius
Poliandri nomine contra Petrum de Cracouia Suffraganeum
Plocensem disputarunt: et scripserunt: Hec inferius
scripta sunt.

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell.s: egrotus.

Sigismundo primo. Regi Polonie:

Egrotus: ex edibus per chartam significauit sentencia et Consilium suum.

25 Junij egrotare incepit Gdani

Ego tantum affectus sum egritudine mea vt tam cito nequaq ad Mtem vram venire potero, et proinde cum intelligam ex hac mora et cunctacione in his exequendis que sunt necessaria multa repullulare, que in dies Mti vre maiorem difficultatem inferre possunt, eriguntur enim rursus animi sediciosorum, officialium et bonorum Ciuium timor et desperatio augetur, varij rumores in vulgum spargunt, que neq cum dignitate sunt, neq ad bonum finem tendere videntur, Supplico humiliter Sacre Mti vre vt pro sua summa sapientia et iusticia constituat tandem secum quid cum facinorosis qui iam ab vniuersis traditi sunt, et ex confessionibus in summis erga Deum et Mtem vram excessibus comperti et conuicti, quid inquam agere debeat, ne hi Serpentes in gremio constricti aliquid ex improuiso nocumenti afferant, suam Mtas vra Sentenciam vt prudens et iustus Princeps ac dominus omnium nrm dicere et illam exequi dignetur, sero enim erit et periculosum quicquid debet, agere cum illis in discessu, ne quis motus subsequatur post discessum Mtis vre, fiatq iam inquisicio de aliis qui adhuc restant vt quisq pro suo merito ~~primum~~ premium ferat alioquin omnes res in pœnis relabentur, si facinorosi manifestarij non punientur / obstare autem non debet neq potest assecuratio si qua fieri certa potuit illa generalitate, nam omnes palam et nullo excipiente ab illa discesserunt et vt noxii punirentur Mtem vram rogarunt / preterea multa hic commissa sunt ab ipsis captiuis, quibus assecurationem eciam si ab illa non discessissent sibi infregerunt, indignum autem est Ser.me Rex de attondendis vniuersis, inter quos multi sunt Mti vre addicti et innoxij, tantum curare, et de:

puniendis tam nefariis et manifestis facinoribus adeo deli:
berare, cum in minoribus velut in furtis, que aliquando
miserie magis q̄ malicie causa committuntur. non consuli:
tur diu, sed que iuris sunt statim fiunt, dignetur itaq̄
Sacra Mtās vrā tandem auditis sentenciis dominorum
eciam horum qui per egritudinem aberunt, quam celerius
id quod iusticie est et honoris perpetui Mtis vre exequi.
eius est enim inter dissedentes sentencias eligere quod
potius iustius et honestius est/ hęc pro debita mea fide
scribo Sacre Mti vre, cui me humiliter Commendo.

Bone Sphortie Regine Polonie Nicolaus de Sidlowec Castellanus Sandomirien. Regni Polo^c Tesaurarius

POST addictissimam mee seruitutis commen, Sacratissima Pri:
ceps domina mea clementissima, vt Mtas vra S. vnacum desidera:
tissima Regia sua prole viuat incolumis, per omnes horas au:
dire et excorde cupio, et quod Mti vre iucundissimum scio, Sa:
cratissima regia Mtas dominus dominus nr clementissimus
optime valet.

Ser ma Princeps, si Mti vre describere deberem tractatus omnes
in rebus istis Gdanensium post priores meas lras ad Mtem
vram Relem datas prolixum scriptione et lectione esset futurum,
itaq missa fatio hec que etiam ex aliorum lris Mtas vra
dignabitur intelligere, hec tamen summa est rerum omnium
Anteq regia Mtas, nouum Magistratum huius Ciuitatis eli:
geret, vocatis in Senatum omnibus maioribus de Consulatu et
de communitate in secreta audiencia et presentibus tantum
dominis Consiliariis, ipsos Ciues vocatos iuramento astrinxit,
sicut timent dominum Deum, et respondere debeant in vltimo
et districto eius iuditio, tum sub fide et verissimo amore erga
suum dominum, auctores Sediciones nominent ac in faciem di:
cant, audito igr iuramento vnus alterum incusabat et multis
atq planis probationibus quiuis seipsum purgabat, Deinde
vniuersi hos pronunciabant quos mitto in Schedula qui iam ca:
pti et incarcerati sunt de reliquis diligens cura habetur. Sed
isti sunt principales, qui sunt in Scedula nominati, quorum tres
examinati impresentia maiorum siue seniorum Ciuium, ac
in conspectu regie Mtis, de obiectis excessibus, in probatione
defecerunt, conuicti itaq in terram se prosternentes rogabant

gratiam, at non in tempore, videlicet Schole et Nettak, cete:
ri item examinabuntur.

Intra hos dies examinacionis Illtris Albertus Dux Prussie
superuenit in quo factiosi ac facinosi isti comprehensi Luthera:
ni multum confidebant sed eos sua fallet opinio, de quo infe:
rius Mtas regia eiusmodi examinationibus a mane ad
vesperas quottidie occupata fuit. Quodsi antea fecisset ma:
gna certe pars istarum rerum confecta iam fuisset, letantur
boni Ciues et laudant iusticiam Principis, nec dignos se, eo
benignissimo rege fatentur, Cito post Mtas vra Rlis sci:
et effectum et in laudem dei omnipotentis, et ad Ciuitate
in pristinum bonum statum restituendum, Quod ego Mti
vre describere non negligam. Serma regina et domina
domina mea clementissima, Mtas Sacra regia, hic sumptus
ingentes facit istis duobus dominis Ducibus, vix possunt ab:
solui Qualibet hebdomada pro necessariis ad mensam, Nom:
gentos florenos expendit, preterea dominus Dux Prussie
habet equos 264 et vltra 400 homines. Pomeranie
Dux etiam nondum hinc discessit, idem dominus Dux Pome:
ranie habuit secretam audientiam in eum effectum, qd Dos post
matrem suam germanam Sororem domini nri est retenta, hoc
30002 flore in auro, quam repetebat, non obstante possessione
Ciuitatum et Castrorum loco Dotis oppignoratorum ita hos an:
teactos dies sua Mtas cum ipso Duce absumpsit, et conclusum
est quod pro toto sibi dabuntur 18 millia florenorum in au:
ro, dimisit reliquum in gratia sue Mtis, incipiet itaqz sua
Mtas solutionem dictorum 18 millium florenorum a festo pro:
xime futuro purificationis virginis Marie, quo die quattu:
or millia et deinde quottannis duo millia flor soluere debet
ad plenam vsqz satisfactionem et nichilominus Ciuitates ac
Arces, quas tenet, possidebit per modum feudi, credo Mtas
vra R. ex lris Mtis regie apertius hec intelliget.

De domino Duce Prussie Mtas vra scire dignetur quod pro:
xime preterita feria Quinta die Inuentionis Sancte Cru:
cis Gdanum intrauit, heriqz Mtem regiam salutauit

cupiens studiosissime sue Mtis inuisere valetudinem, et sibi
velle seruire, sicut debet domino et Auunculo suo clementissimo
Supplicauitq; dari veniam q̄ venerit non vocatus in eam Ci:
uitatem. Sed coactus arduis et magnis suis rebus multu
cum vrgentibus, opem et consilium petens, quas se declara:
turum obtulit alio die competenti, sine cuius Mtis consilio
et voluntate sicut subditus Dux neq; procedere neq; quic:
quam in his et in aliis suis actionibus incipere vellet, toto
aeuo vite sue, pro sua fide et debito erga eius Mtem dominum
suum perpetuum

Hodie Serma Princeps Mtem regiam dominus Dux Pomera:
nie conduxit ad Ecclesiam, postea intra diuina dominus Dux
Prussie etiam intrauit et videns Mtem regiam in Stallo et
pariter dominum Ducem Pomeranie ad manum sinistram
Mtis Regie, a tergo quasi, veniens constitit inter Aulicos
Mte regia nescia, donec eius Mtas requisita fuit de ipius pre:
sentia, tandem (et erat circa finem Misse) illius Illustrita:
tem vocauit in Stallum sed nequaq; potuit abduci a stando,
demum post missam egrediente Mte regia, dominus Dux
Pomeranie dominum Ducem Prussie adorsus est salutacione
et sibi dedit manu qui alias sui parum fuerunt cupidi, tu
dominus Dux Prussie alacri animo et optima veneratione
ipsum Ducem Pomeranie veluti fratrem excepit, et quia id
dominus Pomeranie Dux tanto tempore a manu dextra pro:
cedebat cum regia Mte, sua Mtas inquit vt dominus Dux
Prussie non egreferat cum id facere erat solitus anteactis
diebus, respondit Dux Prussie Ser^me rex, ego non egre
fero sicut subditus Mtis vre regie, et expedit vt ego antece:
dam cum Curia Mtis vre obsequentissimus, Contra dominus
Dux Pomeranie nec ego inquit hospes hic sum, defero ac vene:
ror dominum Ducem Prussie, atq; ita alter alteri honorem
et Principatum deferebat, Dux Prussie maxime, et decertabat
precibus de loco et sic Illtris Dux Pomeranie a dextra et Illtris
Dux Prussie a sinistra manu inter se mediam Mtem regiam in Pre:

torium reduxerunt honorificentis^me, Et ex illa facti sunt ami:
ci Dat^o Gdani die Sabbati ante dominicam Rogationum
Anno domini M^o D. XXVI°

Bone Regine Polonie.

Petrus kmita de Wisnicze Marsalcus Curie regie.

Etsi paulo ante lacius vre Rli Mti que hic acta sunt perscri:
pseram ex quo tamen onsor presentium seruitor vre Mtis huc
aduenit, ea que hic, post mea ad eandem vram Mtem scrip:
ta, acta sunt, breuibus significare visum est: Imprimis cum
nonnulli sediciosorum qui diuina atque humana omnia intertur:
bare hic in ista Ciuitate ausi sunt, iussu mandatoque regio co:
prehensi et in vincula coniecti essent, tandem nonnulli eorum
(pro exploranda veritate) tormentis appositi sunt, quorum
quamuis graues atque enormes excessus omnibus non incogni:
ti erant, plura tamen multa per eosdem prolata recognitaque
sunt quam in lucem vnque prodierant, quid vero cum eisdem
Regia Mtas ad finem facere deliberauerit, nondum satis
perspectum habeo interpellabantque nonnulli etc ut ex his son:
tibus qui primi precipuique esse censentur, in vita securi per:
manerent, quod per ipsum Ducem Prussie itidem efficere
tentarunt etc Sed hucusque regia Mtate ad id non consentie:
te, perficere non valuerunt, an vero regia Mtas in hoc
proposito firmiter perstabit, breui res ipsa indicabit etc Ego
vero Regiam Mtem dominum meum clementissimum vindi:
caturam credo hoc tam nefarium lese diuine Mtis, lese regie
Mtis scelus, nunque antea apud nos auditum, Ad hanc autem
Ciuitatis huius mutationem rerumque nouarum molicionem
omnes Prussie incole, non auersis oculis respiciunt, et ex
rerum huius Ciuitatis progressu, reliquarum Ciuitatum eue:
tum rerum metiuntur, Quantum vero est in me nil aliud

qm̃ id quod cum regij nominis dignitate fnturum sit consulu
clemim omnibus priuatis meis commodis posthabitis, bonu
publicum honorem atq; bonam famam regiæ tibi domini mei
clementissimi preelegi, et hodie cum istis hic Ciuibus tracta:
ri opplum est, quibus modis atq; conditionibus snã regiã
dem, totã commnitatẽ hnius Ciuitatis q̃ edanerẽ placa:
re contentã regq; vellet, pro excessibus snis istis, quibus in cõ:
mnne snam dtem offendernt leserntq;, propter quod im:
munitates ac Priuilegia a regiæ dtæ predecessoribus
ipsi commutati concessa, ipsimet Ciues snis delictis ambi:
serunt, snper quam propositionem die crastina omnes huius
Ciuitatis incole vnsum snæ regiæ dtæ se datmeos policiti
sunt et adhec Serenissima regina domina clementissima,
verendum est ne hic istu mea dintnrna mora aliquod rei:
publicæ nec pariat detrimentu, quoniã de die in diem an:
gebnr fama, Palatinum Moldauiæ finibus omnibus Tarta:
rorum copijs q̃ Imperatoris Turcarum vbi fama est snborna:
tionẽq; terras dominiaq; regiæ tibi finasnum et vasta:
tum, quod nonu et hodie per leas Capitanei Camenecensis
certocertius innouatum est, ipsum videlicet Moldauiæ Pala:
tinum vnacum Tartaris iam in Confinibus regni esse, proximis:
q; istis diebus ad dominia domini nei clementissimi innasione
cum tormentis atq; multo bellico apparatu facturum quod per
fidos verissimosq; exploratores ditu esse didicit, ab istis vi:
delicet exploratoribus qui oculis propriis omnia ista conspexere
et. Perpendat igr̃ vra Sacra Rtis dtas, si hostis nobis hic
procul agentibus regnum inaserit quam facile ex libitu
suo omnia ferro igniq; traditurus est, maxime autem timendu
est ne illud malum, hoc hic negotium interturbat. nondum
enim expergefacti sumus, nimium cœlo confisi sereno, priorũ
iam penitus obliti malorũ et. Hæc ego Serenissimæ reginæ
domina meæ clementissimæ, pro meo erga illã studio atq; de:
bita obseruantia non absq; graui cordis dolore scribo, per:
suasus sum enim vram Rtem dtem optime omnia velle,
omniaq; optime agere, dum modo eius vobis in his obtempera:
rent et. Rogo igr̃ atq; obtestor velit vra Rtis dtas

hec mea scripta apud se in partem vertere meliorem quoniam uti serui-
tor fidelis nichil celandum vre Rli Mti putaui, Cuperem enim
cupioque Sermo regi domino meo clementissimo, tum etiam vre
Rli Mti atque Sermo filio eiusdem vrarum Mtatum, omnia
leta tranquillaque in longissimos protensa dies futura, Cuius
gratie me atque Coniugem meam reddo deditissime commendatos
Ex Gedano prima Junij Anno doi M. D. XXVIo

Bone Sphortie regine Polonie Nicolaus de Ssidlowec Castells Sandomirien. R. P. Thesaurarius.

Post deditissimam mee seruitutis commendationem, Sacratissima
Princeps et domina domina mea clementissima, Nichil michi in
mundo est iucundius quam ut vra S. Mtas regia una cum Illma
prole sua regia viuat incolumis. Scire dignetur Mtas vra
Rlis Mtem regiam letam et incolumem valere, Dux Prussie
Illtris iam expeditus et quod attinet Cittacionem Cesaree Mtis
pro violatione ordinis argumentum cittacionis, et pro Intera-
nismo Mtas regia Oratores suos ad suam Cesaream Mtem mis-
sura est ipsius domini Ducis gratia, Mittit et dominum Dzia-
linsky Capitaneum Brodnicen ad Mgrem ordinis Liuonie
ipso domino Duce Supplicante, ab eo exquirendum si tempore
suo alicuius necessitatis sibi assistere veluti debet proponat ad-
uersum hostes ut id sciat in tempore Sacra regia Mtas domus
nre clementissimus, Idem enim dominus Dux suspicatur ab et hosti-
bus suis ex Germania ratione ordinis / Sua Illtas factus est
Dux humanissimus, Mtem regiam dici non potest quantum vene-
ratur, et amat. omni die nunquam neglexit suam Mtem ducere
ad Ecclesiam, vix aliquando quarta pars Aulicorum conue-
nit cum interim ille presto est, et aliquando vltra vnam horam
ante Cubiculum Regiam Mtem expectabat, donatus est dua-
bus Cuppis argenteis deauratis satis honestis, et magnis, tri-
bus Quadragenis Sabellorum, et vna petia Brucati, mansit
hic tribus hebdomadis et duobus diebus, ita necessarius oibus

prouisus absumpsit flor' 1200 et absumpssisset magis, verum
100 equos remiserat ad suum Ducatum et relinquerat apud
se 156/ Donauit dominum Palatinum Cracouien' torque au:
rea dominum Palatinum Sandomirien', dominum Castellanum
Posnanien' et me cuilibet per vnum Anulum quo sue Illtritis
apud Sacram Regiam Mtem' non obliuiscamur et procuremus
ei cumulaciorem gratiam, diligentissime sese commendans,
Mti' vero regie donauit optimum et pulchrum equum magnum

Iam tandem Mtas regia ipso domino Duce absoluto procedit ad
vlteriora in actionibus Gedanicis incarcerati, facinorosi
multa confitentur, libere sine tormentis, que plurimum timent
et mitto Mti' vre Rli tantum vnius non principalis Ciuis
confessata, restant: aliorum multo plura, vt pote maiorum et
principalis conditionis Ciuium examinandorum, Mtas sua
regia hodie in dei nomine incipiet tractare de suis commo:
dis vel vtilitatibus, Quantum in me est Serma Princeps et
dna domina mea clementissima producam ego in medium con:
silii, ingentia damna que huius Ciuitatis causa Mtas sua
perpessa est, et dimisit Mtem' vram' Reginam et prolem suam
regiam amantissimam, dimisit Ser'mum regem Vngarie et
Bohemie Nepotem suum modis omnibus supplicantem mutuum
congressum, consulendum de suis regnis tot procellis fluctu:
antibus, dimisit et sua Mtas terras Russie maximis pericu:
lis expositas, que ingentibus sumptibus suis et vris nichil
parcendo venit in eam Ciuitatem volens his malis occurrere
et manemus hic in loco rerum omnium plusq' Posonij aut Vie:
ne caro, ita omnino pro mea paruitate ingenii consulam, que:
admodum suam Mtem' Regiam de sumptibus nichil peniteat
Idem de aliis dominis Consiliariis sentio qui ad commoda
hic regie Mtis augenda sunt propensi, Mtas regia cum
incarceratis Ciuibus nichil faciet, donec de suis commodis
constituet et hodie tota communitas coram sua Mte parebit
et audiet questionem non vulgarem, Quicquid igr' futurum
est Mti' vre Rli aliis lris describam Cuius gratie me
tanq' seruitorem addictissimum commendo Quam deus om:

potens diutissime vivere et regnare cum Serm̄o Rege to:
taq; prole dominis nr̄is concedat Dat. Gdano prima
Junij Anno domini M°. D. XXVI°

Petrus Tomiczki eps Crac: Vicecancell Stanislao Otte de Chodecz Castellano Haliciensi: Regni Polonic Marssalco.

Mag^ce dn̄e amice charissime et honoran̄. Nactus hunc Nuncti:
um qui istuc vadit, nolui illum vacuu lr̄aru mearu ad
vram̄ Mciam̄ à me dimittere, quibus viso valetudinem eius:
dem vr̄e Mcie faustaq; et foelicia omnia illi precor, Que
sciat Mtem̄ regiam et nos omnes, qui hic sumus cum Mte sua
dei gr̄a bene valere, et curare, res fidei ac relligionis
nr̄e, ac etiam huius Civitatis omni studio ac diligentia, que
satis recte et magna omnium hominum consolatione succedunt
comprehensi namq; sunt multi turbatores et factiosi homines
qui haud dubie penas scelerum suoru debitas persoluent vna
cum complicibus, qui adhuc disquirentur, reducuntur etiam
quottidie presbiteri et Monachi ad eoru Ecclias, vasa et
vestes Sacre perquiruntur aliaq; fiunt que ad bonum et tra:
quillum Statum huius Civitatis et populi spectare videntur,
Quia vero morbus inveteratus, bene et repente curari non pt
non est miru q tamdiu hic manemus spero tamen quod intra
duas septimanas, si non interuenerit aliquod nouu impedi:
mentu absoluere nos hinc poterimus. ibimus posthac in Elbin:
gu ubi etiam bona reformatione opus est, et deinde in Ma:
souia, ubi sunt motus nonnulli, quos sedari oportebit au:
ctoritate et pntia Mtis regie, cupiunt enim domini Masoui:
te, vt dn̄a Dux eoru remanere possit in ipso Ducatu
vt heres et vt distineant, Mtem̄ sua, ne possessionem eiusdem
Ducatus iure feudi ad se deuoluti actipiat. hactenus nolue:
runt facere Sepultura Principi suo dn̄o Janussio defuncto
sed corpus eius ad hoc tempus tenent inhumatu quasdem cau:

sas et rationes parum efficaces huic rei prētendentes, verū
Mtas sua decreuit vti iure suo, et vt dixi, ex Elbingo illuc,
in Masouiam, deo bene iuuante proficiscetur, bene valeat vra
Mcia et me diligat vt consueuit habeatq; commendatū Dat

Anno domini M.° D.° XXVI.° xiii Junij
Duo Consules: et Quattuor Scabini noui, Gdanen,
Lutherani: qui exautoratorum loca et bona inuaserant:
et qui fuerunt Capita et antesignani Sedicionis et tur:
barum in Ciuitate, in forum ex Carcere producti, post
publicationem voce Apparitoris, malefactorum per eos
patratorum, in maximo Curie ac vniuerse Ciuitatis co:
corsu decollati sunt: et Cadauera illa: ex loco Supplicij
sublata, et ad Templum diue Barbare extra vrbem
delata in terra in Cimiterio defossa sunt.

XVIIJ Junii: Consules et Scabini in Ciuitate noui per re:
gem in Trono alto constructo, cum Senatu sedentem cre:
ati sunt, Ciuitas etiam vniuersa in forum congregata
iuramentem fidelitatis et obedienciae regi prestiterunt.
omnes enim in foro Ciues, sub Tribunali regio stantes,
dextris in sublime sublatis voce magna iurarunt: for:
mam ac verba Iurisiurandi dno Achatio Czema
eis precinente.

XXVIIJ Junij, Dominus Petrus Thomicski Epus Crac
Regni Vicecancellarius egrotare cepit.
Tomicius dedit regi consilium: quod supra vide: folio

XIX Julij. Wenthlandus Magr Artium, Proconsul
Gdanen, Lutheranus: et Quinque alii, ex illis compre:
hensis, Turbarum Authores, in forum Carcere produ:
cti decollati sunt.

Tredecimus etiam: eiusdem factionis Marienburgi decol:
latus est, de quo: nonnulla, vt res plenius nota sit, pau:
lo altius repetam. Sub fine Anni 1525 venerant
Cracouiam ad regem cum Appologiis scriptis: que supra

cum responsis scripte sunt a Ciuitate Gdanen, hoc est
a Lutheranis: legati Quattuor, inter quos rusticus fuit
faber ferrarius Ciuis Gdanen literarum ignarus,
ceterum loquax Lutheranus, tumultus Ciuilis Author
homo confidentia rustica animosus, idem Lutheranorum
predicator: (nam et Thortores apud eos tunc predicabant)
Hii legati, dicta apud regem et consilium regnum legatione,
et responso cum obiurgatione hiis dato, iussi sunt tantisper
Cracouie subsistere: donec abire illinc mandarentur. Hij
demum, post multum tempus, dum rex absolutis regni Co:
miciis, iter Gedanum versus ingressus est Cracouia
ad Gdanum abire iussi sunt tres tantumodo: Quartus eorum:
Faber supranominatus, vinctus, deductus fuit Marien:
burgum et Carceri mancipatus, fides ei humana non est
habita, qui fidem deo datam violarit. Is demum faber
sub id tempus, cum supranominati duodecim Ciues sedi:
ciosi Supplicio Gdani affecti sunt, ex Senatus decreto
partiri pro merito debuit, sed impetratum postea fuit a re:
ge vt commutato supplicio, gladio percuteretur, produc:
tus Carcere in Campum extra Ciuitatem decollatus est
ibidem in agro Marienburgensi, et sub Statua imaginis
Crucifixi Chri in terra deffossus. Confiteri peccata sua
more chriano et Sacram Eucharistiam sumere noluit.

Declarat Rex: inobedientes ciues Gedanen non comprehendi sub assecuratione sua regia ~~eisdem~~ omnibus ciuibus data

Sigismundus primus Rex Polonie.

Manifestum facimus harum serie litterarum Vniuersis et singulis. Quod cum insignes quidam periculosissimique tumultus motu communis plebecule in Ciuitate nra Gedanen essent excitati, quos corrigere, componereque et Sedare volentes, Contulimus nos ad terras nras Prussie peruenientesque Marienburgam, visum fuit nobis fore consultissimum vt ad Ciuitatem nram Gedanen, mire motibus illis, ac tumultu populari non solum laborantem sed plane confectam, Magcos et Generosum Christophorum de Schidlowiecz Palatinum et Capitaneum Crac ac regni Polonie summum Cancellarium Andream de Thanczin Palatinum Sandomirien Rathnen Chelmen Belzen et Crasnostauien Capitaneum Georgium de Baizen Palatinum Marienburgen, Lucam de Gorka Castellanum Posnanien et Capitaneum maioris Polonie generalem, et Achaczium Czema Succamerarium Pomeranie, et Capitaneum Slochouien, et Stargardien sincere et fideles nros dilectos premitteremus, quo possent aliqua ex parte tumultus illos, si non tollere saltem planare, et viam nobis preparare, Ciuitatem ipsam in pristinum statum et florem restituendi, Agentibus autem predictis Consiliarijs nris, in ea ipsa Ciuitate Gedanen, munusque sibi commissum diligenter et prudenter exequentibus, Inter cetera supplicauit illa Ciuitas magnum incommodum, curaret apud nos, vt illam, et Vniuersos Incolas eius, de vita et rebus eorum assecurare dignaremur, Miserunt igr ad nos Marienburgam memorati Consiliarij nri exponen nobis et declaran desyderium peticionemque Ciuium Gedanen de eiusmodi assecuracione, Nos peticionem Ciuium in hac quidem re obaudire nolen dedimus predictis Consiliarijs nris facultatem Ciues predictos

Gedanen per cedulam et verba infrascripta, de certa nra scie:
tia, et in medio Consilii nri, concepta assecurandi, que ita ha:
bent, Promittatur et assecuretur, quod quicumque se fidos obse:
quentes et promptos exhibuerint, erga Mtem regiam, et eius
voluntati se accommodauerint et paruerint, quod erga tales cle:
menter benigne, vti Christianum Principem, decet se exhibere
dignetur, Postquam quidem assecurationem per prefatum Ma:
gnificum Christopherum nro nomine et suorum collegarum fa:
ctam demandatum fuit, sub pena Capitis Ciuibus Gedanen
non auderent deinceps, commenticula prefata facere, Curaret
portas Ciuitatis appendere, Bombardas e muris et Turribus
deducere, et locis suis restituere. Interea vero dum hec age:
rentur, Nos ad eandem Ciuitatem nram Gedanen foelr
peruenimus, paucisque diebus exactis vniuersa Ciuitas co:
ram nobis constituta, omniaque et singula Contubernia, et
vt vocant fraternitates, in primis Mercatorum et aliorum Me:
chanicorum primum et ante omnia illi assecurationi publi:
ce, de alto et basso renunciarunt, et ab illa discesserunt, co:
mmittentes se et omnia sua iudicio nro regio, et Supplicantes
vt nulla habita racione personarum, reos et auctores tumultu:
um punire, Ciuitatemque in pristinum Statum et ordinem resti:
tuere dignaremur, Quibus omnibus ita se habentibus, reuol:
uentesque in animo nro, quod vniuersa Ciuitas sic vt premissum
est, ab illa assecuracione, sponte et libere publiceque (et quod
dr) de alto et basso recesserit, seque et vniuersos Incolas iudi:
cio nro (et vti par est) submiserit. Attento eciam quod post as:
securationem factam illi qui fecerunt Capita tumultuum Come:
ticula priuata et clancularia fecerunt, in illis aduersus nos
et Consiliarios nros consuluerunt, portas Ciuitatis secunda
quod illis sub pena Capitis iussum fuit non appenderunt, ac
neque bombardas et Arma e Turribus et propugnaculis eduxe:
runt, locisque suis non restituerunt, Decreuimus et harum
serie literarum decernimus punicionem et animaduersionem nram
in improbos et temerarios inobedientesque Ciues factam et fa:
ciendam, assecurationi illi nostro nomine facte, nihil detra:
xisse Quinimo illam ipsam assecurationem, pro parte bono:

rum proborum et obedienciu Ciuium militasse, et militare debere Si quidem et harum serie litterarum, id ipsum repetentes attestamur ac ad omnium et Singulorum noticiam deducimus Et quicumque siue in hac Ciuitate Gedanen, siue alibi fidos obsequentes et promptos, se exhibuerint erga Mtem nram, ac nre voluntati se accommodauerint et parerint Et erga tales omnes, clementer et benigne, nos, vti decet regem Chrianum exhibebimus. In quorum omnium fidem et testimonium Sigillum nrm pntibus appendi iussimus et ad meliorem cautelam et firmitudinem nos manu nra his lris subscripsimus Dat in Ciuitate nra Gedanen feria secunda proxima post festum Diuisionis Apostolorum Anno domini M° . D. XXVI° Regni vero nri Anno vigesimo

Edictum regium. ne libri Luterani habeantur in vsu sed vt ad Magcum Petrum Kmita de Wissnicze Marssalcum Curie regie comportentur: per Gdanens

Manifestum facimus per presentes vniuersis Quia inintentes cum nris prioribus, tum etiam aliorum regum et Principum Chrianorum edictis ac decretis, Mandamus omnibus et Singulis in hac Ciuitate nra Gedanen existentibus vel in posterum futuris, sub pena exilii et confiscationis bonorum omnium, vt libros omnes Lutheranos, et aliorum huius farine, nec non picturas, cantilenas, et libellos famosos, in ignominiam et Suggillationem Ecclesiasticorum vel Secularium, a summo ad infimum insolenter emanatos, per quos potissimum tam in Diuinis q etiam humanis rebus tot seditiones excitate et mala perpetrata sunt prout in multis regionibus Germanie cum maximo et inestimabili rerum et hominum damno est comprobatum, quilibet id quicquid eorum habeat, ad hospicium Magci Petri Kmita de Vißnicze Marschalci Curie nre, et Scepusien, Przemislien, et Colen Capitanei, cui prouinciam hanc demandauimus intra sex dies

videlicet ad feriam sextam proximam apportet, et illi cuit cui ipse commiserit, fideliter tradat, neque deinceps talibus libris aut picturis, vel cantilenis. vti quispiam audeat aut illa apud se retineat sub pena predicta Datum in Ciuitate nra Gedanen intra octauam Visitacionis dne nre Sancte Marie. Anno domini M° .D. XXVI° regni vero nri Anno vigesimo

Henricus Rex Anglie Sigismundo primo regi Polonie.

Henricus Dei gra Rex Anglie, et Francie, fidei defensor ac dominus Hibernie. Sermo atque excelentissimo Principi domino Sigismundo, eadem gra Regi Polonie Magno Duci Lithuanie, Russie Prussieque etc domino et heredi, ac fratri et confoederato nro Charmo. Salutem, perpetuumque sinceri affectus augmentum, Quantum voluptatis, Solidique gaudii, publice ac priuatim conceperimus ex lris, quas vra Sertas in Jacobi Egerth et Joannis Melenbeck excusationem et Commendationem ad nos dedit, non facile inpntia explicari posse putamus, in eius enim non solum optimam suam amantissimamque erga nos voluntatem, et animum fraternum copiose testatur, Sed et mentem vere Chriana ac pectus religiosissimo Principe dignum, in suis actionibus vbique prestat, quod profecto vt semper antea compertissimum gratissimumque habuimus, Sic nunc illud Chri religioni ex corde gratulamur, sempiternumque precamur, intimisque exultamus precordiis, tam Strenuum fidei Sancte cultore, et in Lutherana extirpanda heresi, Comitem, et adiutore nobis obtigisse, quo nimirum nomine q immensas possumus vre Serti gras habemus, rogamusque, vt in Saluberrimo hoc animi

sui instituto perseuerare, et quibuscumque potest modis, Scintil:
lam omnem, si qua remanet, heretice prauitatis, tollere ve:
lit, qua ex re maximam gloriam, et vberem apud Deum
mercedem sibi comparabit, Suique etiam Status securitati, que
ex his fidei, Catholiceque religionis turbinibus manifeste
periclitaretur, prudentissime prospiciet. Quod vero ad
eorundem suorum subditorum excusationem attinet, nichil
arbitramur nobis posse accidere vel molestius, vel quod
maiori acerbioriqz odio, q̃ Lutheranam istam heresim ac
pestiferam occasionem insectemur, licetque dictorum Jacobi
et Joannis vita, atque mores non omnino absque coniectura
et suspicione ad nos delati essent, decreuissemusque, si vlla
vnq̃ daretur facultas causa cognita illos ex meritis et
admissa culpa punire, in aliorumque exemplum corrigere
pluris tamen hac in re nunc facimus, vre Sertis, in
qua Chriana Sunceritas pulcherrime vndique elucet, pro:
batissimum de illis testimonium q̃ vllius, vtcumque bone fame
accusatoris delationem, vre itaque Sermitatis intuitu at:
testacione et excusatione, non solum permittemus post hac
eos absque vlla prorsus molestia, turbatione, obiectione et
anteacte vite inquisitione libere hic sua Commercia
et negocia exercere, verumetiam in eorum agendis hu:
maniter benigneque tractabimus, confidentes fore, vt Sa:
cre fidei obseruantissimos se imposterum prebeant cultores
si quid preterea sit, quod in vre Sertatis gracia a nobis
prestari queat, id ipsa sibi certissimum polliceatur Cui feli:
cia omnia exoptamus Ex Regia nra Vyndsore
Die xv Junij . M . D. xxvi°

Statuta et ordinationes regis pro bono statu Gdanensis Ciuitatis edite.

Sigismundus primus Rex polonie

Manifestum facimus vniuersis et singulis. Quia cum accepissemus in Ciuitate nra Gedanen primum factiones intestinas, deinde sediciones et tumultus populares excitatos, ac ingencia facinora commissa, dogmata et Relligionem damnatam inuectam, deum et Sanctos blasfematas, Templa spoliata, ordinem Ecclesiasticum abactum Iurisditionem omnem domini Epi loci ordinarii explosam, Sacra omnia profanata. Preterea Prefectum et Officialem nrm eiectum, Consules exautoratos, Regimen Ciuitatis inuersum, Nunctios et mandata cōtempta, aduersus Proceres et Consiliarios nros primarios, quos ad disponendam ipsa Ciuitatem in aduentum nrm premiseramus, tumultus et insidias esse structas, et alia nefanda perpetrata. Ac proinde volentes nos in tantos excessus lese Mtis diuine, et nre, vt iustum et Christianum Principem decet, animaduertere, et ipsam Ciuitatem nram tam enormiter lapsam, in pristinum Statum restituere venissemus huc ipsi, omnibus ardnis negotiis nris pretermissis, eaq omnia et his plura que fama didiceramus, facta comperissemus, cunctis tamen ordinibus Ciuitatis errorem suum recognoscentibus, Seseq in omnibus tam diuinis q humanis rebus, in gratiam et potestatem nram dedentibus ac humiliter nobis supplicantibus vt culpam hanc sibi remittere, et Ciuitatem a tanto precipicio liberare dignaremur. Visum fuit clementia nra dignum, vt potius salutarem medicum, q seuerum vindicem tantorum malorum ageremus, vt videlicet hiis que noxia forent eius corporis

partim precisis, partim etiam longius ablegatis, reliqua mē:
bra oportunis remediis curata, ita consolidaremus, vt rur:
sus in exicialem morbum recidere non possent. ac imprimis
diuino opitulante fauore. Religione Sancta Catholica,
templis. Monasteriis Ceremoniis iurisdicione Epi ac omni
ordine, omnibusq; rebus diuinis in pristinum Statum res:
stitutis. Deinde creato Magistratu, accepto ab illo, et vni:
uersa communitate solemni omagio et iuramento, refecto om:
ni ordine Ciuitatis, punitis aliis, aliis vero prout melius
ex re videbatur proscriptis, deniq; omnibus restauratis,
infrascripta mandata et constituciones nras, ad ea omnia
et singula que hic statuimus et ordinauimus manutenēda
edidimus et promulgauimus.

Ac imprimis quia traditiones Ecclesiastice, vt à Maioribus
nris Ortodoxis prodite sunt, seruari debent. Quas si cui:
libet expendere, mutare, vel abrogare, cuilibet scriptura
pro sensu seu libidine sua interpretari liceret, nihil certi nō
in relligione solum, sed in humanis quoq; rebus, que, hoc pre:
cipue freno diriguntur, haberi posset, vt iam obscurum non
est, quos fructus edat nouatu religio. Quot et quales nor:
mas et precepta tradant ipsi arbitratu suo, qui in ritus et
instituta Ecclesie Catholice debachantur, Statuimus vt
deinceps vsus antiquus religionis et Ceremoniarum, tot Se:
culis in omnibus regnis et dominiis Chriāis obseruatus
et à maioribus nris nobis per manus traditus, ac per nos
vt Principem Christianum decet, commodum restitutus, di:
ligenter in hac Ciuitate et in omnibus Eccliis obseruetur.
Quem si quis vituperare, aut illi detrahere presumpserit,
debito modo conuictus puniatur. Cui vero iuxta veterē
religionem, et normam vniuersalis Eccliē, ac constituciōes
nras viuere non placuerit, is intra duas hebdomadas, post
edictum publicum, Ciuitatem exire, et alio commigrare po:
terit, nunq; deinceps reuersurus. Alioqui vltra hunc ter:
minum aduersus constituciones nras hic viuens, supplicium
non euadat.

Statuimus item vt omnes et singuli Monachi, Moniales, et Sacerdotes apostate, aliq; persone sacris addicte, q̃ne contra professionem suam, et contra fidem deo prestitam, ad comubiu et nuptias descuerunt, et prima vota irrita fecerunt, Sectas et doctrinas ab Eccl̃ia Catholica damnatas profitentes in Scandalum et perturbationem fidelium, et in decus ordinis Eccl̃iastici intra diem naturalem seu viginti quatuor horas, ab editis publice presentibus Constitucionibus meis ex hac Ciuitate discedant, et nunq̃ huc deinceps reuertantur sub pena vltimi Supplicii.

Ne autem oues Pastoribus suis legittimis orbate, nescient cuius vocem seq̃ debeant, Statuimus, q; quilibet Plebanus, in hac Ciuitate, a termino sibi congruo prefixo, apud Eccl̃iam suam residcat, officiumq; et munia sua ipse obeat. Q̃ si autem idoneus non fuerit, ad concionandum et docendum populu seruare teneatur, cum sciencia, et consensu Consulatus, et officialis dñi Epi Concionatorem doctrine et vite probate, qui sincerum verbum dei iuxta sensum et intellectum Sanctorum Doctorum, et Eccl̃ie Catholice, non iuxta commenta et interpretationes Apostatarum docebit. Q̃ si autem ex Plebanis seus fecerit, is per dominum Epm legittime priuetur, et alius a patronis presentatus sufficiatur.

Et quia nunc solent plerique temere sese ad Concionandum ingerere, et pretextu tritici verbi dei, Zizaniam seminare, Statuimus vt nullus deinceps intra et extra Ciuitatem quibus-cumq; in locis, tam Sacris et Monasticis, q̃ etiam profanis tam publicis, q̃ priuatis et Secretis, docere, aut Concionari audeat, vel ad docendum, aut concionandum aliquem admittat. Statuat, et ordinet, nisi cum sciencia et examine, de vita et doctrina ipsius Concionatoris, per Consulatu et Officialem domini Epi, debite facto, sub pena Capitis, et bonorum omnium priuationis.

Qui etiam nunc noui Religionis Censores, veteres oratiões et Cantica dudum recepta, abrogant, et suas precandi formulas et Cantilenas Sacris ingerunt, Statuimus, vt cuncta officia Ecclesiastica, nempe horē Canonicē, et missē iuxta veterem Ecclesiē Catholice, ritum et consuetudinem in hac Ciuitate et Ecclesiis peragantur, et vt nulle deinceps orationes, Antifonē, responsoria Cantilenē, et id genus alia insolita. dicantur, seu canantur intra diuina nisi quē ab officiali domini Epi, et Consulatu fuerint approbata.

Qui item Censores ipsi aliorum cupiditatem et auaritiam insectantes, ipsimet, nec a Sacris quidem manus rapaces abstinent. Statuimus, vt quisquis, vasa, ornamenta, Suppellectilem, et alia quecumq; in vsum et ornamentum Sacrorū Ecclesiis et Monasteriis concessa, abstulerit, minuerit, aut in vsus alios temere conuerterit, vltimo Supplicio, vt Sacrilegus, puniatur,

Et vt in hoc deprauato tempore, Ecclesiē suppellectiles tuciꝰ conseruetur, presertim ab Apostatis, qui conuasatis rebus sacris. diffugere solent. Statuimus vt Consulatus, ad quodlibet Monasterium, huius Ciuitatis, duos probos Ciues designet qui, omnia Clenodia aurea et argentea Ecclie conscribant et in Scrinio, seu loco tuto conseruent, ad eaq; vnam Clauem ipsi et Senior siue prefectus Monasterij alteram habeat, nec nisi mutua sciencia, et congruis temporibus et festis illa exponant, ac ne pereant, prouideant, relictis nichilominus pro vsu quottidiano, et misse Sacrificio, Calicibus quot opus fuerint, et aliis que necessaria videbuntur.

Innitentes autem cum nr̄is prioribus, tum etiā aliorū Regū et Principum Christianorū edictis ac decretis, inhibemus, ne quis deinceps libros ab Ecclia Catholica dissidentes et damnatos, necnon Cantilenas, picturas inhonestas, libellos famo:

sos, et alia id genus, quae vel religioni detrahunt, vel bonam famam eiusdem aspergunt, inuehat in hanc Ciuitatem nostram aut illis quo quomodo vti audeat, sub poena exilij et bonorum omnium priuatione.

Porro quod ad res Ciuiles attinet, ne incendium per nos extinctum, aliquis in posterum resuscitare posset. Statuimus et districte precipimus, ne quisquam sermones tales ex quibus seditio vel tumultus aliquis tam in personas Ecclesiasticas, quam etiam Magistratum Ciuitatis oriri posset, palam vel occulte serere audeat. Ne item quisquam Ciuium, Mercatorum et incolarum eiusdem Ciuitatis nostrae Gedanen. aliquid Commercij habeat, quouis modo, coram vel per Nunctios, aut literas, seu etiam personas sublegatas, cum hominibus his, quos ob eorum sediciones et facinora ex ipsa Ciuitate proscripsimus. Vbi vero quispiam ex proscriptis, literas vel Nunctium, ad aliquem Ciuem seu Incolam eiusdem Ciuitatis, suo vel alterius nomine, aut quouis alio pretextu miserit, nemo huiusmodi literas legere, aut Nunctium audire presumat nisi re prius Consulatui declarata, et illi nunctio, et literis ipsis fideliter declaratis. Qui vero in his singulis excesserit, et legittimo testimonio conuictus fuerit pena Capitis, et bonorum omnium puniatur.

Insuper quilibet Nauclerus, qui in presens est, aut erit in posterum apud hanc Ciuitatem, comparere teneatur cum domino, et amicis suis, coram Consulatu, et de se sufficiens testimonium prestare, quod probus, fidelis, et constans homo sit quod nulla naui seu hominibus vtetur, quos consideraverit Ciuitati infideles aut intolerabiles esse. Vbi vero quempiam ex sue nauis hominibus sic affectum cognouerit, talem quamprimum, siue hinc naue soluta redierit seu aliunde appulerit, Senatui deferet, qui in Ciuitate nequaquam tolerari debet. Quodsi

tam dominus q̃ Nauclerus, huiusmodi legem transgressi fuerint, sine vlla gratia iuxtra arbitrium Senatus erunt mulctandi.

Statuimus etiam, q̃ quicumq; deinceps in Ciuem Gedanen̄ asscribi et suscipi voluerit, is sufficienti testimonio docere et probare debebit se libere natu̅ nulliq; addictum seu mancipatum esse, et q̃ ante, vbicumq; degebat honeste decenterq; se gessit. Quo testimonio prestito, suscipi quidem ad ius Ciuile debet vel poterit, non tamen longius q̃ ad annum vnum, vt interim quibus moribus preditus sit, et quàm idoneus Ciuitati fuerit, cognosci et probari possit Q̃d si interea et deinceps omni tempore, vel sediciosus vel aliquibus aliis malis moribus preditus videbitur, mox per Consulatum Iure Ciuili auctoritate nr̃a regia exnatur et perpetuo de Ciuitate proscribatur.

Statuimus item q̃ omnes Mgr̃i Opifices, quorumcũq; artificum Mechanicoru̅, pro fide et iuramento suo, diligenter obseruent, ne quem famulum, seu socium aduena̅ suscipiant et laboribus ac officinis suis adhibeant, donec prius tale̅ nouum famulum seu aduena̅ Senatui exhibeant, ita vt coram illo Iuramentu̅ prestet, quod per omne tempus, quo in hac Ciuitate morabitur, se probe fideliter et cum omni obediencia ac subiectione̅, secundum nr̃as, ac etiam ipsius Cõsulatus ordinationes et Statuta, geret et conseruabit, Si vero aliquis dictorum Magistroru̅ et Opificu̅ secus fecerit, legittime conuictus per Consulatum omnino pena Capitis puniatur.

Et quia Sediciosoru̅ est in latebris primum artes et modos ad tumultu̅ excitandum fabricare. Statuimus, q̃ si tres, Quatuor ue̅, aut plures virilis seu muliebris Sexus, futuris temporibus, in domibus, templis, hortis, intra vel extra Ciui-

tatem, tales consultaciones et tractatus facerent, qui aduersus Statuta, decreta, et edicta nra tenderent, vel qui contra pena seu multa hic per nos facta et imposita, aut etiam contra communem Ciuium pacem, aliquid continuet vel eorum vergerent, Qui item huiusmodi conuenticula intra et extra Ciuitatem facientes admitterent, vel Nuncium aliquod ad tales vel alios deferent, Si quis, demq aliquem vel aliquos contra premissa facientes, vel facientem, viderit sauerituc, et talem non patefaceret, et declararet Senatui, Si legittima probacione, tam is, q alii nre huiusmodi constitucioms transgressores conuicti fuerint, supplicio Capitis et bonorum ammissione puniantur.

Demq neq; voluntatis et Statutorum meorum ignorantia pretendere possit, mandamus et strictissime precipimus, q Caupones Tabernarij, quiq publica diuersoria tenent et generatim omnes huius vrbis Ciues et incole, aduenam, cuiusq illorum, hospitem seu aduenam aliquem venire et diuertere contiget illi cumprimis Statuta et edicta nra, tam ad fidem Catholicam, eiusq Ceremonias secundum vsum et ritum antiquum Eccliae Catholicae, q etiam ad Statum huius vrbis pertinencia, referre et declarare teneantur, vt quilibet hic, et vbiq in Dominiis meis existens, se voluntati ac mandatis meis accommodare sciat et possit Sub pena grauissima per Consulatum exigenda. Quodsi quispiam hospes seu aduena tam pertinax et temerarius fuerit, vt ita cerebro x factus, vel hereses ac noua et impia dogmata profiteri ac seminare, vel alia quecumq tam religioni, q etiam ordinationibus meis contraria tractare et pronuncre presumeret, is auctoritate nra per Consulatum debita et irremissibili animaduersione puniatur.

Ceterum quod ad regimen et ordinem Ciuitatis attinet, visum

est nobis pro dignitate mra congruere, et ita in posterum, Statuimus et habere volumus Quod Burgrabius mr, qui in hac Ciuitate vices mas in multis gerit negocijs. siue is Proconsul aut Consul fuerit, primum locum ante omnes Proconsules, quando cum illis erit, habeat, qs restamen facultati, et auctoritati Proconsulid, quam de more habent in negocijs agendis, michil officere debet.

Volumus etiam et Statuimus. quod in posterum. omnis, qui in Burgrabium, Proconsulem, et Consulem, electus fuerit. Juramentum nobis debitum coram eo, cui id lras nras committere voluerimus, aut Successores nri commiserint, prestare teneatur.

Statuimus item, q nullus ex Ciuibus huius Vrbis per Sedicionem, vel aliquem modum illicitum, ad regimen Consulatus quoquo modo sese ingerere presumat, Sub pena vltimi Supplicij.

Et licet concessum sit à predecessoribus nris. q Magistratus huius Ciuitatis possit in negocijs magni momenti alios Ciues prudentiores in Consilium suum adhibere, et cum illis vt res postularet, consulere et concludere, Quia tamen certus numerus non erat designatus. Et nimia multitudo consulentium, nimiam sepe confusionem parit. Statuimus et ordinamus. q deinceps in arduis causis et negocijs, no vltra. q Centum Ciues in hac principali Ciuitate mea ad consulendum, et adferenda suffragia, cum Consulatu, Scabinis, et duobus Senioribus ex qualibet quatuor capitalium opificum ordine, vocari et adhiberi debent. Et q huiusmodi

Centum viros semper Consulatus eligendi nominandi et vocandi in Pretorium tocens quotiens opus fuerit potestatem et auctoritatem habeat. Ipsi autem Ciues Electi et vocati cum in Pretorium venerint, modeste et pacifice se gerant, et nulla arma, seu gladios secum ferant. Quilibet etiam dign Quartarum faciat quemqz ex eisdem Ciuibus sue quarte ordine sedere, et quemlibet eorum hortetur et admoneat, ne quispiam aduersus hanc ordinationem nram quicq committat, neue cuiuspiam sermonem interrumpat, aut quid aliud loqui et ingerere presumat, q id, quod a Consulatu fuerit omnibus in commune propositum. Quodsi quispiam adeo temerarius fuerit, vt aliquid aliud, q a Consulatu propositum sit, miscere auderet, quod esset aduersus Constitutiones meas, et quietum Statum Ciuitatis perturbare posset, talis extremo supplicio mulctandus erit. Et sub eadem pena nemo Ciuium extra eum Centum virorum Electorum immerum, sub ipsorum congressu ad Pretorium veniat, aut aliquod regimen sibi sumat, qno communis tranquillitas Ciuitatis commoueri posset Quidqmd autem in tali congressu et consilio, per Magistratum Proconsulum, Consulum, Scabinorumqz, ac predictos Centum viros, cum Senioribus quatuor Capitalium Artificum pro bono huius Vrbis cogitum, constitutum, et conclusum fuerit, id firmiter et inuiolabiliter ab omnibus Incolis huius Vrbis teneri et obseruari debet. Si vero huiusmodi Ciues quatuor quartarum in vnam Sententiam non coierit, sed due quarte eorum, contrariam aliis duabus quartis sententiam tenuerint, in eo casu Consulatus, nomine et auctoritate mea, vt Regentes Ciuitatis, cum Scabinis potestatem habeant, id quod vtilius et magis necessarium videbitur diffiniendi et Statuendi. Et cui parti Consulatus ipse cum Scabinis, suo suffragio et voce, accesserit, id ratum et firmum, absqz cuiuspiam contradictione esse debeat. Cui si quis se opposuerit, pena capitis puniatur.

Cum autem Ciues communitatem representantes ad Prétoriu
modo prédicto per Magistratu vocati fuerit, vt debitus ordo
seruetur, Statuimus, vt Senior Scabinoru coram Consulatu,
nomine communitatis prédicte iuxta antiquam consuetudinem
de rebus et negocijs conclusis, relationem et verba faciat.

Statuimus etiam, q Consules antiquæ Ciuitatis, qm ad Consulatu
simul electi sunt, cum in Prétorium, ad electionem Consulum,
vocati fuerint vnum suffragium sine vocem inter se habeant,
prout antiquitus fuit obseruatu

Item Statuimus, q quotiens cuq Consulatus opus habuerit opera
et consilio Scabinorum, illos ad se vocare, et suo consilio adhi-
bere semper habeat facultatem, Scabini vero quandocuq a Con-
sulatu vocati fuerint, venire ad illum sine vlla remissione, et
id totu quicquid per ipsum Consulatu eis propositu fuerit, fa-
cere et exequi teneantur. Statuimus preterea, q Pomeria,
in quibus Mechanici se sagittando exercent, non debent de-
mceps adeo frequentari et visitari, exceptis tribus diebus
in anno festiuitatis Pentecostes, quemadmodum in Pomerio
principalium Ciuium fieri solet. Postq autem prefatos tres di-
es conuenienti hilaritate absoluerint, tum Claues restituere
debent Consulatui, et ab ipso deinde singulis annis, pro hu-
modi Conuentione obtinenda, Claues ad Pomeriu require-
re et petere debent, Critq in ipsius Consulatus arbitrio et
potestate huiusmodi conuentionem et Solaciu iuxta tempo-
necessitatem admittere vel recusare

Quilda quoq Nautarum singulis annis diutius patere et se-
rari non debet q per vnum mensem, incipiendo tribus hebdo-
madis ante Carnisprivium vsq ad octo dies quadragesime.
Licebit autem Consulatui tale tempus prorogare vel contra-
here, prout ex vsu videbitur.

Statuimus eciam, q̄ nullus coctor Ceruisie in Ciuitate sit, nisi de consensu et voluntate Consulatus, In cuius arbitrio sit constituere numerū illorum, eisq̄ coctura ipsa Ceruisie, quando necessarium fuerit, inhibere poterit.

Permittimus autem, q̄ vsus Mercature, vnicuiq̄ Ciui Aedanen pro facultate sua sit liber et non impeditus.

Statuimus item Quod Consulatus habeat potestatem absq̄ contradictione Ciuium antique Ciuitatis in hac principali Ciuitate, Muros, Turres, fossas, Valuas, seu portas Crattes que Schoß gütter vocantur Pontes qui lingua vernacula Czogk Brücgken nuncupantur, et quicquid aliud eidem principali Ciuitati necessarium sit, ædificandi, et reformandi, Mandamusq̄ seuerius, et ita et non aliter fieri iubemus, vt Value seu Porte que sunt inter principalem et antiqua Ciuitatem, et Suburbium, omni nocte claudantur. Et si quis se in hoc opponere voluerit, is summa pena puniatur.

Prouidere volentes, ne Sediciosis ansa relinquatur odia et tumultus aduersus Magistratum excitandi. Statuimus vt deinceps, ne quispiam seorsū, nec communitas ipsa, audeat rationem seu calculū de prouentibus Ciuitatis ab ipso Mgratu exigere, aut clandestina consilia vel conspirationes de illo exigendo inter se facere. Verum si quando Magistratus suspectus fuerit communitati de male administratis prouentib9 Ciuitatis, idq̄ necessitas postulare videbitur, Nos ipsi designabimus, vel successores nr̄i designabunt Commissarios nr̄os idoneos, coram quibus et non aliis Magistratus ipe ratione de prouentibus Ciuitatis facere tenebitur.

Quod vero ad res iudiciarias attinet. Statuimus q; Seculares cause inter personas Seculares, non nisi in foro suo Seculari iudicentur, quas officialis domini Epi sibi vsurpare non debet.

Procuratores in hac Ciuitate causas agere volentes, si Judicii Spiritualis fuerint, per officialem domini Epi, Si Secularis per Consulatum Sacramento obstringatur, q non nisi integre, fideliter, et non animo serendi lites aut causas, lucri sui ratione, trahendi, officium hoc sint obituri quorum numerus restringi volumus in vtroq; foro seu iudicio et similiter publicorum notariorum.

Qui graui et repentina egritudine correpti, testamentum condere voluerint nec iuxta Juris dispositionem iuratos iudicij viros accersere tempestiue valebunt, hii probis, integris, ac possessionatis aliquibus Ciuibus in testimonium aduocatis, testari poterint, et huiusmodi testamentum, si proxima die Juridica, per ipsos testes iuramento coram Judicio Ciuili probatum, et libro iudicij inscriptum fuerit, perinde valebit, acsi coram iuratis Scabinis esset conditum Juris tamen et consuetudinis facultatem, quantum ad leganda bona non excedendo.

Ad sistendas vero friuolas appellationes, que in oppressionem pauperum plerumq; interponi solent, volumus vt in causis quarum singule quinquaginta marcas leues non excedunt, ad consulatum tantum, et non vltra fiat appellacio. In causa vero, que quinquaginta marcas excedit, liberum sit vnicuiq; appellare ad Conuentum generalem terrarum et Ciuitatum Prussie. Quod si in primo Conuentu terminata non fuerit, tunc vnicuiq; ad nos libere appellare licebit.

Cum Ciuis alium Ciuem in Jus vocare voluerit, id non aliter

g coram bamito iudicio facere poterit: Quod banmitum iudicium ſingulis duabus Septimamꝫ agi et celebrari debet, niſi aliquis dies feſtus impedierit. Et cum reus Conuentus in primo termino non comparet, pénam octo bonorum ſolidorum iudici luat, Quem actor ad octo dies proximos ſecundo citari faciat, Qui ſi iterum ſecundo non comparuerit, pénam octo ſolidorum iudici luat et perſoluat. Hunc actor iterum ad octo dies pro tercio citari faciat, qui ſi tercio non comparuerit, actor cauſa ſua contra reum obtinebit, vſq; ad exceptionem auxiliarem, ad quam importandam ſeu producendam octo dies illi concedi debent.

Nemini deneeps dilatio termini ad Procuratorem concedatur, cum Procuratores ſint hic in loco. Si quis vero diem iuridicum acceptare voluerit, id admitti ei debet. ſed non niſi ad octo dies. in quo termino actor querelam ſuam in ſcriptis paratam habeat, vbi id Scabini pro cauſe magnitudine habere poſtulauerint, et eam ipſam querelam ſuam idem actor, reo conuento tradat. qui octo dies ad reſpondendum habebit. Sicq; in his quatuordecim diebus et querela et reſponſum producatur, et confirmetur. Et deinde in eodem bamito tempore debent partes vtreq; probaciones ſuas nominare, ad quas probationes, cuilibet parti ſpecialis terminus aſſignetur. ſecundum exigenciam probacionum, hoc eſt ad eam probationem, quam habere pars poteſt, intra Vrbem, octo dies, Intra terras has Pruſſie, ter quatuordecim dies. extra terras Pruſſie, tres menſes, vltra mare et arenam amnem et diem.

Poſtremo cum quispiam Ciuium habebit aliquid contra Conſulatum vel officialem domini Epi. de quo queri velit, is miuria et querelam ſuam coram nobis. aut poſteris meis regibus Polo-

nie, vti suis legittimis hereditariis dominis iure mediante de-
ponere, et iusticiam querere debebit. neq; id cuipiam negari
vel prohiberi possit. Qui vero contrarium fecerit, et que-
relam suam ad communes Ciues vel plebem detulerit, vt tu-
multum et motum popularem excitaret is legittime conuictus
vltimo supplicio puniri debet.

Omnes autem et singule constituciones et articuli supra scripti
teneantur et obseruentur diligentissime, sub debito fidelita-
tis et subiectionis ac sub penis grauissimis, tam a Magis-
tratu q̄ ab omnibus incolis, et aduenis huius Ciuitatis
nr̄e Gedanen̄, ad arbitrium nr̄m, aut Successorū
nr̄orum Regum Polonie, ita, vt per nos, vel ipsos, succes-
sores nr̄os pro temporum vicissitudine et necessitate, mu-
tari, reformari, minui, augerive semper possint. In cuius
rei testimonium Sigillum nr̄m presentibus est impressum
Dat. in Ciuitate nostra Gedanensi feria sexta proxi-
ma ante festum Sancte Marie Magdalene Anno domini
M° . D°. XXVI° Regni nostri Anno
vigesimo.

Alie constitutiones Militarem et Ciuilem ordinem totamq; Prussiam concernentes.

Sigismundus .I. Rex Polonie.

Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis Quia consulere volentes multiplicibus erroribus et abusibus: qui cum in diuinis tum etiam humanis rebus inoleuerat in terris et Ciuitatibus nris Prussie, venissemus hnc ad easdem terras omnibus aliis negociis nris intermissis, et auspice domino deo, recte omnia, que reformatione indigebant confecissemus, etiam ad futurum deinceps bonum regimen, constituciones et ordinacionem oportunam, in ipsis terris relinquere operepreciu esse duximus, proindeq; de cōsilio et consensu omnium Consiliariorum et Nunctiorum communitatis, tam militaris q̄ etiam Ciuilis ordinis. infrascriptas constituciones, edidimus et promulgauimus

In primis quisq; Palatinus habeat apud se exemplum seu copiam Priuilegii terrarum Prussie et illud vnicuiq; petenti ostendet et coram eo legi faciet Quod nos manutenere et secundum ipsius tenorem dignitates offitia et Capitaneatus solis indigenis conferre dignabimur.

Coeterum cum ius Culmen quo potissimum Prussia vtitur scripturis saltem autenticis nusq; reperiatur esse sancitum, multaq; propterea oriantur incommoda, Venerabiles et egregios deuote nobis dilectos Tidemannum gise Custodem et Canonicum Varmien. Mathiam Sliwniczki Canonicum Gnesnen. Achacium Fremut Canonicum Varmien. Franciscum Soldaw et Philippum Holkner legum licentiatum

designauimus vt hoc anno ad kalendas Octobris Mariem-
burgi conueniant et huiusmodi Jus cum eius constitucionibus
passim colligant diligenterque conscribant, vt deinde tippis
excusum et euulgatum ad omnium noticiam perueniat firmi-
terque à cunctis obseruetur.

Judicia autem terrestria in singulis Palatinatibus, quotannis,
bis seruentur ita vt in Palatinatu Culmen primum iudi-
cium feria tercia post dominicam Quasi modo geniti, Secun-
dum autem feria tercia post Lamparti celebretur, In aliis
autem Palatinatibus iuxta veterem consuetudinem obser-
uentur, Ex quibus quidem iudiciis terrestribus appellacio-
nes ordinarie fiant ad Conuentus generales terrarum
Prussie, à Conuentibus autem generalibus ad regium tri-
bunal nrm, donec alterutra partium tres conformes Sen-
tencias obtinuerit.

Vt autem friuole et temerarie appellaciones nonnihil cohibe-
antur, quisquis à iuditio terrestri ad Conuentum generale
appellauerit, tres Marcas in iudicium reponat. Si vero
à Conuentu generali ad nos appellatum fuerit, sex marce
deponantur. Et si appellans coram iudice appellato succu-
buerit in vsum publicum iudicii in quo erant reposite, cedant,
alioquin parti restituantur

Nec Palatini iudicent causas ad ius terrestre spectantes nisi
de consensu partium, et prouocantes, ad iudicium terrestre
remittant Exceptis causis leuioribus que videlicet valo-
rem decem Marcarum non excedant, hee quidem sine strepi-
tu iudicii de simplici et plano ab eis componi possunt, In
causis autem Sanguinis et facto recenti deprehensis, in dila-
tam iusticiam ministrent Nec partes contendentes ad compo-
nendum amice inter se controuersiam cogant Nec vllas pe-
nas exigant nisi per iudicium decretas Quarum penarum
tercia pars Judicio terrestri reliqne due partes Palatino
loci cedant.

Palatini et Capitanei alati tam in iudicio terrestri q̃ Conuentuum pnblicorum respondere sint obligati Exceptis actionibus super bonis meis regalibus emergentibus/ Capitanei autem iuxta continenciam Priuilegii terrarum Prussie, sint indigene possessionati ratione quarum possessionum suarum in dicio terrestri sint subiecti

Statuimus preterea vt communibus Consiliariorum votis Notarius Terrestris Nobilis possessionatus, linguas necessarias callens, et alias ad officium hoc idoneus eligatur. Qui cum iuratus fuerit excluſis tam Ecclesiasticorum Prelatorum q̃m Ciuitatum ac aliorum Notarius solus secretis consiliis et Conuentuum pnblicorum iudiciis interfit, literas, et acta iudicialia diligenter conscribat ac intra parcium in iudicio producta fideliter custodiat.

Vt autem temerarie lites amputentur, Commissarios siue iudices delegatos non deputabimus in causis ad iudicium terrestre spectantibus, et minus in eo iam pendentibus nisi per appellacionem ordinariam de qua superius dictum est a sentencia definitiua seu interloqutoria iam lata ad tribunal mei deuolute fuerint, exceptis causis limitum bonorum meorum regalium, nec iudices delegatos seu commissarios a quibus semel appellatum est in eadem causa denuo deputabimus, aut causam ad ipsos remittemus. Nec enim verisimile aut honestum videtur quod iudex pristinam suam sentenciam retractet, aut alte postea iudicet q̃m antea iudicauerat.

Conuentus autem publici seu generales iuxta proximam ordinationem mei in Prussia quotannis bis celebrentur verno videlicet tempore Dominice ad diem Sancti Stanis-

lai, Tempore autem Autumni in Graudencz ad diem Sancti Michaelis, Conuentus autem peculiariter per nos instituendus locum et diem ex nro arbitrio sorcietur.

Ad predictos Conuentus omnes cause tam ex Ciuitatibus q̃ iudiciis terrestribus per appellationem deuoluantur, et etiam sine speciali commissione nra iudicentur. Deinde vero et non antea ad supremum Tribunal nrm remittantur, parte prouocante. Cui ad prosequendum appellationem a iudicibus legittimus terminus prefigatur. Quam appellationem si intra vnius anni spacium non prosequetur prior sentencia iuxta iuris communis dispositionem in rem transeat iudicatam et executioni demandetur.

Ante Conuentum vero publicum per nos et successores nros singulariter constituendum, in singulis Palatinatibus Culmen, videlicet Mariemburgen et Pomeranie fiat Nobilitatis Conuentio particularis. Quam secundum morem antiquum Palatini ex singulis Districtibus Palatinatus sui ad aliquem locum conuenientem litteris suis conuocent, vt Nuncii ad huiusmodi Conuentum mittendi eligantur. Qui autem vocatus non comparuerit penam duarum Marcarum pendeat cuius medietas Palatino eius loci altera vero medietas erario publico proueniat.

At cum frustra sentencie ferantur nisi legittime executioni demandentur, volumus et irrefragabili constitucione sancimus, vt deinceps vnusquisq; cuiusuis conditionis vel eminencie fuerit rei iudicate sine omni contradictione cum effectu pareat et obsequatur. Alioquin locorum Palatini nullo alio a nobis mandato expectato legittimam executionem faciant adiuncto sibi, vbi cause conditio id postula-

uerit Capitaneo et Nobilibus illius Districtus aut eaꝝ si necessitas exegerit, omnibus et singulis Vasallis meis seu Nobilibus illius Palatinatus, quos ad assistendum illi sub juramenti debito et amissione feudorum obligatos esse decernimus. Si vero maiori potencia sit opus, negotium ad nos referri volumus ut oportunis rationibus, rebus prouideamus. Palatinos similiter ad huiusmodi executiones faciendas iusticiamq; oppressis administrandam insiurandum nobis prestitum adigat. Quos etiam si remissiores fuerit quinquaginta florenorum unge pena plecti volumus, cuius multe medietas parti cui iustitia denegata est, altera vero medietas erario publico terrarum Prussie cedat. Ubi autem quis executioni violenter resistere conatus fuerit pena banni siue proscriptionis ac bonorum confiscatione irremissibiliter puniatur ex quibus bonis parti lese primum fiat satis. Quod reliquum fuerit predicto fisco applicetur.

Statuimus preterea ut nullus Capitaneus, Nobilis, Ciuis, aut quiuis alius cuiuscunq; conditionis existat, personis, Castris, domibus, aut possessionibus alienis, ullam violentiam inferre, incursiones facere, in publicis stratis insidias ponere presumat. Super his conuictus iuxta antiquum plebiscitum terre Culmen Capitali pena puniatur. Et cum aliquis Nobilis decreto publici Conuentus, iudicio Palatinorum aut terrestri capitur, is sub certis penis in statem aut carcerem Ciuilem non tradatur, sed in manus Palatinorum. Si quis autem in Ciuitate vbi nulla Lux est capiatur, et autoritate Conuentus, Palatini, aut iudicii, in carcerem Ciuilem conijcitur, in ptate eorundem et non Ciuitatis permaneat. fidemissoria autem cautione a carcere huiusmodi liberetur, nisi causa fuerit criminalis, et vt sub pena viginti florenorum unge quorum medietas Palatino, altera parti lese cedat, absq; vlla remissione persoluendi, Nobiles et eorum subditi autoritate seu ptate Ciuili

non capiantur detineantur seu arrestentur/nec Nobiles au-
toritate propria capiant aut detineant Ciues aut eorum sub-
ditos, sed vnusquisq; coram iuditio suo ordinario conueniatur
et iusticiam requirat.

Preterea ne in fluminibus Prussie presertim nauigabilibus
et item Fehres, Bree, et Bda, ac etiam Rede in Districtu
Puczkouien obstacula fiant vt tam piscibus q̃ nauibus et
lignis liber transitus permittatur. nisi quis speciale Priui-
legium super hoc habuerit.

Nobilibus autem qui habent Priuilegiu piscandi in Lacubus
nris regiis, et testibus fidedignis probare possunt se fuisse in
possessione piscandi, et quorum vel limites aut ager Stagnis
nris regiis adiacet, his quidem piscatio permitti debet sed
paruis retibus, duntaxat ad vsum et mensam eorum propria
non autem ad vendendum, ea tamen conditione vt retia Cas-
trensia in hieme primos habeant tractus/et quod tempore
quando pisces qui Germanice Bressen, Polonice vero Clescz vo-
cantur semen aut fetum emittunt, nulli liberum sit in Lacubus
nris regiis piscari, ne huiusmodi piscium fetura in augmen-
tando impediatur.

Et preterea vt Ecclesiastici bona terrestria Ecclesiis adscribe-
da et appropriandа siue incorporanda absq; speciali conse-
su nro a modo nisi a suis vasallis emant ne obsequia nobis
ex ipsis debita intereant pro se vero priuatim illa emere possunt
qui si in vita sua non alienauerint aut cuipiam non donaue-
rint ad eorum propinquos et consanguineos deuoluantur.

Similiter ne Ciuis aut ignobilis quispiam bona terrestria emat

Si vero iam empta possideat non per conducticias sed proprias personas seruicia seu obsequia debita ad bellicam expeditionem de ipsis sub eorundem ammissione prestet.

Nec omnino liceat à modo rusticis feras in Nemoribus venari nec laqueos in Syluis et agris ponere canes aut retia venatoria habere. Alioquin in potestate dominorum sit Bombardas canes et retia huiusmodi auferre, et pro qualitate excessus mandatum preuaricantes in decem marcis dno fundi applicandis, toties quoties punire, exceptis fossis pro luporum captura quas sine tamen cuiusuis preiuditio quilibet cum consensu dominorum suorum habere potest. Similimodo nec Palatini, Capitanei, aut Nobiles, alter in alterius fundo absq; voluntate domini fundi venari nec in Syluis feras domare aut cicurire debet, quod Clepsen vocant sub ammissione retium, equorum, curruum, Bombardis autem nemo omnino nec in propriis nec alienis Syluis sub pena Centum florenorum vnge irremissibiliter soluendorum à modo vtatur cuius mulcte medietas nobis altera erario publico terrarum Prussie proueniat.

Volumus item vt in Conuentu generali proximo per vniuersos Consiliarios harum terrarum, omnium rerum vendibilium estimatio, et iusti precij constitutio fiat, vtq; diligenter respectus ad mensuras et omnia pondera habeatur vt dolus ac deceptionis malicia vitari possint.

a Et item vt Palatini et Capitanei diligenter fines terrarum obseruent ne predones et grassatores ingrediendo et egrediendo impune grassentur.

Cum etiam Mercatores et presertim peregrini siue exotici homines in Nobilitatis et Ciuitatum iniuria pelles, frumenta hu-

8

mulum, linum et alia mertium genera in villis ac Pagis clam, et publice coemere et negotiaciones illicitas exercere soleat autoritate nra regia firmiter prohibemus ne id decetero fiat Statuentes vt deinceps subditi dominorum merces et res suas vendibiles in proximas Ciuitates ducant et in foro publico venales exhibeant legittima tamen dominorum suorum cum pellibus ferarum et bestiolarum Syluestrium ratione habita Alioqui emptoribus equos et Currus, venditoribus autem res venditas a prefectis nris adimi et confiscari volumus.

Et item ne rustici cum Cuspidibus Lanceis gladiis aut similibus armis publice aut priuatim incedant eaq deferant nisi a dominis suis ad venationem vocati fuerint. b

Districtius eciam inhibemus ne Poloni a modo ab opificiis Ciuitatum quarumlibet arceantur sed pari conditione cum Germanis et aliis nationibus admittantur nam obstantibus huiusmodi opificiorum contrariis constitucionibus penam hys qui eos receperunt infligentibus sub Quingentorum florenorum vnge multa per loci Capitaneum pro fisco nro exigenda. c

Ex quo item multorum querimoniis accipimus quosdam officiluim nrorum presertim Thucholien pretextu mandati prohibitorii de inuectione Salis peregrini in Polonia, innocentibus, antea q finibus terre appropinquent, Salem adimere. Quod quia iniquum est, sub graui indignatione nra prohibemus ne decetero cuiq adimatur nisi vltra fines transgresso d

Nobiles preterea districtus Slochow instar rusticorum vt e

ligna ad Arcem ducant aut alia seruicia rusticalia faci-
ant cogi nolumus sed antiquam consuetudinem seruandam
esse decernimus.

f Ad precludendas autem varias hincinde obloquendi vias
et controuersiarum occasiones, que solent oriri à Ciuitatibus
et Oppidis contra Nobiles et Tabernatores, tam Seculari-
um q Spiritualium, qui coquunt et aliis per Tunnas ven-
dunt Ceruisiam, ita ordinatum est, q Nobiles pro vtilita-
te eorum propria, coquere libere possunt ipsam Ceruisiam,
et si quid ex illa eis superabundauerit id vendent ad su-
as Tabernas, verum negotiationem Ceruisie non exerce-
ant. quod Statui eorum foret indignum. Tabernatores
vero qui vltra milliare distant ab oppidis vel Ciuitatibus
et qui habent in suis Priuilegiis facultatem coquendi Cer-
uisiam, coquere illam possunt, quantum ad propinandum
in eorum tabernis sufficiet, nequaq tamen per integras
vel medias tunnas vendendi ipsam Ceruisiam potestatem
habeant, sub pena decem marcarum toties quotiens huic
constitucioni contrauenerint soluendarum.

Cum etiam Mercatores. etc. est supra: Sed hic stare debet

h Mandamus insuper et ita omnino habere volumus vt Pala-
tini debitores decimarum aratralium et quorumuis Eccle-
siasticorum prouentuum censuras contumaciter sustinentes
ad huiusmodi debitorum solucionem remediis opportunis
compellant ne Ecclesiastici prouentibus sibi debitis frau-
dentur.

i Postremo ad tollendum errorem et incommoditatem ex va-
rietate vilitate et adulteratione monete prouenientem
vnanimi consilio decretum et constitutum est vt abolita in
Prussia moneta vetere Triplex noua sub nris et terrarum

Prussie insigniis cudatur, videlicet grossi, Solidi, et obo-
li siue denarii, Ita viginti grossi vnam marcam, Quadragi-
ta autem grossi siue due marce florenorum vnge constituat
Tres vero Solidi grossum et sex oboli Solidum. Sitque ea
moneta in grano valore et estimatione Polonice, que simi-
liter noua cudenda est, equaliter proporcionata, vt gros-
sus Pruthenicus Polonicum equet, et Solidus ternarios
duos, obolus vero obolum valeat Curratque huiusmodi mo-
neta Pruthenica regio edicto per totum regnum Maso-
uiam et Lithuaniam, hoc tamen Illustris Prussie Dux
vsque ad festum Sancti Martini proximum in deliberatio-
nem accepit.

k Que omnia et singula vt premissa sunt, in omnibus suis pun-
ctis, conditionibus et articulis rata et firma esse volentes, de
certa nra sciencia et deliberacione, consensuque tam Consiliari-
orum nrorum Status vtriusque quam etiam Nunctiorum omnium,
terrarum nrarum Prussie, Statuimus et decernimus, robur
debite firmitatis habere debere harum testimonio litterarum
Quibus Sigillum nrm est impressum Actum et Datum
in Ciuitate nra Gedanen feria tercia proxima post festum
Diuisionis beatorum Apostolorum Anno domini 1526,
Regni vero nostri Anno vigesimo.

Donatio perpetua oppidi et bonorum Hela Ciuitati Gdanen: vnacum vectigali, a mercatoribus in portu Gdanen exigi solito.

IN Nomine domini Amen. Quia illa que perpetua fu-
tura sunt, literarum monumentis commendari solent
Ideo nos Sigismundus &c Notum facimus vni-
uersis presentibus et futuris. Quod cum in Ciuitate
nra Gdanensi primum Seditiones intestine deinde om-
nium Diuinarum et humanarum rerum perturbationes
exorte essent, et ob id in summo discrimine Ciuitas ipsa
constitueretur, nos ad illam liberandam, et in pristinum
statum reducendam non sine graui incommodo, et difficul-
tate nra huc venissemus, multoq; labore et cura omnia
diuina ac humana in veterem conditionem et ordinem, gra
omnipotentis Dei, ad plenum restituissemus, cuius bene-
ficentie nre. Spectabiles, Proconsules, Consules, Sca-
bini, ac tota communitas Gdanen', singularem rationem
habentes, et sue gratitudinis erga nos perpetuum testi-
monium extare volentes, nobis et posteris nris omnibus
regibus Polonie vltra hec duo millia florenorum Vn-
garicalium bonj auri et iusti ponderis que nobis quota-
nis vigore Priuilegiorum suorum a diuo olim Casimiro
rege genitore meo charissimo, dicte Ciuitati concessorum,
soluere tenentur, sine quauis derogatione eorundem Priui-
legiorum atq; iurium suorum, se ad quatuor milia marca-
rum Teuthemicalium leuis monete annuo soluenda obli-
gassent, prout harum serie literarum mediante se obligat
Nos vicissim eius gratitudinis, et obsequij erga nos exhibiti

grati existentes, et dictorum Ciuium Gdanensium bonu
Statum ac continuum incrementum promouere, eosq; de
nrã clemencia consolaciores reddere cupientes, prefatis
Proconsulibus, Consulibus, Scabinis, et vniuersis Ciui-
bus Gdanen, oppidum et bona nrã Hela nuncupata,
que hactenus sine Priuilegio predecessorum nrorum, ta-
men vt asserebant in compensationem aliorũ bonorum
suorũ que Serm̃us olim genitor nr̃ dominus Rex Ca-
simirus tunc Mgrõ dederat, cum omnibus et singulis
eorundem bonorum iuribus proprietatibus Judicijs vti-
litatibus, prouentibus fructibus et emolumentis, quibus-
cunq; nominibus appellentur, que sunt aut etiam in pos-
terum fieri possunt, nullis exceptis de certa nrã, ac Cõ-
siliariorũ nrorum tam regni nr̃i Polonie, quam harũ
terrarũ ac Ciuitatum nrarum Prussie, sciencia, consilio
et consensu donanda et inscribenda duximus, dona-
musq; et inscribimus iure perpetuo et hereditario possi-
denda, tenenda, habenda, et vtifruenda, Preterea eidẽ
Ciuitati nr̃e Gedanen, eiusq; vniuerse comunitati
eam pecuniam quã ab omnibus et singulis Mercatoribus
ac negociatoribus vndecunq; in Portum Gdanensem,
cum Nauibus et Mercibus suis cuiuscunq; generis
applicantibus, pro restauracione conseruacioneq; eiusdẽ
Portus sui Gdanen antiquitus sub vulgari eorum vo-
cabulo Pfoelgelt exigere et subleuare consueuerunt
ex regia munificentia nrã et consensu predictorũ Con-
siliariorum nrorum perpetuo concessimus, dedimus do-
nauimus, et per presentes lr̃as nr̃as concedimus, damus
inscribimus et appropriamus, ita vt a qualibet marca
de omnibus et singulis nauibus, rebus ac Mercibus,

per hunc Portum dicte Ciuitatis hinc quocumq; mittendis
et huc adducendis aduehendisq; duos denarios Pruthem;
cales exigere, sublenare, et in vsus suos beneplacitos mc
et in eorum conuertere, ac pro Ciuitatis sue commodo et vti;
litate applicare valeant/ predicta vero quatuor millia mar;
carum que soluenda nobis se perpetuo obligarunt, hoc modo
nobis soluere tenebuntur videlicet duo millia marcarum
Pruthemcalium pro festo Annunciationis Sancte Marie dne
nre, alia duo millia marcarum pro festo Sancti Michaelis in;
cipiendo primam solucionem a proxmo festo Annuciationis
beate Marie de anno futuro videlicet .M°. D°. xxvij°
et deinceps singulis annis in perpetuum./ hanc preterea
animi mei perpetuam voluntatem et deliberationem adjicie;
tes, vt si que res siue merces, ex quocumq; naufragio, ad
vniuersum eiusdem Ciuitatis littus peruenerint, quas dis;
positioni mee et successorum meorum reseruatas esse volumq
et reseruamus, quod ille ipse res in fideli custodia Burgra;
bij, ac totius Magistratus Gdanen' conseruentur ta';
diu, quoad domini aut heres earundem rerum et mercium
ex Naufragio prouenientium comparuerit, et illas inte
repetierit/ et dum cognouerint quod huiusmodi merces
in suo valore durare nequeant habebit Burgrabius
nr' Gdanen' cum ipso Magrátu potestatem eas vendere,
et pecuniam inde prouenientem asseruare, casu vero quo
tractu conuenienti temporis nemo comparuerit, qui hmi;
modi ius suum et res illas ad se pertinere possit docere,
extunc ipse Burgrabius Gdanen', simul cum Magratu
ibidem, nos de eis ipsis rebus informare. et earundem res red;
dere tenebuntur, vt nos et successores nri de illis dispone;
re valeamus Idem per omnia obseruari debet in bonis
eadem suis legitimis heredibus post obitum relictis, et ad

nos ex superioritate nra deuolutis, que pariter fidei et cure Burgrabii ac tocius Mgratus Gdanen commi-ttimus et disposicioni nre et successorum nrorum reserua-ri volumus et reseruamus modo premisso. Reliqua omnia, que alias ipsi Ciuitati Gdanen per predecessores nros donata sunt et ei prouenire solebant eisdem sub-ditis nris Gdanen pleno iure relinquentes, in quorum fidem etc

Contributio Decennalis. pro regia Mte in Prussia decreta

Sigismundus. I. Rex Polo c

Manifestum facimus etc Quia cum Proconsules Consu-les. Scabini, atque vniuersi Ciues et Communitas Gda-nen Mecientes apud se propensam erga se graciam et cle-menciam nram nunc maxime dum in varios errores et grauissimos casus Sedicione quorundam nebulonum et sceleratissimorum hominum prolapsi essent et nos in pro-pria persona magnis et arduis regni nri negociis omissis ad eos releuandos et in pristinum Statum atque tranquili-tatem reducendos venissemus, diuinoque auspicio et fauore omnia tam diuina q eciam humana exacte restauraui-mus volentes illi pro sua erga nos fide integritate et ob-seruancia singularem animi sui gratitudinem declarare contribucionem generalem vniuersis et singulis harum terrarum et Ciuitatum Prussie subditis et Incolis Status vtriusque pro nobis hac vice in triennium laudatam et in-stitutam non solum acceptarunt verum eciam illam tam de

Braseo q̄ eciam aliis frumentorum generibus ad Septen-
nium deinde proxime futurum pro nobis instituerunt
et prorogarunt, eam quē addito huiusmodi Septennio
ad decem annos integros dandum et soluendum pollici-
ti sunt et se obstrixerunt, Nos vero vicissim rationem
habentes meritorum prefatorum Proconsulum Consulum
tocinsq; communitatis Gdanen' qui coram nobis sufficiē-
ter ostenderunt dictam Ciuitatem nram Gdanen' ab his
quē se paulo ante ad regimen et Magistratum Ciuitatis
friuole et temere ingesserunt et alias grauissimis debi-
tis inuoluta esse quorum quidem debitorum summa
Septuaginta nouem millia Quingentas et Sexaginta
marcas numeri et monete Pruthenicalium excedit eisdem
Proconsulibus Consulibus totiq; Ciuitati Gdanen' de pre-
fata decennali Contributionem terciam partem ad ipsa
debita exoluenda reliquimus et assignauimus prout
donamus reliquimus et assignamus per presentes in
Quorum etc.

Significamus tenore presencium vniuersis. Quia nos co-
gnitam et compertam habentes singularem fidem ple-
nam et in rebus agendis dexteritatem Famati Philippi
Bistoff Proconsulis Ciuitatis nrē Gedanen' quam cum
alias semper tum maxime in tumultu proxime prēterito
eiusdem Ciuitatis nrē Gdanen' per nonnullos homines
sediciosos suscitato demonstrauit, Ipsum in Burgrabium
nrm Gdanen' creauimus et constituimus ac presentibus

lris nris Creamus et Constituimus hinc ad vnius
anni decursum Quo circa vobis famatis Proconsulibus
Consulibus Ciuibus totiq communitati Ciuitatis nre
Gdanen predicte ac aliis quorum interest mandamus
vt ipsum Philippum Bisthoff pro vero et legittimo Bur-
grabio nro habentes, illiq honorem debitum exhibe-
tes in his omnibus que eius officium concernunt in effectu
irrecuse obediatis ac in omnibus rebus et negociis ad
eum racione huius officii sui Burgrabiatus protinenti-
bus hoc ipsum officium Burgrabiatus libere exercere
iuxta antiquam consuetudinem permittatis Pro gra
nra non alr facturi Dat in Ciuitate nra Gdanen
Sabato proximo ante festum Sancte Marie Magdalene
Anno. M°. D°. XXvi° Regni nri anno
vigesimo

Octoginta marce per decennium
in annos singulos date Magistro
Ambrosio Notario Gdanensi

Sigismundus Rex.

Significamus tenore presentium vniuersis. Quia in
prospectu habentes fidem erga nos et rempublicam Ci-
uitatis nre Gdanen diuturnaq seruicia egregii et fa-
mati Mgri Ambrosij Storm Consulis Gdanen que ipi
Ciuitati Gdanen in Notariatus officio ac legacionibus
apud nos et alios reges et Principes Chrianos variasq
ex terras naciones et gentes non minus sedulo q solerter
fideliterq et honorifice exhibuit, volentesq ad nra
et eiusdem Ciuitatis nre Gedanen futura obsequia illum ac
eius successores magis deuinctos reddere dedimus illi et

ipsius eius legitimis successoribus damusq; et donamus per
presentes octoginta marcas Truthenicales leues singulis
annis ad decennium ex Contribucione Ciuitatis mee Gdanen' nobis decreta et instituta eidem
Ambrosio Storm numerandas et consignandas Quo
circa &c' vt supra in litteris Philippi Bisthoff mutatis mu-
tandis &c'

Confirmatio priuilegiorum Ciuitatis Gdanensis.

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam
Quia inter egregia regum et Principum facta ea pluris-
sima censentur que de clemencia et liberalitate proficis-
cuntur, ac ea vti temporaria sunt et fluxa, nisi litera-
rum monumentis fuerint memorie commendata, prom-
de nos Sigismundus necnon terrarum rex dominus et
heres manifestum facimus tenore presentium vniuersis
et singulis presentibus et futuris harum noticiam habituris
Quia cum nos omnibus subditis meis, inra Priuilegia
et immunitates eorum iustas et legitimas manutenere
consueuimus, et Ciuitatem meam Gdanen' pro eius in
nos obsequiis et meritis, cupimus non solum in Statu et
regimine suo conseruare, verum etiam maiori fauore
et beneficentia mea regia semper augere et promouere
omnia et singula eiusdem Ciuitatis Gdanen', vetera
inra Priuilegia, munimenta, libertates, immunitates
Plebiscita Statuta, et quascunq; alias consuetudines lau-
dabiliter introductas, et a Piis olim regibus Polonie,
ceterisq; retroactis Principibus, Ducibus, et aliis prede-
cessoribus meis tam Spiritualibus q; Secularibus, quibus-
cumq; titulis et dignitate insignitis, et sub quibuscunq; verbo-

rum formis concessa ac impetrata, in omnibus et singu-
lis suis pmctis, clausulis, et articulis. Quorum omnium
et singulorum tenorem et seriem pro sufficienter hic exp-
ssis habere volumus, confirmamus, ratificamus, aproba-
mus et reintegramus, omniumq; et singulorum in ipsis
Priuilegiis et immunitatibus eorum contenta robur et
firmitatem perpetuam obtinere volumus et decernimus
in cuius rei testimonium Sigillum nostrum est presenti-
bus appensum Act et Datu in Ciuitate mea Ge-
danen' Sabato proximo ante festum Sancte Ano
domini M°. D°. XXVI°. Regni mei Anno
vigesimo.

Burgrabiatus Gdanen: Philippo Bissoff Proconsuli Gdanensi datus.

Sygismundus. Rex PoL.

Significamus tenore presentium Vniuersis, Quia nos
cognitam et compertam habentes singularem fidem plena
et in rebus agendis dexteritatem, Famati Philipi Bißhoff
Proconsulis Ciuitatis mee Gdanen', Quam cum alias
semper tum maxime in tumultu proxime preterito eiusdem
Ciuitatis mee Gdanen' per nonnullos homines sedicio-
sos susçitato demonstrauit, ipsum in Burgrabium nostrum
Gdanen' creauimus et constituimus, ac presentibus lris
meis creamus et constituimus, hinc ad vitus anni decursu
Quocirca vobis Famatis Proconsulibus Consulibus Ci-
uibus tobiq; communitati Ciuitatis mee Gdanen' pre-
dicte, ac aliis quorum interest mandamus vt ipsum Phi-
lippum Bischoff pro vero et legittimo Burgrabio meo ha-

bentes Illiq; honorem debitum exhibentes in his omnibus que eius officium concernunt in effectu irrecuse obediatis ac in omnibus et negotiis ad eum ratione huius officii sui Burgrabiatus pertinentibus hoc ipsum officium Burgrabiatus libere exercere iuxta antiquam consuetudinem permittatis, Pro gra nra non alr facturi Dat in Ciuitate nra Gedanen Sabato proximo ante festum Sancte Marie Magdalene Anno M°. D. XXVI° Regni nri Anno vigesimo

Ducente marce: ex Cisa Gdanensi Philipo Bissoff ad Decennium in singulos annos donate.

Sigismundus, Rex Polonie.

Significamus tenore presentium vniuersis. Quia nos habentes rationem virtutis et fidei et eximiorum meritorum Famati Philipi Bisschoff Proconsulis et Burgrabii nri Gdanen erga nos et Rempublicam huius nre Ciuitatis Gedanen, cum alias sepius, tum maxime hiis temporibus per eum constantissime exhibitorum quando ipsa Ciuitas nra Gdanen, per nonnullos homines insolentes ac factiosos, multis ac variis sediciomibus et tumultibus tam in diuinis q humanis rebus plurimum turbata et agitata fuit quam a magno casu et discrimine, quod ex ipsorum hominum factiosorum perfidia et Machinationibus, ei imminebat, opera, studio, vigilantia, solertia, prudentiaq; sua, cum non vulgari laude, neglecta et posthabita prorsus satis longo tempore, re sua familiari vsq; ad felicem nrm aduentum, immunem conseruauit quo se nobis, ac omnibus Consiliariis et Proceribus Status vtriusq; regni et terrarum nrarum Prussie pluri:

mum gratum reddidit et acceptum, volentesq; pro tam
egregia opera et meritis predictis eidem Philippo Bis-
schoff, condignam renumerationem facere, munificentieq;
et gratie nre erga illum testimonium etiam eius posteris
relinquere, dedimus et donauimus damusq; et donamus
per presentes, prefato Philippo Bisschoff et eius legittimis
heredibus et successoribus Ducentas Quinquaginta
marcas Pruthenicales leues, singulis annis ad Decen-
nium ex Contributione Czise ipsius Ciuitatis Gedanen
nobis decreta et instita eidem Philippo numerandas et
consignandas Quocirca tibi Generoso Joanni Balin-
ski Castellano Gdanen ac terrarum nrarum Prussie
et Castri Mariemburgen Thesaurario et cuilibet alteri
Thesaurario earundum terrarum Prussie pro tempore
existenti committimus et mandamus vt ipsi Philippo Bis-
choff et eidem legittimis successoribus per tempus Decenij
supra expressum, ex prefata Contributione Czise Ducentas
Quinquaginta marcas Prutenicales leues vti premissum
est extradas, de quibus pro singulis annis et rathis idem
Philippus Bischoff vel eius successores te quietabunt, nos
vero eorum Quitancias perinde atq; nras proprias sus-
cipiemus, successoresq; nri suscipient, pro gra nra non alr
facturus Harum quibus Sigillum nrm est impressum testi-
monio litterarum Dat in Ciuitate nra Gedanen feria
sexta proxima ante festum Sancte Marie Magdalene,
Anno domini M° . D. XXVI° Regni nri
anno vigesimo

Significamus tenore presentium vniuersis. Quia nos egregii
et Famati Mgri Ambrosii Storm Consulis Gedanensis
in prospectu habentes fidem erga nos et rempublicam Ci:
uitatis nre Gedanen diuturnaq seruicia, que ipsi Ciui:
tati Gedanen in Notariatus officio ac legationibus,
apud nos et alios reges et Principes Christianos, varias:
q exteras naciones et gentes, non minus sedulo q solet:
ter fideliterq et honorifice exhibuit, volentesq ad nra
et eiusdem Ciuitatis nre Gedanen futura obsequia
illum ac eius successores magis deuinctos reddere dedi:
mus illi et ipsis eius legittimis successoribus damusq et
donamus per presentes octoginta marcas Pruthenicales
leues singulis annis ad decennium ex Contribucione Czise
ipsius Ciuitatis nostre Gedanen nobis decreta et
instituta eidem Ambrosio Storm numerandas et consigna:
das Quocirca &c vt in aliis lris mutatis mutandis

Concessio tercii Denarii prouentus Pholgelt Ciuitati Gdanen ad sex annos.

Sigismundus 1 Rex Poloniæ

Significamus etc Quia rationem habentes magnorum debitorum quibus inuoluta est Ciuitas nra Gdanen et pariter onerum ipsius, que continue sustinere cogitur, de consilio Consiliariorum nrorum tam regni q terrarum Prussie hic Si nobiscum existencium, concedendum duximus et presentibus litteris nris concedimus Famatis Proconsulibus et Consulibus eiusdem Ciuitatis nre Gedanen, vt, preter duos denarios, quos a qualibet marca, quarumcumque Mercium ante percipere solebat, quos Pfolgelth nuncumpat etiam tercium denarium, per sex vsque annos exigere possint, ad ipsa debita exoluenda et alia onera debito modo sustinenda, ita tamen vt de hac accessione sua, et ipso tercio denario Quadringentas marcas Pruthenicales leues quotannis Consiliarijs terrarum nostrarum Prussie soluere teneantur In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum Datum in Arce nra Mariemburgensi feria secunda proxima ante festum Sancti Petri ad vincula Anno domini M° . D . XXVI°

Regni vero nri Anno vigesimo

Restitutio Ebreardi Ferber ad pristinam Dignitatem et Locum Proconsularem et immunitas a ciuilibus officijs gerendis

Sigismundus I. Rex Pol.

Significamus pntibus quibus expedit vniuersis Quod cum cum transacto anno Nobilem Syncere nobis dilectum Ebrehardum Ferber Capitaneum nrm Dirsouien cum suis litis consortibus è Ciuitate et Mgratu Gedanen populari tumultu iniuste eiectum per sentenciam nram diffinitiuam restituissemus, ac realiter restitui mandassemus. Ciuitasq ipsa sediciorum incendio estuans nris mandatis non paruisset, Nos vbi ipsius motus intestinos nra presentia discussissemus, Statumq eius rem domino fortunante, tranquillum reddidissemus, Sentenciam nram predictam ipsi exequentes prefatum Ebrehardum cum suis litis consortibus Ciuitati loco Proconsulari, Mgratu, ac dignitati pristinis in celebri Senatus nri regii Procerum et Aulicorum nrorum aliorumq hominum frequencia solenniter ac realiter restituimus suisq locis corporaliter residere fecimus, Ex quo idem Ebrehardus Proconsul deinde surgens aiebat se magna etatis sue portionem publicarum functionum munere oneratum exegisse, et rerum communium Ciuitatis administratione innumeros labores ac molestias pertulisse, quas ingrauescente iam senio sine suo magno incommodo prestare à modo non posset proinde Mgratu se abdicare cupiens humiliter nobis supplicauit vt eum vna cum Jacobo Rese genero suo Consule, ab huiusmodi rerum publicarum functionibus et administrationis onere exautorare et absoluere dignaremur. Nos huiusmodi peticionis equitate moti, eundem Ebrehardum Ferber Proconsulem et Jacobum Rese Consulem à predictis rerum publicarum mune:

ribus exonerandum et absoluendum duximus, et autorita-
te mā regiā honore et fama vtriusq; liberorumq; ac poste-
rum suorum illesa ac inuiolata permanente, veteranorum mi-
litum more presentibus exoneramus et absoluimus exonera-
mus et liberos dimittimus. Cæterum volentes eundem Ebre-
hardum ob integram in nos et inclytum regnum nrm fidem
et deuotioms studium vberiore regiæ benignitatis clemenciā
decorare ac virtutum suarum et in rempublicā merita su-
blimius prouehi, ipsum in nrm terrarum Prussiæ Consiliarium
sublimauimus ac presentibus sublimamus ac prouehimus
Ad quod cum recipi admitti et communibus consiliis tam pu-
blice q; priuate interesse. Necnon pro Consiliario meo ab om-
nibus haberi ac censeri volumus, in quarum &c Dat
in Ciuitate nrā Gedanensi die Lunæ Amo 1526,

Decretum pro Ebreardo Ferber et ipsius Litis consortibus.

Sigismds 1. Rex Polonie

Significamus quibus expedit vniuersis Quod anno
Millesimo Quingentesimo vigesimo quinto die vigesima
quarta Mensis Aprilis inter Nobilem Ebrehardum Fer-
ber Capitaneum nrm Dirschouien Jacobum Rese et Hille-
brandum Ferber eius litis consortes ex vna et Ciuitatem
nram Gdanen ex altera parte sententiam nram diffinitiua
Cracouie tulissemus eandemq; Ciuitatem in duodecim flore-
norum Hungaricalium millibus in auro predicto Ebreha-
do cum litis consortibus condemnassemus expensarum litis
taxacionem nobis reseruantes, ipsaq; Ciuitas variis sedi-
cionum fluctibus agitata Et proinde innumeris necessi-
tatibus pressa prefatē nrē sententiē sine magno sui detri-
mento ac discrimine parere et satisfacere non potuisset

Nos cum illius motus comprimere ac Statum eius in bonum ordinem reponere suscepissemus, inter alia eciam animum adiecimus, quo predictam causam que ad communionem tranquilitatem promouendam non parum momenti habere videbatur rationibus oportunis ipsam Ciuitatem non minimum grauantibus nec predictum Ebrehardum intolerabiliter damnificantibus componeremus, et iam tandem fine legittimo absolueremus, maturo itaque Senatus nostri regii consilio et deliberatione prenominatam sentenciam moderantes eodem Ebrehardo nobis officio se obsecundante, Statuimus et decernimus ac presentibus decernimus et declaramus Quod Proconsules, Consules, Scabini, et tota Communitas Gdanen tocius Ciuitatis nomine, Ebrehardo Ferber ipsius litis consortibus heredibus et Successoribus loco duodecim millium florenorum Vngaricalium in auro in quibus condenata fuit et expensarum litis ac debitorum omniumque aliorum occasione prefate sentencie nostre debitorum duodecim millia Marcarum pro tempore currentis monete Prutenicalis in sex annis sese continuo sequentibus sine omni excepcione et renitencia soluere debeant. ita vt diem diue Marie Magdalene ab anno Millesimo Quingentesimo vigesimo septimo inchoando et deinceps duo marcarum Prutenicalium milia anno pendant donec integra duodecim millium marcarum summa totaliter fuerit persoluta, Quod vt eo facilius facere possent terciam partem Decennalis Contributionis nobis prestande precipue in eum vsum eidem Ciuitati benignitate regia condonauimus, Coeterum si prenominati Proconsules, Consules, Scabini Communitas aut Ciuitas nostra Gedanen hoc nostrum moderacionis decretum ingrata violauerit pecuniamque suprascriptam in promisso termino quottanno adnumerare recusauerit distuleritur eundem Ebrehardum heredesque et successores ipsius in corporalem et realem possessionem villarum ac omnium bonorum terrestrium

prefate Ciuitatis nre Gedanen in locis edicioribus sitorum
vernacula ligna die hoge nuncupatorum induci et poni vo:
lumus ita vt pacifice illis vti et frui possit donec ei de pre:
teritorum terminorum rata cum effectu fuerit satisfactum
Et proinde vt hec omnia legittimam executionem consequa:
tur, vobis chagr Georgio de Bayzen Mariemburgen
et Georgio de Conopath Pomeranie Palatinis vrisq
in Palatinatibus huiusmodi successoribus sub gra nra
mandamus et omnino ita habere volumus vt quampri:
mum vobis constiterit, Proconsules, Consules, Scabinos,
et Communitatem seu Ciuitatem Gedanen huic nre co:
stitucioni ac decreto contrauenisse nullo alio mandato a
nobis expectato prefatum Ebrehardum ipsius heredes et
successores in Cuiuscemodi bonorum possessione auctorita:
te nra regia corporaliter debiti sine cuiusuis impedime:
to curetis Si vero ambo adesse non possitis alter vestrum
exequatur postremo vt idem Ebrehardus ex predicta
Ciuitate nra Gedanen mutuam senciat beneuolencie
et amorem sui in patria vicissitudinem personam ac domum
suam in qua seda residere consueuit et nu residet ab om:
nibus pensionis et daciarum oneribus seruitute Ciuili ac
singulis aliis grauaminibus donec ipse vixerit liberos
et immunes esse decernimus. In quorum etc Dat in Ci:
uitate nra Gedanen feria quarta proxima ante
festum Sancte Marie Magdalene Anno. M°. D°. XXVI°
Regni vero nri Anno. XX°.

Priuilegium super bona Stengenberg Ebreardi Ferber

IN Nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam
Cum omnium rerum que sempiterne sunt future nulla
alia maior firmitudo excogitari potest q̄ ea que literarum
monumentis fuerit memorie commodata proinde nos
Sigismundus ꝛc Necnon terrarum ꝛc dominus et heres
Significamus tenore presentium vniuersis et singulis
presentibus et futuri. Quia cum Generosus Ebre:
hardus Ferber Capitaneus nr̄ Dirschouien̄ coram no:
bis exposuisset quod litere et monimenta sua super eius
bona hereditaria Stangenbergk predecessoribus ipsius
per nr̄os prodecessores concessa tempore bellorum in his
terris nr̄is Prussie gestorum aut aliquo alio sinistro
euentu essent deperdita supplicassetq; vt in vim et loco
ipsorum munimentorum deperditorum nouas lr̄as seu no:
uum Priuilegium nr̄m super ea ipsa bona hereditaria
Stangenbergk illi dare et concedere dignaremur. Nos
eiusdem generosi Ebrehardi Ferber supplicationi iuste
annuentes ac certo edocti nonnullos terrarum nr̄arum Prus:
sie prenominata bona Stangenbergk esse propria et he:
reditaria prefati Ebrehardi Ferber ipsumq; et predeces:
sores eius in continua quieta et pacifica possessione eorū:
dem bonorum Stangenbergk hactenus semper extitisse
presentes lr̄as super eadem bona prefati Ebrehardi Fer:
ber loco priorum literarum amissarum dandas concedēdas
duximus damusq; et concedimus harum serie literarum
per ipsum Ebrehardum Ferber eiusq; vero heredes et le:
gittimos successores ea ipsa bona Stangenbergk cum omni

iure dominio et proprietate ita late longe et circumferen:
cialiter prout in suis finibus et terminis ab antiquo con:
sistunt Cum omnibus et singulis eorum iuribus, censibus
fructibus redditibus prouentibus agris cultis, et colē:
dis, Colonis hortulanis locatis et locandis, Campis, Pratis
Pasonis, Curiis, Prediis, Areis, hortis Syluis nemoribus
mericio, Pinetis, Rubetis, Mellificis, et melle ex vis pro:
ueniente, Aquis, Riuis, Paludibus, fluuiis, Piscinis, pis:
caturis, Stagnis lacubus, Molendinis, constructis et
construendis, et eorum emolumentis aliisq; pertinenciis
et vtilitatibus ad predicta bona ex antiquo pertinenti:
bus que nunc sunt et in posterū humana industria quo:
modolibet excogitare possunt generaliter vniuersis itaq;
generalitas specialitati ne specialitas generalitati non
deroget iure hereditario, et perpetuo, tenendum, habē:
dum vtifruen' quieteq; et pacifice possidendum ac donād
et in suos vsus suorumq; successorum beneplacitos conuer:
tendi prout ipsi generoso Ebrehardo Ferber predicto et
eius legittimis successoribus melius et vtilius videbitur
expedire Ita tamen vt seruicium bellicū quod alii bona
hereditaria possidentes obire solent quod ipse Ebrehar:
dus Ferber prefatus et sui predecessores obeant prestare
de predictis bonis teneatur secundum consuetudinem
terrarū nr̄arū Prussie et sui successores eorundem
bonorū possessores pro tempore existentes teneant. In
cuius rei testimonium Sigillum nr̄m est presentibus ap:
pensum Dat' in Arce nr̄a Marienburgen' feria
sexta proxima post festum sancti Jacobi Apostoli Anno
domini. M°. D°. XXXvi° regni nr̄i anno XX°

Prerogatiua Philipi Bisßoff: non eundi ad pretorium.

Significamus etc. Quia nos habentes rationem virtutis fidei ac eximiorum meritorum. Famati Philippi Bisschoff Proconsulis et Burgrabii Ciuitatis nre Gedanen erga nos et rempublicam eiusdem Ciuitatis, considerantes qz illum esse hominem valetudinarium et grandeue ac prouecte etatis, omnibus incommodis obnoxia est si quiete careat eundem Philippum Bisßoff, ipsis eius meritis exigentibus hac prerogatiua donandum et dignandum duximus et harum serie literarum donamus et dignamur, q non teneatur ire ad Pretorium curanda et obeunda negocia Ciuitatis, nisi quando ei per valetudinem licebit et id citra incommodum illius facere poterit. Quod ad vniuersorum et singulorum quorum interest noticiam deducimus et deduci volumus per presentes mandan vobis famatis Proconsulibus et Consulibus, Scultetis, Scabinis, totiqz communitati ipius Ciuitatis nre Gedanen vt eundem Philippum Bißoff in hac prorogatiua et libertate illi per nos graciose concessa conseruetis et ab aliis quorum interest conseruari faciatis. Dat Gdani M° D° XXVI°

Immunitas Magistri Jacobi Furstenberger Secretarii Ciuitatis Gdanensis a contributionibus.

Sigismundus primus Rex Polo'

Significamus tenore presentium vniuersis. Quia nos commendatam habentes virtutem et in rebus agendis fidē et dexteritatem Egregii Mgri Jacobi Forstenberger Secretarii Ciuitatis nre Gdanen' simulac in prospectu habentes plurima seruicia ipsius que per multos amos eidem Ciuitati nre Gdanen' et eius Reipublice non minus sedulo q' fideliter impendit et in hodiernum studio indefesso impendere non pretermittit volentesq; eundem Jacobum Forstenberger ad futura mea' et Reipublice' predicte' Ciuitatis nre Gdanen' seruicia alacriorem et obligatiorem reddere ac illum in Statu condicione et re familiari sua grā' mea' commode releuare ipsum ab omnibus et singulis Contribucionibus et exactionibus in terris nris Prussie' presertim vero in ipsa Ciuitate Gdanen' pro nra' et Reipublice earundem terrarum Prussie' et ipsius Ciuitatis Gdanen' quacumq; necessitate instituendis et instituendis immunem liberum fecimus ac presentibus lris nris facimus et absoluimus necnon etiam domum eiusdem Jacobi in Gdano sitam ab omnibus Consulibus et aliis oneribus nris et Ciuilibus quocūq; nomine nuncupatis eximimus et absoluimus presentibus lris nris ad tempora vite' sue' extrema. damusq; preterea et concedimus illi ex speciali gratia nra' regia liberam facultatem et potestatem pannos quoscūq; Ceram olea queq; ac reliqua omnis generis res et merces vendibiles quibuscūq; censeantur nominibus in domo sua quacūq; illum pro tempore illic gerendam in habiture contigerit ad mensuram pondus et alio

modo pro arbitrio et bene placito suo vendendi absq; solu:
cione alicuius census vel pensionis cuiuscuq; persone vel
personis et eciam sine quouis alio gravamine reali vel per:
sonali et quarumuis personarum cuiuscuq; dignitatis pre:
eminencie Status ordinis vel Condicionis existant im:
pedimento et arresto non obstantibus quibuscuq; Constitu:
cionibus et plebiscitis ipsius Ciuitatis nre Gedanen

Restitutio Adriani Flint et Laurentii Moler civium Gdanen in prussiam proscriptorum

Sigismundus .I. Rex Polonie

Manifestum facimus vniuersis Quia tametsi Adri:
anum Flinth et Laurencium Moler quondam Ciues nros
Gedanen ex eadem Ciuitate nra Gedanen, ac terris
nris Prussie proscripserimus, easq; illis perpetue velue:
rimus, annuentes tamen Supplicationibus Consiliario:
rum morum earundem terrarum pro eis factis non igna:
risq; nec immemores rerum humanarum que sub hac pre:
sertim temporum malicia in que presens elas incidit va:
riis casibus sint obnoxie, et in vicia proclines ac pro:
pense ipsos Adriamm Flinth, et Laurencium Moler
eisdem terris nris Prussie restituimus, ac in gracia
nram recepimus, permisimusq; et permittimus illis harum
serie literarum vt in Ciuitate nra Elbingen domicilia
collocari, victumq; sibi mercatu et alio quouismodo li:
cito et honesto terra et mari quererre possint in omnibus
terris et locis regni Magni Ducatus Lithuanie et alio:
rum dominiorum nrorum exceptis Ciuitate nra Gedanen

quam volumus vt deinceps non attingant, nec se illius nego:
ciis immiscere aut commercia vel Sodalitates aliquas
cum Incolis illius habere audeant, ea tamen lege et cō:
ditione ipsos Adrianum et Laurencium hac gracia nrā
dignati sumus et dignamur vt in primis prestent de se
cautionem fidemissoriā sufficientem, q̄ constituciones
nrās obseruabunt easq̄ in omnibus exequentur seq̄ vt
fidos tranquillos et obsequentes subditos decet conserua:
bunt Quod cum fecerint volumus illos censeri et ha:
beri pro Ciuibus et subditis nrīs iuribusq̄ et liberta:
tibus Ciuitatis omnibus gaudere perinde ac alios Ciues
nrōs Elbingen harumquibus Sigillum nrm̄ est impressū
testimonio literarū Dat

Holtzhutter Ciuitate Elbingen donatus.

Sigismundus .I. Rex Polonie

Significamus tenore presentium Quibus expedit vniuer:
sis. Quia nos ad preces Consiliariorū nostrorum ter:
rarum Prussie pro famato Georgio Holtzhutter quon:
dam Ciue nrō Gedanen nobis factas ipsum Ciuitate
nrā Elbingen condonandum duximus ac harum serie
literarum condonamus sic q̄ in eadem Ciuitate Elbingen
domicilium collocare victumq̄ Mercatu vel alio quouis mō
licito et honesto terra et Mari sibi querere possit et pro
Ciue nrō Elbingen censeatur iuribusq̄ et libertatibus
Ciuitatis in omnibus gaudeat et potiatur, Facimus prete:
rea illi plenam et liberam potestatem, Ciuitatem nrām Ge:
danen, quando et quoties illi collibuerit resq̄ et negocia
ipsius exposcent ingrediendi et in illa pausandi morandi

subsistendi ac negocia quevis licita disponendi, et rursum inde discedendi ea tamen lege et conditione, vt prius de se prestet Cautionem fideiussoriam sufficientem q̄ parebit constitucionibus nr̄is. easq̄ in omnibus conseruabit seq̄ pacifice et honeste vt fidum subditum decet gerat Quod vobis Proconsulibus Consulibus ac aliis Ciuibus nr̄is Gedanen̄ notum facimus et declaramus mandan̄, vt eū: dem Georgium pro Ciue nr̄o Elbingen̄ haben̄, illum tā istic in Ciuitate Gedanen̄ q̄ alias vbiq̄ libere versari et Mercaturas ac alia negocia more aliorum Regnico: larum nostrorū exercere permittatis pro grā nr̄a, harū Quibus Sigillum nr̄m est impressum Dat̄ Cracouie Sabato in vigilia Natiuitatis Sancte Marie Anno domini . M . D. XXVII°. Regni nr̄i Anno XXI°

Facultas data aurifabro arte exercendi non obstante: q̄ lr̄as eruditionis sue non ostenderit.

Sigismundus I. Rex Polonie

Significamus tenore presentium vniuersis. Quia nos commendatam habentes virtutem et industriam ac in arte aurificia peritiam, prouidi Andree Fißer de Ge: dano, admisimus illi et concessimus ad preces nonnullorū Consiliariorū nr̄orum, admittimusq̄ et concedimus per presentes vt hic in ipsa Ciuitate nr̄a Gedanen̄ et alias vbilibet locorum in regno terrisq̄ nr̄is Prussie artifici: um suum exercere et laborare familiamq̄ et socios eiusdē artis sue tenere, resq̄ per illum, seu in eius officina fa: brefactas, venditioni exponere, aliaq̄ agere, hanc suam ipsius artem ac eius exercicium et vsum concernentia pos:

sit que alii Aurifabri Gedanen' et aliarum Ciuitatum
nre Ditioni subiectarum faciunt et exercent, absq; cu:
iusuis molestacion', contradictione et impedimento eo
non obstante, quod literas sue eruditionis et conserua:
tionis ex illa Ciuitate in qua artem didicit, non demo:
strauerit quas intra duorum annorum spacium expedi:
re, ac Magistris Contubernii Aurifabrorum Gedane:
sium ostendere tenebitur. Quocirca, vobis famatis
Proconsulibus et Consulibus ac Mgris dicti Contuber:
nij Aurifabrorum Ciuitatis nre Gedanen', ac aliis,
ad quos presentes lre nre peruenerint subditis nris
mandamus quatinus ipsum Erasmum Aurifabrum
et eius familiam ac socios, omnem laborem, ad ipsius
artem quomodolibet pertinentem, libere in sua officina
exercere permittatis, nullumq; impedimentum aut mole:
stationem sibi aut sociis dicti sui artificii per eum sus:
ceptis apud eum laborantibus, propterea inferatis eu:
demq; Andream Fischer et eius familiam in omnibus
et per omnia in exercicio sue artis more aliorum
Magistrorum eiusdem artis conseruetis et quantum
in vobis est ab aliis permitti et conseruari faciatis va:
saq; et alias res per eum elaboratas vendi permittatis
et ne exponantur aut vendantur vel emantur inhi:
bere quouis modo presumatis Mandamus item vobis
Aurifabris Gedanen' vt prefato Andree Fißer au:
rum argentum et instrumenta sua illi per vos recepta
restituatis vel si distracta sunt eorum iustum valore
illi exoluatis pro gratia nra non aliter facturi
Dat' in Ciuitate nra Gedanen' feria secunda proxima
post festum Diuisionis beatorum Apostolorum Anno
domini. M°. D. XXVI°. regni nri Anno. XX°.

Immunitas ab officiis Ciuilibus Bertoldi Brantt Scabini

Sigismundus I. Rex Polo

Significamus tenore presentium Vniuersis et Singulis ha:
rum noticiam habituris. Quia nos comperiam habentes fidem erga nos et rempublicam Ciuitatis nre Gedanen' famati Bertholdi Branth Senioris Scabinorum eiusdem Ciuitatis nre Gedanen' ac perpendentes multos ac continuos labores eius, quos in hoc officio Scabinali quod nunc gerit per multos annos sustinuit, graciaq; nra regia in hisdem laboribus quo ab illis quiescere aliquantulum et rei sue familiari melius intendere possit releuare cupientes, dedimus et concessimus, damusq; et conce:
dimus harum serie literarum eidem Bertholdo Branth eam facultatem et prerogatiuam, vt officio suo Scabinali prędicto, quandocunq; voluerit renunciare possit quo renunciatio nihil prorsus debeat officere aut derogare bone fame, honori, et existimationi ipsius, liberorumq; et familię ipsius. Cui etiam hanc immunitatem et exemptionem concessimus et concedimus quod debeat esse liber hinc ad Sex annorum decursum et ab hoc ipso Scabinali et aliis quibuscunq; Ciuilibus officiis, ad eaq; suscipienda ac obeunda eligi vel astringi non possit. Quod ad vniuersorum et Singulorum quorum interest noticiam deduximus et deduci volumus publicis, mandantes vobis famatis Proconsulibus et Consulibus, Scultheto, Scabinis moderns et protempore existentibus, totiq; communitati ipsius Ciuitatis nre Gedanen', ita omnino habere vo:

lentes vt ipsum Bertoldum Branth Scabinum, eius officium Scabinale quando voluerit dimittere seu illi renuncti: are permittatis ad idq; et alia officia Ciuilia per tempus superius expressum eum non eligatis, neq; ad illa obe: unda aut suscipienda, quouis modo vel pretextu astri: gere presumatis, sed conseruetis illum in ea ipsa exem: ptione et immunitate per nos illi graciose concessa et ab aliis quantum vrā interest conseruari faciatis pro grā nrā Harum quibus Sigillum nrm̄ est impressum Dat̄ in Ciuitate nrā Gedanen̄ feria sexta proxima ante festum Sancte Marie Magdalene Anno dōi. M°. D°. XXVI° Regni nri Anno vigesimo

Immunitas Philipi Holkner a Contributionibus

Significamus tenore presentium vniuersis. Quia cō: pertam habentes fidem obseruanciā et merita erga nos et rempublicam Ciuitatis nre Gedanen̄ Egregii Phi: lippi Holkener legum licencionatum, ac considerantes illum nullas possessiones et hereditates habere solo suo emerito peculio sustentacionem et victum sibi querere, vo: lentesq; illum ad nrā et reipublice regni et terrarum nostrarum Prussie reddere propensiorem eximendum et liberandum illum duximus de singulari grā et au: toritate nrā regia harum serie literarum eximimus et liberum facimus ad eius vitam ab omnibus et singu: lis exactionibus Contributionibus nris et Ciuilibus ac etiam oneribus personalibus quocumq; nomine nūcu:

patis in Ciuitate Gedanen' ac alias vbilibet in terris
nr̄is Prussie institutis et instituendis necnon ab omni:
bus seruiciis et oneribus secularibus et personalibus qui:
buscumq; ac immunem liberum et exemptum esse de:
claramus ita vt ad ea ipsa onera et seruicia persona:
lia Exactiones et Contributiones predictas prestā:
das cogi quamdiu vixerit nullo tempore debeat nec
possit. Quod ad vniuersorum et singulorum quorum
interest noticiam deducimus et deduci volumus pn̄tibus
mandantes vniuersis et singulis Dignitariis et officiali:
bus Palatinis, Capitaneis Thesaurariis Exactoribus
ac Ciuitatum et oppidorum presertim vero Ciuitatis
nr̄e Gedanen' Burgrabiis Proconsulibus et Consuli:
bus ac aliis eius officialibus modernis et pro tempore
existentibus vt prenominatum Philippum Holkener li:
cenciatum in hac libertate exemptione et immunitate
per nos illi graciose concessa omnino conseruetis et cō:
seruari faciatis, ad nullaq; seruicia et onera personalia
obeunda nec ad onera Ciuilia Contributiones et Exa:
ctiones publicas vel Ciuiles, seu alias quascumq; pen:
dendas eum compellatis, nec compelle et astringi quo:
uis modo pretextu, vel colore vel in vrgentissima rei:
publice et Ciuili necessitate permittatis pro gratia
nr̄a non aliter facturi Dat' in Ciuitate nr̄a Ge:
danen' feria sexta proxima ante festum Sancte Ma:
rie Magdalene Anno domini M°. D°. XXVI°.
Regni vero nostri Anno XX°.

Prerogatiua Joannis Fisszer prefecti Quardie Gdanensis

Significamus tenore presentium Quibus expedit vniuersis Quia perspectam et commendatam habentes fidelitatem et in rebus agendis diligentiam famati Joannis Fischer prefecti famulorum Ciuitatis mre Gedanen' quam cum antea tum vero sub presentia hic nra in multis negociis illi per nos commissis exhibuit. volentes eund Joannem Fischer et eius successores ad nra et ipsius Ciuitatis mre Gedanen' futura seruicia propensiores et obligatiores reddere illi ex speciali gra et auctoritate nra regia hanc facultatem et prerogatiuam concessimus et presentibus literis nris concedimus. Q ipse et Con: iunx ipsius ad eorum vitam, liberi vero ipsorum vtriusq sexus, ad eorum amos discretionis diuersa Carnium seu lanienas quas in ipsa Ciuitate nra Gedanen' obtinent possint cuicunq velint, ex Contubernio lanionum eiusdem Ciuitatis Gedanen' pro amo censu locare per ipsum Joannem Fischer, ac Coniugem et liberos eius percipiendum, ad eorumq necessitatem et vsum conuertendum sine quouis impedimento et contradictione laniorum et officialium quorumcunq Ciuitatis mre Gedanen' ita quod ad tempora superius prefinita nemo illorum ad exercicium opificii lanionii in dictis diuersis cogi debeat nec possit non obstante contraria ordinatione Statuto vel plebiscito ipsius Ciuitatis mre Geda:

nen̄ vel Laniorum eius quibus omnibus quo ad perso:
nam dicti Joannis Fischer vxorisq; et liberorum ipsius
derogamus et derogatum iri volumus Mandantes dis:
tricte vobis Famatis Proconsulibus et Consulibus ac
Laniis eiusdem Ciuitatis nr̄e Gedanen̄ vt prefatum
Joannem Fischer et vxorem eius q̄ diu aura vitali
fruentur, eorum vero liberos ad annos discretionis
vti premissum est in hac prerogatiua et facultate locan:
di aliis Laniis Macella ipsorum, et ex illis censum libe:
re percipiendi conseruetis, et ne conducantur eadem Ma:
cella inhibere quouis modo presumatis pro gratia nr̄a,
non aliter facturi Harum &c Dat̄ in Ciuitate nr̄a
Gedanen̄ die Sancte Marie Magdalene Anno dōi
. M° . D° XXVI° Regni nri anno XX°

Sigismundus I. Rex Polonie
Valtero de Platenberg Magistro
Cruciferorum in ~~Pr~~ Liuonia

Mag^ce domine &c Intelleximus excitatos esse motus
quosdam perniciosos isthic in terra Liuoniensi et R̄mum
dominum Archiepiscopum Rigen̄, vna cum clero
suo in magnas angustias esse redactum, quod et fidē
Sanctam Catholicam et Jura ac immunitates Ecclesia:
rum pro virili sua tueatur, Nos vehementer mirantes
eam vesaniam vsq; huc processisse vt pluris fiant insano:
rum Apostatarum dogmata q̄ norma vniuersalis Ec:
clesie tot seculis obseruata, Non possumus non dolentis:
simo animo eiusmodi turbas audire et presertim vicino:
rum a quibus facilius incendium quodq; manare solet
ad contiguos, et quod aduersus Ecclesiam struitur au:

auctem idem et m Seculares redm dare consuenit et Pro:
m de rogamus et hortamur tua Magnificencia agere
velit, ne qmd precipitanter fiat, aduersus ipsum do:
minum Archiepm donec Oratores mi isthuc ad illa
veniant, Nam nos et pro officio Christiani regis, et quia
communis res agitur, illi deesse nequaq poterimus
Bene valeat tua Magnificentia

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Archiepm Rigensem: m secreto consilio Dicto

Post dictam Salutem et fauorem regium, et oblatas Ras
dicendum Sacram Mtem regiam cum intellexisset ex fa:
ma primum, deinde ex Nunciis ptis sue afflictionis
et aduersitates eius, et Ordinis ipsius Ecclesiastici có:
doluisse plurimum et mnc si quid tale adhuc durat, có:
dolere ex animo Prti sue, quam audit Catholice religi:
onis esse, obseruantissimam, non solum autem propterea
q Mtas sua peculiari quodam studio consuenit blasphe:
mos numinis Diuini et Sacre religionis fmebatores omni:
bus viribus comprimere, sed etiam quia eius Rma Pas
cum suis Ecclesiasticis Rigen et Tharbaten protectione
Mtis sue gaudet: Et proinde velle Mtem suam pro conser:
uanda religionis integritate, dictarum Ecclesiarum iu:
ribus simul et dignitate ipsius Prtis sue omni gratia et
clemencia regia eius Prtem prosequi, ac omni diligencia
consulere, ne quid detrimenti aut indignitatis Rma
Prtas sua in hac causa accipiat Dignatamq esse Sacra
Mtem suam primum literas suas ad Magnum Liuonie Ma:
gistrum et illarum terrarum Status ea de causa dare, et
mnc etiam Nuncios suos speciales mittere Qui omnia

pro honore et commodo R̄me Prt̄is sue agerent, dummodo vicissim Prtas sua R̄ma in hiis rebus si quibus subditi se gravatos merito conqueruntur, iusto moderamine vtatur ne Mtas sua rem videatur postulare indecentem ad quod eius R̄mam Prtem Mtem suam commonere & hortari.

Pars Legationis ad Valterum Magistrum Liuonie.

Existimare Sacram Mtem Regiam, omnibus nacionibus presertim vero Statibus Liuonie perspectum esse, quanto studio, quantisq; sumptibus et labore, Chriane religionis incolumitatem prosequatur, adeo, vt pro arcendis fidei Chriane infestatoribus ac pace Ecclie conseruanda nunq gladium suum condat sed pro illa semper sollicitissime inuigilet, Et proinde cum intellexisset ea labe lutherane hereseos que magnam Germanie parte fedauit, ac sanguine et cedibus repleuit, in Liuonie etiam regiones penetrasse, et vires alcius indies agere, doluisse Mtem suam vicinorum ac veterum amicorum condicionem, nec minus etiam incidisse Mti sue cogitacionem ferende opis et remedii querendi contra surgentem tantorum malorum perniciem, idq; non solum ob consuetam conseruande Chriane relligionis studium sed etiam quoniam hec pestis facile videtur ad Mtis sue subditos finitimos dimanare posse.

Quodquia Mtem suam conniuentibus oculis ferre indignum esset, ne alicuius mali occasio inde oriatur, hortari Mtem

suam, et pro debito Chriani Principis ipsos tanq̃ charos vi:
cinos admonere, vt vesaniam hanc seditionibus cẽptam, tumul:
tibus propagatam nichil nisi dissidia, et cẽdes horrendas
parientem, ex eorum Ciuitatibus et dominiis exterminent seq̃
Catholice Sancte Ecclesie et institutis Sanctorum patrum
conforment, ac pro restauranda Ecclesiastica disciplina et
vnitate seruanda quisq̃ suo officio quod ei incumbit, vta:
tur, ne Mtas sua si inde periculum aliquod terris et sub:
ditis suis accidat, alia remedia adire cogatur.

Et quia Sacra Mtas sua accepit Rmum dominum Joannẽ
Archiepm Rigen et Cpm Tharbatensem occasione istorum
motuum, molestaciones nonnullas tanto viro indignas pati,
existimare eius Mtem officii sui esse, vt quoniam Rigen
et Tharbaten Ecclie iam dudum protectione regum Po:
lonie ac lithuanie Ducum vtuntur, cause atq̃ differen:
ciis ipsius domini Archiepi non deesse, ne quid in eius
preiudicium aut iniuriam ageretur, ideoq̃ hos Nunctios
suos adhunc Conuentum Mtem suam misisse. qui actioni:
bus his contra Rmam Prtem suam instituendis interes:
sent, referrentq̃ Mti sue quid de ipsa causa et Rme
D. sue Statu decernetur.

Hortari autem Mtem suam Magcum dominum Magistrum
vt pro solita sua virtute et debito religionis, et in repri:
mendis publice tranquilitatis turbatoribus strenuitate
qua Mti sue et regno precipue factus est notus, eidem
domino Archiepo, defensionis et alia ad que obligatur
debita prestet, prouideatq̃ apud Status terrarum, ne
quid in prerogatiuis sue iniuriam committatur et vt ille in:
suis, et Ecclesiarum suarum iuribus conseruetur eiusq̃

subditos tam Nobiles q̄ Ciuitates, quibus modis poterit inducat atq; compellat vt ei tanq̄ domino suo fidelitatis legittima prestent obsequia, Cēteri etiam eius Iurisdicioni subiecti, honore et obediencia debita eum prosequātur quos singulos eciam Mtem̄ suam, ne quid in his rebus cessent pro regia benignitate hortari, Non enim posse Mtez suam illius Prtem̄ si qua in re grauata fuerit, deserere aut non tueri Quoniam vero Nobilitas illarum terrarum honestam semper apud Mtem̄ suam et per eius regnum strenuitatis et fidei laudem a maioribus eorū ductā, ac ab eis acriter defensam commeruerunt: admonendum esse hunc ordinem Mtem̄ suā putasse presertim feudales eiusdem Rmi domini Archiepi vt tū in seruando illi fidelitatis iure tum in compescendis eius et Ecclesiastice pacis perturbationibus, decorum hoc, et ipsorum conditioni dignum nomen non ammittant.

Commisisse etiam Mtem̄ suam Nunctiis vt si res exegerit operam dent quo differencie et dissidia omnia, inter ipsum Rmum dominum Archiepm̄ et eius aduersarios quoscunq; honestis mediis componātur et finem accipiāt, ac omnia tam in ea causa q̄ aliis publicis illarum terrarū negociis pro bona tranquilitate et pace in bonum ordinem restituantur.

Deinde fiat honesta exhibicio Mgcō dnō Mgrō et omnibus Statibus gratie et beniuolencie regie vti condicioni cuiusq; conuenit

Sigismundus primus Rex Polonie Valtero de plattenberg Magistro Liuonie.

Spectabilis. Et Mgce dne, amice nr dilecte. Salutem et plurimam felicitatem. Accepimus hijs diebus litteras a Mgcia vra, quibus repetit, et mi memoriam reduxit fuisse vtrinq; tempus constitutum, videlicet festum pnri: ficationis Sancte Marie, quo limites inter Magnum Ducatum nrm Lithuanie et ditionem Mgcie vre, atq; ox: dinis Liuoniam, reuideri, distingui, et stabiliri debebat quo felicet Incole vtrinq; in pace et mutua beneuolen: cia agere et viuere possent. Addit preterea non per eam neq; per commissarios ems, quos iam illuc profici: centes, ex itinere reuocauit stetisse, quominus negociu dictorum limitum transigeretur, Sed per Senatores Lithuanie, quos ad id munus obeundum delegaueramus qui ad predictum tempus mutuq; comparuerant preterea rogat vt subiectis meis Magni Ducatus Lithuanie pu: blice et priuatim imperaremus, vt a vi et iniurijs te: perent tantisper dum limites reuideantur et firmabu: tur, ad extremum cupit, vt ei per Nuncium eius, de toto eius negotio responderemus. Primum omnium itaq; faire velit Mgcia vra, nos simul et meos, quos ad eam rem designaueramus probe meminisse temporis ex vtriusq; nrm sententia constituti, limitum reuidendorum, et nihil eque concepisse q vt dissensionibus et controuersijs de: talibus limitibus, a tot annis emergentibus, debitus tandem finis imponeretur, Sed dum id per meos Consili: arios ad predictam diem, perficere conaremur, Interue: nit tam ingens tamq; intolerabile atq; inusitatum malu

Magno Ducatui nrō Lithuanie, vt postpositis aliis omnibus
rebus, eidem malo resistere inevitabilis necessitas nos coe:
git. Quod quidem malum, tametsi non dubitemus, tam
manifestum, tamq; famosum fuisse, vt eciam ad noticiam
Mgcie vre et fratrum ordinis eius peruenerit, Tamen
quo rem apertius cognoscat paucis attingemus. continui
predones dominiorum nrorum Tartari, preter omnem opini:
onem intempesta hyeme ex Stacionibus suis prosilientes,
magno numero, in eundem Ducatum nrm furtim irrupe:
rant et magna strage edita, magnaq; preda coacta,
tam celeriter rem confecerunt, vt parum abfuit, Quin
impune transirent, sed vltus est Deus perfidiam eorum
Quippe sub id tempus quo negotium limitum tractandum
erat, gentes nre Ducatus Lithuanie iussu nrō simul
et maioris momenti esse existimantes, hostes persequi et
vlcisci, q̄ limites distinguere, quod alio tempore fieri pt
singulari grā et benignitate Omnipotentis Dei, se ad hos:
tem insequendum proruerunt, et ad secutum fuderunt ce:
ciderunt et profligauerunt, multis captis, pluribus inter:
fectis predaq; omni recuperata Quamquidem rem, no:
bis tam commode cessisse credimus q̄ Magcia vra pro ve:
teri eius in nos beneuolencia, nobis fauebit, tum etiam
secum expendet, q̄ non negligentia aliqua sed iustissimis
causis, hoc negotium reuidendorum limitum ad tempus
à nobis constitutum, non est effectum consecutum, Nēpe
inter ceterorum multitudinem negotiorum, quibus nunc
obruimur, et modo id agimus, vt tandem talibus limi:
tibus reuidendis et firmandis finis imponatur: Consti:
tuimusq; Oratorem nostrum istuc ad Magnificentiam
vram ex Magno Ducatu nrō Lithuanie breui mittere
qui de commodo tempore ei rei, cum ea tractet, et con:
cludat. Postulamus itaq; à vra Mgcia sufferat parū:
per simul et contineat suos avi quandoquidem, et nos
nrōs continebimus, et limites inter suum et nostrum Dominium

sibi sola cum suis subditis non constituat nec designet,
Nam quod querelas suorum in interiori Scedula descriptas
nobis significauit. Sciat non paucioribus querelis nrorum
etiam aures nras obtundi continue. Queruntur enim
nri se ex terris suis per officiales et subditos vre Mgtis
extrudi, homines illorum abduci, cedes, et iniurias mul:
tas committi, ditionem nram indies magis occupari. No
dubitamus quin in toto isto negotio, ita se geret Magcia
vra quemadmodum de eius virtute et prudentia, ia
pridem persuasum habemus, quam foeliciter valere cupi:
mus Dat

Sigismundus. I. Rex Poloniae Correctoribus Statutorum regni.

Magnifici Venerabiles et Generosi Sincere deuote et
fideles dilecti. Iam vobis scripsimus q gratum sit nobis
q istuc conueneritis, et Prouinciam vobis iniunctam obi:
re ceperitis. Scripsimus item vobis sentenciam et volu:
tatem nram, vt annotantes, que loca Statutorum refor:
matione indigent, annotare simul curetis et sentenciam
vram in quem modum censebitis reformanda, ne in Conue:
tu generali, alium quasi de integro laborem sumere coga:
mur. Quod ad expensas vras attinet, quia nondum quic:
q est ad Thesaurum regni ex Contributionibus publicis
allatum, mittimus vobis quittaciones ad exactores cuili:
bet vestrum ad terram suam vt illi vobis sumptum submi:
nistrent, pergatis itaq auspice deo exequi rem ceptam iu:
xta sentenciam et instructionem nram, Nos confectis hic
tandem gracia dei, rebus omnibus ex commodo et dignitate

nrá pergemus ad reliqua, que nobis terens et alibi adhuc
restant, et quamuis vltra sententiam meam et aliorum hic
minorati sumus, mora hec tamen necessaria fuit ad res
omnes firmius stabiliendas, ni quibus plus nobis presti-
tisse videmur non adeo viribus meis q̄ singulari gratia
dei et fide obsequioq̄ plurium Ciuium, q̄ vel à maioribq
meis longis illis bellis prestitum erat, Nam primum
religionem qua luxata nutare solent omnia, penitus
collapsam restituimus Ciuitatem quā perfidia Nefariorū
hominum iam pene amiseramus recuperauimus commodq
nobis et regno meo duplo plus auximus auctoritatem
meam multis in rebus magis firmauimus, noxios hoies
maiori ex parte è medio sustulimus, fauorem bonorum
et plurium Ciuium quod vnicum hic fuit maioribus
meis presidium et fore alind non potest ni posterum firmiq̄
conseruauimus, atq̄ hec omnia ita moderati sumus vt
q̄ maxime ex vsu essent et durarent, Moderata enim
durant Pro his quam graciam habeamus apud meos
nos et hi qui nos nouerunt, honoremq̄ nostrum custo-
dierunt nescimus, certe apud exteros etiam longinquissi-
mis laudem immensam et nomine Illustre genti nostre
sumus consecuti

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Andree de Tanczin Palatino Russie. Crac.
Chelmen. Belsen. Ratnen. Crassnostauensi
Capitaneo.

Magce domine fr et amice charme ac honoran. Comme:
dat Mtas regia curam et laborem vre M: quem in ex:
cuciendis et corrigendis iuribus regni, vna cum aliis
istic facit, vellet tamen Mtas sua, vt annotari facere
vra M: circa quodlibet Statutum suam et aliorum se:
tenciam, quomodo vnum quodq ipsorum Statutorum
emendari interpretariq debeat. Quod autem vra
Mgcia sollicita sit de negotio hoc Gdanen, facit pro
prudentia et virtute sua. Nos etiam hic nichil aliud
hoc tempore sollicitos habuit, curauit vnus quisq nrm
quam maxime commodum regium et reipublice augere
sed diuersis aliquantum sentenciis, quibus, et racio~~[illegible]~~cinaria
Ciuitatis, et sentencia postremo regia finem imposuit. Sic
enim Mtas sua inter perplexas et dubias nras sente:
cias tandem pronunctiauit. Non venisse se huc causa
vtilitatis sue, sed causa relligionis, et Ciuitatis, iam
pene ammisse in pristinum Statum restituende, id fieri
non posse, nisi mali puniantur, et boni confirmentur.
hoc esse potissimum Imperij presidium. hoc modo acqui:
situm esse a maioribus suis hanc Ciuitatem, hoc modo
hactenus in variis euentibus retentam esse. neq etiam
in posterum aliter retineri posse. Que improbi
pollicerentur non certum esse, neq diuturnum, ita etiam
et presidia violenta. Et proinde, se noxios, alios pu:
nire, alios proscribere, bonos autem immunes conser:

uare decreuiße. Securitatem à dominis prestitam, omnes Ciues à principio abnegasse, omnes petiuisse, vt mali punirentur, et boni fouerentur. Preterea multa esse per sediciosos aduersus conditionem securitatis commissa. Et proinde nihil honori dominorum officere, vbi promissum eorum si quod erat non seruetur, à quo in commune omnes Ciues disceßissent, et cuius conditionem sediciosi posthac multis modis infregissent. De vtilitate sua, postq̃ omnia in manu haberet, id se facturam esse quod honestius, vtilius, et firmius videbitur, Post hanc Mtis Regie conclusionem, puniti sunt aliqui, aliqui etiam relegati, Contributio ad Decennium à Mte regia suscepta, et ex prouentibus Ciuitatis duo millia florenorum perpetui census electi. Sic magis ex re Mti sue Regie est visum. Scribit vrã Mgcia nunq̃ fuisse maiorem occasionem commodi reipublice ex hac Ciuitate faciendi quàm nunc. Sed si audiret confessiones eorum ex quibus nobis magnas vtilitates pollicebamur, si item audiret que testimonia ab exteris magnis viris habuerimus de practicis ipsorum, hoc pariter iudicare posset, nunq̃ hanc Ciuitatem propiorẽ fuisse ammissionis, et tocius Reipublice nrẽ discrimine, quàm nunc erat. que omnia fides aliquorũ et expectacio redempcionis Israel preseruauit. Audio et istic et alibi iactari voces de me, quasi parum racionis haberem in consiliis meis, vtilitatis publice, cum tamen ego id vnum semper curabam iuxta sentenciam et intellectum meum, quem tamen pertinaciter nunq̃ sũ tutatus, neq̃ hoc agebam vt mea peruinceret sentencia, sed vt id dicerem, et consulerem quod quàm maxime et dignitati regie et vtilitati reipublice expedire michi

videbatur neq; aliud pro meo debito prestare debui vel
potui, nota est plus quam expedit vniuscuiusq; nrm sen:
tencia, et nota erit haud dubie in posterum diutissime.
Ego quod suasi et consului, eius me neq; penitet, neq;
vnq; penitebit. Atq; vtinam omnia arbitratu et sente:
cia mea fierent, non restaret, quod nobis rebus bene co:
fectis, esset in posterum metuendum, de quo viderint alij.
Mtas regia hodie hinc egreditur, non diuise moraturam
Elbingi proponit, sed aduentus iterum illuc domini Du:
cis Prussie, et moras et difficultates alias nobis
ingeret. Darifecit Mtas sua vre Mgcie Centum mar:
cas pecuniarum, et illas ei apud dominum Sopichow:
skij recipiendas designauit ad quem lras Mtis sue
mitto cum presentibus filium domini Castellani Vilnen
et Capitanei Samogithie adiuuabo omni studio et opera
mea. cum propter plurima amicitie et humanitatis eius
domini Castellani Vilnen in me prestita officia, tum vt
satisfaciam desiderio vre Mgcie, cui in rebus omnibus
pro virili mea placere et gratificare cupio. Que va:
leat foelicissime, meq; habeat sibi charum et commen:
datum ex Gedano.

Solutio dotis matris ducum Pomeranie

Sigismundus .I. Rex Polonie

Significamus. Quia cum venisset ad nos m Ciuitatem nram Gdanen' Illt' Princeps et dominus Georgius Stetinen' Pomeranie &c Dux. Nepos mē ex Sorore charmus et inter alia nobis declarasset. Dotem Illme olim Principis domine, domine Rme Matris sue, et sororis mee charissime, quam foelicis memorie Sermus Princeps domi: nus Casimirus Rex parens mē charmus, Illtri Principi domino Bogislao patri suo designauerat, nondum esse per: solutam, et rogasset nos. suo et frīs sui Illtris Principis domim Barnim Ducis Pomeranie &c nomine vt ipsam Dotem illis exolueremus, Nos accepta hac relatione et documento, licet post tanta temporum interualla, nesci: amus prorsus, qua causa id debiti eo vsq; sit productu et nos maioribus bellis ac difficultatibus implicati simus q dictus Sermus parens aut frēs predecessores nri fue: rint, ad quos hec solucio propinquius spectabat, tamen cognoscentes dictorum Illustrium Principum dominorum Georgii et Barnim Stetinen' et Pomeranie Ducum Singu: larem erga nos amorem et obseruanciam, volentesq; illos nobis et regno meo beneficencia nra deuincere, ac singu: larem benuolenciam meam qua illos complectimur alijs testatam facere, ipsis ratione tocius predicte Dotis, su: mmam decem octo millium florenorum Vngaricalium in auro, nos et successores mos exoluturos submisimus, et presentibus mis leis submittimus ac obligamus promittē

in verbo nro regio quod ad festum Purificationis domine
ne Sancte Marie Anni futuri 1527. 4 millia
florenorum Vngaricalium in Auro, et deinceps singu-
lis annis pro eodem festo Purificationis beate Marie per
duo millia florenorum Vngaricalium vsq; ad exolutione
tocius summe prefate, decem octo millium florenorum Vn-
garicalium in auro, numerari Illustritati eorum aut Nu-
cio cum plena potestate ab eis misso in Pretorio Ciuita-
tis nre Cedanen facemus. Ipsi vero domini Duces
recognitionem solucionis sibi quotannis facte dare sub Si-
gillo suo, et post totalem solucionem summe predicte dece
octo millium florenorum Vngaricalium in vltimo termo
pntes lras nras, nobis aut successoribus nris reddere
tenebuntur In cuius rei testimonium, Sigillum nrm est
presentibus appensum Et et Datum in Ciuitate
nra Cedanen die Inuentionis Sancte Crucis Anno
domini. M°. D°. XXVI°. Regni vero nri Anno
XX°.

Bithoff et Louemberg donata in feudum Ducibus Pomeranie

Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus &c. Vniuersis et singulis presentibus et futuris harum serie inspecturis. Manifestum facimus. Quia vigentibus olim bellis inter Seremum felicis memorie Casimirum regem parentem et predecessorem mum, ac inter ordinem dictum Sancte Marie Theutonicorum in Prussia, Illustris olim Princeps dominus Ericus Stetinen. Pomeranie, Cassubie, Vandalie Dux, et Princeps Rugie, multa in ipsis bellis, et controuersiis, fauoris beninolencie, et obsequii sui erga predictum Seremum parentem mum, officia exhibere, et suppetias non vulgares illius tuitionis defensionis aduersus hostes eius, prestare solitus erat, ac ob eam causam illi Arcem Bithow vna cum oppido ibidem consistente, necnon Ciuitatem Louenburgk, cum vniuersis fructibus et prouentibus ad illa pertinentibus, idem Sere. mus parens mr ad arbitrium et beneplacitum suum concesserat, vt ex litteris, et aliis monumentis abunde constat. Deinde vero ad eam beninolenciam et coniunctionem, que inter Seremissimos predecessores meos, et predictum dominum Ducem Ericum ac posteros eius inter cesserat, etiam affinitas et necessitudo accessit, que adhuc vsq tempora mutuis officiis et amore coaluit, ita, vt predictas Arces et oppida, repetita quidem aliquocies tamen non granatim, et nos et Seremissimi fratres ac pre-

decessores nri possideri a nominatis dominis Ducibus
Pomeranie, citra iurium regni sui detrimentum ferebat
Cum postremo nos ad has terras nras Prussie venientes,
inuiseret officiosissime Illustris Princeps dominus Ge:
orgius, Stetinen Pomeranie, Cassubie, Vandalie, Dux
et Princeps Rugie, Nepos nr ex Sorore charmus, et sua
ac Illustris fratris sui germani, domini Barnini singu:
larem erga nos propensionem animi et obseruantiam de:
clarauit, remisitq nobis et successoribus nris de dote
Illme olim domine Anne Sorori nre a prefato Sermo
domino rege Casimiro patre nro promissa xiiij millia
aureorum Vngaricalium, volentes vicissim erga Illu:
stritates eorum vberiorem amorem nrm testari, et illas
earumq successores, nobis ac regno nro, arctiori bene:
uolentia et coniunctione deuincire, attamen Juribus
Regni nri non deesse, illis et eorum heredibus masculis
Arces et oppida predicta Bythow et Lovemburgk
cum omnibus et singulis eorum subditis Vasallis, fru:
ctibus, libertatibus, eminenciis censibus prouentibus, Juri:
bus, et pertinenciis vniuersis, sicuti illa, ad arbitrium et
beneplacitum, vt dictum est, Serenissimorum predecessorum
nostrorum, et nrm hactenus, vsu et fructu tenuerunt, de co:
silio et consensu dominorum Consiliariorum tam Spiritualium
q secularium regni nri, tenen, habend, fruend, vtend, et
possidendum in perpetuum, iure feudi pro nobis et successori:
bus nris regibus Polonie dedimus ac concessimus, ac illos
de eis ipsis Arcibus et Oppidis Bythow et Lovenburgk
inuestiuimus, et tenore presentium damus, et concedimus
illosq ac eorum heredes de ampliori gratia et beniuolentia
nra, ab omni seruicio et iuramento necnon tributis et exa:
ctionibus quibuscumq nobis et posteris nris, ratione dic:
ctarum Arcium et Oppidorum prestandis dimittimus et

liberos facimus, pollicemur preterea dictos Principes in
predictis Arcibus et eorum pertinencijs quantum in
nobis est defendere et tueri. Tenebuntur tamen, et ob:
ligati esse debent prefati domini Duces, et eorum succe:
ssores ad singulas successorum nrorum Regum Polo:
nie Coronationes vel venire ipsi, vel Consiliarios aut
Officiales suos mittere, qui hoc ipsum ius feudale de pre:
fatis Arcibus et Oppidis, ad regnum nostrum perti:
nens ita vt iam dictum est recognoscent, et lras eius
recognitionis et renouacionis ipsius feudi que gratis
illis dari debent a nouis regibus accipient. Quodsi
aliqua legittima causa impediti, hoc officium et debitum
in Coronacionibus successorum nostrorum, non fecerint
nichil ea negligencia illis detrimenti afferre debebit
dummodo alio breui tempore, post Coronacionem id pre:
stare curauerint. Vbi vero ipsi Illustres Principes do:
mini Georgius et Berninus Duces Pomeranie, sine le:
gittimis masculis feudi heredibus, vel eorum legittimi
masculi feudi heredes, non relicta prole virili, dece:
derent, Stirpsq; et progenies eorum mascula et legittima
deficeret extunc predicte arces et Oppida Bythow et
lovenburgk, cum omnibus suis bonis Subditis, Va:
sallis, fructibus libertatibus, iuribus eminenciis, pro:
uentibus et pertinenciis vniuersis ac cum pleno iure
et possessione, citra omnem difficultatem, ad nos et
posteros nros reges Polonie redire debebunt, Salua
tamen interim perpetuo iurisditione, prouentibus,
decimis, seu Episcopalibus, cum Villis bonis et piscatu:
ris ac libertatibus ad Rmum dominum Epm et Eccle:
siam Wladislauien. ex antiquo pertinentibus. In
cuius rei testimonium Sigillum nrm est presentibus

appensum Dat. et Act. in Ciuitate nostra Gedanen.
die Inuentionis Sancte Crucis Anno domini 1526.
Regni nostri Anno vigesimo

testes in priuilegio:

Presentibus Reueren. in Chro. Patribus dominis
Petro Tomiczki Cracouien. et Regni nri. Vicecancel:
lario, Mathia Drzeviczki Wladislauien. Joanne
Lathalskij Posnanien. Mauricio Ferber Varmien.
Andrea Crziczki Przemislien. et Joanne Conopaczki
Culmen. Epis. Necnon Magcis Venerabilibus et
Generosis, Christophero de Schidlowiecz Palatino et
Capitaneo Cracouien. et regni nri. Cancellario, ac Syra:
dien. Sochaczouien. Gostinen. Noue Ciuitatis Cor:
czin, Samborien. et Lukouien. Capitaneo Stanislao
de Cosczieliecz Posnanien. ac Marienburgen. Bid:
gostien. et Slumen. Capitaneo, Andrea de Thanczin
Sandomirien. et Belsen. Chelmen. Crasnostauien. Ra:
thnen. et in Ocziec Capitaneo, Nicolao de Cosczielec
Calissien. et Brzesten. Capitaneo, Hieronimo de Lasko
Siradien. Joanne de Lusianis Culmen. et Capitaneo
Radzinen. Georgio de Baijsen Marienburgen. et
Gneuen. Capitaneo, Georgio de Conopath Pomera:
nie. et Swecen. Capitaneo, Palatinis, Luca de Gorka
Posnanien. et Capitaneo maioris Polonie generali Ni:

colao de Schidlowiec. Sandomirien et Regni nri The:
saurario, ac Radomien, Oswianczimen, Zathorien
Crzepicen et Olsthinen Capitaneo, Joanne Comite
de Tharnow Voinicen, et Capitaneo Sandomirien
Joanne de Coßczieliecz lancicien et Capitaneo Thucho:
lien, Petro de Sluzeno Juniwladislauien, Joanne de
Tharnow Sandecen et Capitaneo Pilznen Janussio Swir:
czewski, Visticien, ac Ropczicen, et Trebowlien
Capitaneo, Stanislao de Sprowa Biecen, et Capita:
neo Opocznen, Joanne de Thanczin lublinen, ludo:
uico de Mortangen Elbingen, et Capitaneo Pokrziw:
nicen, Joanne de Viecziwna Plocen et Capitaneo
Brathianen, Joanne Rozdrazewskij Caminen, Castel:
lanis, Nicolao Dzialinski Dobrzinen et Capitaneo Bro:
dnicen, Georgio Thargowski Culmen, et in Tholke:
mith Capitaneo, Michaele Zelislawski Marienbur:
gen et Nouen Capitaneo et Achacio Czeme Pomera:
nie, et Capitaneo Slochouien Succamerariis, Joanne
Czarnkowski, Cracouien et Scarbimirien Preposito.
Joanne Choienski vtriusqz Juris Doctore Archidiaco:
no Cracouien, Nicolao Zamosczki, Voinicien et Tar:
nouien Preposito Canonicoqz Cracouien, Stanislao Tarlo
de Sczekarzowicze Archidiacono lublinen et Cano:
nico Cracouien Secretariis nris. Nicolao Tomiczki Tri:
buno lancicien, ac Costen, Pisdren et Coninen Capita:
neo, prefecto Stabuli nri, Siluestro Ozarowski Succa:
merario nro, ac Zawichosten Capitaneo, Joanne Tarlo
de Sczekarzowicze Incisore regni nri, et Simone Chlie:
wiczki Mgro Coquine nre, ceterisqz Dignitarijs, Offici:
alibus et Aulicis nris. testibus circa premissa fide:
dignis Sincere deuotis et fidelibus dilectis Datum per

manus prefati Reueren̄ in Chrō Pr̄is domini Petri Cp̄i Cracouien̄ et regni nr̄i Vicecancellarii Sincere nobis dilecti

Responsum a Sigismundo I. Rege Polonie Datum Ill. Georgio Duci Pomeranie.

SACRA Mtas Ille Princeps immensas agit gratias Illme Dominacioni vr̄e, q̄ eam in his terris existentē visere et tantum suum amorem et obseruantiam erga illam declarare voluerit

Et quamuis eius Mtas, compertam habuerit iam pridē hanc in se propensionem animi Illme. D. vr̄e et ipsa vicissim illam omni amore suo fuerit semper prosecuta tamen cognitam habens personam illius, cognita ad oculum eius in se tantum studium, et obseruanciam, tāto magis illam et amare et omnibus officiis amoris et necessitudinis prosequi vult et pollicetur, et quacūq̄ in re illi ac Illmo eius fr̄i commodare et gratificari vnq̄ poterit, in ea parte Mtas sua nunq̄ officium suum desiderari patietur, sed vult vtriq̄, omnibus in rebus suo consilio et patrocinio semper adesse

Libenter autem videt Mtas sua Serma q̄ eam differenciam quē inter vram Illmam D. fremq̄ ipsius ac inter Illustrem dominum Joachimum Marchionem Brandeburgen̄

intercedit nonnulli Principes Germanie dirimenda
susceperunt. Cupit enim Mtas sua, vt vre Illme Dnes
non solum cum domino Marchione sed etiam cum omni-
bus aliis vicinis Principibus sint in bona pace et amici-
cia.

Vbi tamen ipsa differencia, per eos Principes et arbitros
non componeretur et ob eam rem Illme Dnes vre vel
ad Cesaream Mtem vel ad Cameram Imperij euocare-
tur non grauabitur, Mtas sua mittere cum illis ali-
quem ex Proceribus, aut Consiliariis suis qui et ade-
rit illis nomine suo regio, et in rem illarum consulet et fa-
ciet id totum quicquid expedire videbitur

De Supellectili relicta, post mortem Illme olim dne Eli-
zabethe Ducis Legnicen et Sororis Mtis sue regie, no
est integrum eius Mti quicq agere, quod illa multa
eiusmodi Jocalia donata habuit speciatim a Sermis pa-
rentibus et fratribus suis que videntur Jure vel sal-
tem equitate repeti non posse, et quia id Mtas sua de
illis et aliis omnibus, cum Illtri dno Duce Legnicen co-
uenit et composuit, Si tamen Illma D. vra vellet pro
sua et fris sui parte aliquid repetere illi Mtas sua nec
prohibet nec dissuadet.

Commendat deinde Mtas sua optimum institutum Illme
D. vre de altero connubio ineundo quandoquidem
inter illam et eius fratrem vnica duntaxat Soboles
extat, nullum autem videtur eius Mti Matrimonium
conducibilius Ille D. vre et eius subditis q cum filia
Illtris domini Joachimi Marchionis, Si quidem per ea
affinitatem, et omnes controuersie facile sedari possent

et propter viciniam commodissime alter alterius rebus et communium subditorum semper adesset et consuleret Nam licet Mtas sua alias non norit que ducende viderentur, tamen et de ista quam Mtas sua cognitam habet Duce Masouie, non intelligit tantum commodum quantum cum ipsa filia domini Marchionis Ille. D. vre prouenire posse.

Optat postremo Mtas sua vt Illma D. vra felicibus auspiciis à se discedat, et sospes ac incolumis ad dominum suum perueniat, idque sibi de Mte sua persuadeat quod de optimo Auunculo charmus Nepos sibi persuadere debet et potest.

Vt Concionatores Luterani e Gdano profugi: comprehendantur et Sigismundus .I. Rex Polonie Ducibus Pomeranie: nepotibus.

Illtres Principes et domini Nepotes nri charmi. Jam no latet Illtes vras que facinora commissa sunt in Ciuitate nra Gedanen persedicionem popularem cum aduersus Diuinam Mtem, tum etiam contra nos et auctoritatem nram, quorum omnium malorum potissimi fuerunt auctores et artifices quidam Concionatores Apostate factionis Lutherane, qui huiusmodi virus, inserunt in animos hominum et presertim vulgi rerum nouarum cupidi, et quia nos gratia dei Ciuitatem ipsam Gdanen ab istius modi pestibus et monstris tandem purgauimus et in pristinum Statum restituimus, intelligentes nonnullos Concionatorum istorum Apostatarum, et presertim quendam Jacobum Hegge et alios eius farine in ditio:

nem et Dominia Illustratum vrarum transfugisse, Ma:
chinarique omni studio vt scripturis et alijs modis ex:
citarent hoc incendium Gdanen, per nos extinctum
Quemadmodum iam certa iudicia deprehendimus, Ro:
gamus plurimum Illtes vras vt ipsum Jacobum Hegge
atque alios transfugas ex Gdano Concionatores Euan:
gelicos in Stolp Collebergk Lawmbergk, ac in aliis
locis Dicionis Illtum vrarum latitantes comprehendi
faciant et vel eos istic cohercere et punire vel ad nos
mittere velint, faciantque id Illtes vre non solum amo:
re religionis et contemplacione nri, sed etiam sua ip:
sarum causa, et racione ne idem illis in Ciuitatibus
et Communi populo earum contingat, quod nobis in ipa
Ciuitate nra Gdanen contigit et proinde vt id quam
diligentissime facere curent, illas eciam atque eciam plu:
rimum rogamus et Cupimus vt foelicissime valeant.

Sigismundus primus Rex Polonie Georgio et Barmino Ducibus pomerae.

Illtres Principes et domini, Nepotes nri charmi. Ex re:
lacione Senatus Gdanen ad nos facta, Accepimus
quendam Jacobum Heggen Gdano oriundum pseudo
Sacerdotem, et Lutheriane Impietatis pertinacissimum
adsertorem, qui nuper ob peruersum dogma, quo Gda:
nen plebem subuertebat et vitam contaminatam, Gdano
exulat, in Ditione Illtum vrarum oppido Stralesm:
den delitescentem, sediciosas, et ad turbandam, Ciui:
tatis nre quietem, quam nuper stabiliuimus, accomodas

Epl̄as missitare solere, quibus eos qui ad sanam mentē
redierunt, quo in pristinos errores relaberentur
reducere tentat et conatur. Rogamus Illtēs vrās
Consulant in hoc cum Ciuitatis vrē quieti, et concor:
diē, tum etiam saluti subiectorum suorum qui forte
etiam venenatū dogma haurire et imbibere possent,
Nisi auctor eius illinc submoueatur, Et istum ipm̄
quisquis est Heggen̄ à Ditione Illtum̄ vrarum. ar:
cendum et pellendum curent et imperent, parua enī
iactura erit, Si vnus nebulo ab orthodoxorum
consortio q̄ longissime arceatur quod nos Illtās vrās
pro Zelo, in Ca cam̄ ipsi fidem, et in nos beniuolentia
factura minime ambigimus et valeant felicissiē
vrē Illtēs. Dat.

Responsum a Sigismundo. I. rege Poloē
Datum. Alberto Duci Prussiē. 23 Maÿ
. In Gdano.

SAcra Mtās regia Illmē Princeps expendit secum
ea que vrā Illmā D°: coram Mtē sua referri fecit

Ac inprimis quemadmodum se excusauit q̄ Mtem̄ suam
venientem in has terras. ipsamet non exceperit, quod:
q̄ huc priusq̄ vocata esset, venerit, Mtās sua tam gra:
ta fuit de illa exceptione, quā per dominum Epm̄
Zambien̄ vrā Illmā D°: fecit q̄ si met ipsa Mtem̄
suam excepisset prout ipē dominus Epus illi abunde
referre potuit

De aduentu huc Illme D. vre, verum quidem est, ita erat Mtis sue voluntas, vt vra Illma Do nonnisi habita a Mte sua significatione secum conuenisset, nam volebat prius eius Mtas omnia hic negotia absoluere, vt tanto liberius potuisset cum Illma Dne vra de communibus negociis suis et subditorum suorum tractare.

Verum cum res postulauit, neq longiorem morem pati videbatur grata est et contenta eius Mtas, q Illma Do vra anteuerterit significationem eius Mtis, et hanc eius excusationem in eam partem accipit.

Ea que dominus Mgr Liuonie respondit Oribus Illme D. vre bene Mtas sua intelligit, sed non videt in pns, quod aliud consilium magis oportunum q ea molimina vbicumq fuerint peruestigare, et iuxta illa mutuum cum Mte sua consilium capere, vbi vero ad rem veniendum esset, eius Mtas iuxta debitu et inscriptionem sua non vult Illme D. vre vnq pro virili sua deesse.

De litteris ordinis quas Illma Do vra attulit, et legi fecit gras habet Mtas sua regia, et rogat Illmam D. vram vt eas que adhuc supersunt Mti sue iuxta inscriptionem tradenda oportuno tempore mittere velit ne quid eorum reliqui sit, ex quibus difficultates aliqne suboriri possent.

Verum quod Illma D. vra optauit addi in suis lris feu:
dalibus et illas iuxta necessitatem suam extendi
non est in pns eius Mti vllo pacto integrum id face:
re cum eiusmodi negotia pertineant ad Conuentum
generalem regni. que seorsum Mtas sua nequaqz
transigere potest verum in ipso Conuentu generali
qui primum fuerit curabit eius Mtas his postulatis
Illme. D. vre satisfacere.

De ordinacione quam Illma. D. vra fecit simul ac de
moneta cudenda, committere dignata est Mtas sua
dominis Consiliariis harum terrarum, cum Illma
D. vra simul constituere, ita vt melius videbitur
communibus terris et subditis expedire.

Designabit etiam Mtas sua Commissarios ad reuiden:
dos et rectificandos fines et limites cum alibi, tum
versus terram Samogithie et tam de Villa Coadm: i. Cozicze
thon q etiam de aliis iniuriis ac differenciis transige:
dum quod negotium censet Mtas sua eo leuius futu:
rum, quod ad limites ipsos sufficientes extant lre
et monumenta.

Quod autem Illma dominacio vra commemorauit
debita, impensas et diminucionem prouentuum suorum
meminit eius Mtas, idem fuisse per Illmos dominos
Georgium Marchionem et Fridericum Ducem le:
gnicen, anno superiore Mti sue declaratum, et prop:
terea eius Mtatem consensisse ad pendenda, quotanis
Illme. D. vre quatuor millia florenorum ad statum
eius releuandum, que Mtas sua licet aliis grauissimis
sumptibus et impensis onerata sit, soluere no preter:

millet et quicquid preterea fauoris et beneficencie in
vram Illmam dominacionem prestare poterit id sem-
per est g libentissime factura. spem hanc habens quod
et illa ita se geret et conseruabit erga eins altem, et
Regnum suum quemadmodum et decet et se facturam
ram Illma dominacio vra pollicetur

Priuilegium Dño Alberto Duci Prusse datum:

In nomine domini amen ad perpetuam rei memoriam
Nos Sigismundus &c Necnon terrarum &c dominus
et hæres. Manifestum facimus tenore presentium
Quia licet quasdam terras meas hereditarias in
Prussia, Illtri Principi domino Alberto domino
Marchioni Brandeburgen et Duci in Prussia, &c
Jure feudali concessimus, in earumq possessionem
illum per Consiliarios nros mitti fecimus, et eius
concessiones ac articulorum et conditionum inter nos
transactarum, illi sufficientes meas literas dedimus
in quibus preter alia, etiam immunitates illi a nobis
concesse, sunt descripte, tamen cum contractus cum
illo per nos factus velit, vt si quidpiam in Priuile-
giis illis contineretur, que nobis restituit, et quibus
renunciauit, quod huic ipsi contractui et transacti-
oni non repugnaret, sed quod ipsi Duci ex Prussia
et terris eius occasione finium et aliorum iurium et
Priuilegiorum, necessarium esset, quod id nos, sub li-
teris et Sigillo nro denuo concedamus. Ideo nonnul-
las infrascriptas prerogatiuas et immunitates priori-
literis contentas, eius Illti renouandas, addendas et

denuo concedendas duximus, et tenore presentium concedimꝰ
ita sane, vt ipse Dux Albertus, similiter et hęredes eius, ter-
ram concessam, ab omni exactione et seruicio, exceptis his
que nominatim in contractu concordię expressa sunt, libera
teneat ac immunem, et coram nullo alio, si ratione ipsius ter-
re impeteretur, q̄ coram nobis aut successoribus nr̄is regi-
bus Polonię, respondere teneatur atq̄ vt liceat eidem, vna
et heredibus suis, per totam terram nunc concessam, ad cō-
modum suum Passagia et Thelonea ordinare, secundum cō-
tractus prescriptum. Nundinas et fora statuere moneta
cudere, pro contractus formula. Taliam et alia iura taxa-
re, directuras per terram, in flumimbus et in mari, sicut vtile
visum fuerit, stabilire, demq̄ iurisditionem potestatemq̄ illa
habeat, et exerceat in terris suis quam aliquis Princeps re-
gni nr̄i melius habere dinoscatur, in terra quam habet, qua-
tenus tamen id in hac concordię et contractui non aduersetur
vt bonos vsus et consuetudines ponat, Assisias faciat et Sta-
tuta, quibus omnes eius subditi, pace tranquilla gaudeant,
et vtantur. Postremo, concedendam etiam duximus, et concedꝰ
tenore presentium eius Illti atq̄ Nobilibus suis omnibus, li-
bertatem ducendi et transuehendi per regnum et Dominia
nostra, terra vel aqua, omnes et singulas res quecunq̄ ad
vsum et necessitatem propriam eius Illtis, atq̄ eorundem
Nobilium, non autem ad mercaturam exercendam oportu-
na et necessaria fore videbuntur, et hiis pariter omnibus
qui ex aliens prouincijs commigrare vellent in terram et
ditionem eius Illtis, equestris duntaxat condicionis, seu
Nobilibus, liberam damus res omnes illorum proprias
secum transferendi, per regnum et Dominia nra absq̄ so-
lutione cuiuslibet Thelonei, et extra vllum impedimentu
facultatem et prerogatiuam. In cuius rei testimonium. Si-
gillum mei est presentibus appensum. Act et Dat in Ciui-
tate nra Gdanensi Adrienburgen Sabato proxio ante festum S. Trini-
tatis. Anno M°. D. XXvi regni nri anno. XX°.

Responsum a Sigismundo primo rege Poloniæ, Alberto Duci in Prussia datum 24 Maÿ 1526

Ea que vrã Illtri ma D.o hesterno die recensere dignata est de cõcordia inita, cum Sacra Mte regia deqz animo et fide sua erga eius Mtem quodammodo grauate ferens, quod ad Conuentum regni preteritum et hunc etiam modernum non sit vocata vnde suspicetur vel persuasum de se aliter Mti sue quam de fideli Prĩcipe et Nepote Mtis sue conueniret vel aliquam aliam causam subesse, que tamen apud homines suspecta videri posset.

Miratur eius Mtas vnde inciderit vrẽ Illme D. hec ob eam rem vel suspicio vel animi grauitas aliqua nam Mtas sua concordiam cum illa initam firmiter et inuiolabiliter vult in omnibus obseruare et hactenus obseruare curauit. verum quod vrã Illa D.o ad Conuentum regni et pariter ad istum vocata non fuerit fecit Mtas sua partim ex consuetudine veteri regni sui, nam et Duces Masouie, cum designatum in consilio locum haberẽt et tamen nunq, nisi ad solemnes aliquos actus vel cum res cõmunium subditorum agebantur, vocari solebant, partim quia grauare nollet hoc onere Mtas sua vram Illmam D.nem veniendi ad Conuentus et multa impendia sustinendi, hic etiã que attinebant communes subditos Mtis sue et vrẽ Illme D. omnia Mtas sua communi cum illa consilio egit. Cẽterũ de suis tantum subditis et eorum Statu tractans non putauit necessarium Mtas sua vram Illmam D. occupare, et illi molestiam hanc exhibere presertim cum interea nihil sit actum quod ad rem serio pertineret.

Alioquin quando vel solemnis aliquis actus, vel tale quidpiam maioris momenti accidet, quod communi Consilio indigerẽt

non pretermittet Mtas sua Illmam D. vram semper vocare et nõ dubitat quod in Consilio, et in reliquis rebus vra Illtas ita se geret erga eius Mtem vt fidelem Principem et Nepotem Mtis sue decebit.

Et proinde rogat Mtas sua vram Illmam D. vt non aliter sibi q̃ res est persuadeat, neue aliquibus aliis rationibus id fieri q̃, vt dixi suspicetur, aut putet ab aliquo de se apud eius Mtem sinistram opinionem fecisse, nemo est enim qui id Mti sue persuadere posset aut auderet q̃ esset à gratia et amore Mtis sue in vram Illmam D. alienum.

Quod ad Niemcz attinet non ignorat vra Illma D.o quanta seditio et quantus excessus factus sit in hac Ciuitate aduersus deu et Mtem suam regiam, eius sedicionis et excessus accusatis est et editus per totam Ciuitatem cum aliquibus aliis Niemcz ipe tanq̃ Princeps et caput malorum omnium quod an ita sit nondum eius Mtas plane comperit, nihil enim hactenus precipitanter egit, nec aget deinceps, verum quando de illo comperiet, an ita sit vt accusatur, nec ne, ita se in hac re geret prout iustum et Christianum Principem decebit, curabit vre Illme D. quantum maxime fieri poterit hac in re gratifficari, non dubitat tamen eius Mtas, q̃ vra Illma D.o libentius visura sit, vt quilibet reus tanti criminis perimeretur, q̃ vt perniciosissimo exemplo emitti deberet.

Quod ad litteras et immunitates attinet Mtas sua regia cõfirmabit aliis litteris iuxta inscriptiones, eas prerogatiuas que in lris hiis continentur quas Illma D. vra tradere et illis renunciare debet, et que concordie cum Mte sua facte sunt contrarie, et que etiam ipsi concordie non officiunt.

Et licet Mtas sua non teneatur iuxta inscriptionem alias immuni:

tates confirmare, q̄ easque in ipsis lr̄is, concordie aduersis continentur tamen ad postulata Illm̄e. D. vr̄e etiam confirmare et concedere dignabitur eam immunitatem ipsi Illm̄e. D. vr̄e et eius subditis equestris ordinis ad educendum omnia per lr̄as Mt̄is sue que propria erunt Illm̄e. D̄nis vr̄e et Nobiliu subditorum eius.

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie datum Alberto Duci Prussie 25. Maij 1526 In Gdano

SACRA Mt̄as regia Illm̄e Princeps, magna gratitudine audiuit ea omnia que vr̄a Illm̄a D°. tam fideliter ac confidenter cu eius Mt̄e communicauit.

Ac inprimis quod attinet Conuentum cum Serm̄o domino Rege Vngarie non alia causa id hactenus Mt̄as sua, non fecit, q̄ q̄d cum aliis domesticis negociis, tum hac perturbatione et insolencia commissa aduersus deum et Mt̄em suam in hac Ciuitate Gdanen̄, fuit districta et impedita visumq̄ est Mt̄i sue magis decens et necessarium domesticum priusq̄ alienum incendium extinguere, verum cum primum se istis domesticis negotiis explicabit animum intendet ad ea omnia obeunda quecunq̄ pro bono Statu ipsius Serm̄i domini regis Vngarie oportuna esse videbuntur.

Et quod vr̄a Illm̄a D°. adiunxit de filio Mt̄is sue non veretur quidem eius Mt̄as vllas difficultates in promouendo ad regnu ipso filio suo nullum enim ex Consiliariis suis ad quos electio pertinet huic rei aduersum sentit, agit tamen plurimas gr̄as

Mtas sua vre Illme D. q illam de ea ipsa re admonere et que sentit aperire curauit Mtas sua cum primum tempus idoneum videbit agere de ipsius filii sui Coronatione constituit et in eo negocio nihil sine scientia et consilio vre Illme Dnis faciet.

De coniunctione cum Illtri dno Joachimo Marchione ineunda meminit probe Mtas sua qualia fuerint foedera inter illum et regnum suum ea si placuerit ipsi domino Marchioni renouare aut etiam ampliare idq Mti sue declarauerit Mtas sua id facere non recusabit.

Similiter non detrectat cum Sermo dno rege Dacie aut ~~in~~ innouare ~~moriare~~ si ille volet ea foedere, que prius fuerunt inter nos et regnum eius, aut etiam talia inire qualia sunt inter eius Mtem et Illtres dnos Principes Pomeranie et Machelburgen Duces non ita pridem firmata.

De assistencia quam habere potest Illma D. vra, a quibusdam Principibus et communitatibus ex Germania Mtas sua libenter videret, quam plurimos esse et amicos et auxiliatores Illme D. vre, modo ne tales essent, qui maiores difficultates et detrimenta sua coniunctione quam vtilitatem ac honestatem Illme D. vre afferent.

Secretius responsum Dno Duci Prussie
Datum a Rege . 5 . Maÿ 1526
Gdani

Illme Princeps credit abunde Sacra Mtas regia, nonnihil esse de his que aduersus Illmam Dnem tractari in Germania dns Mgr Liuonie indicauit.

Nam et Mtas sua certissimum habet documentum ex Vrbe Roma, et Aula Coesaris, omnes indigno animo ferre, et pessime interpretari vbiq; in regnis et Dominiis Chrianis hac cum Illma dominacione vra concordiam quasi aduersus relligionem Catholicam factam, suggillatamq; a plerisq; Mtem suam tanq; iam ab vnitate Ecclie diuulsam et labe heretica contaminatam.

Et cum Regum et Principum nulla sit Dos et foelicitas maior, q; gloria et fama inculpata, non libenter hanc de se existimationem eius Mtas audiuit.

Non veretur tamen eius Mtas notam aut difficultates aliquas ratione ordinis qui iam prius alibi excludi et extingui solebat Summo Pontifice et Coesare ferente, speraretq; Mtas sua si de illo solo ageretur effici posse, vt et ipse Pontifex et Coesar ratum haberent successu temporis.

Verum si quid erit difficultatis, erit magis causa et pretextu heresis que tollerari diutius a Chrianis Principibus, et homines in ea insolencia, tanq; equus excusso freno relinqui non poterit sine communi omnium errore et pernicie. Et

proinde si quid causa relligionis aduersus Illmam D. vram presertim ex communi decreto summatum et Principum Christianorum quoque in hoc casu Mtem suam adesse illi conueniret aduersus relligionem potest ipsa secum satis considerare?

Propterea rogat plurimum eius Mtas Illmam D. vram, et illi tanquam pr filio consulit vt spes suas non edifficet, super hoc fundamento, quod iam dudum et nunc est ab vniuersis tam Ecclesiasticis quam Secularibus potestatibus, regnis, Dominiis, et vniuersitatibus Christianis damnatum et explosum, sed contineat se in his terminis fidei, quos nobis maiores nri reliquerunt, donec vniuersalis Ecclia de his dissensionibus quas sediciosi homines excitarunt dispiciat, sic enim et notam ignominie et multas alias difficultates Illma D. vra declinare poterit et facilior erit omnis cum Pontifice et Coesarea Mte actio et apud illos impetracio.

Si quid replicabit de verbo Dei Dicendum.

Scripturam et verbum dei, nec Mtas regia, nec quisquam Christianus damnat vel oppugnat, Sed oppugnantur interpretaciones Apostatarum, et abusus verbi dei

Et vt non noua res sit heresis, ita nulla fuit doctrina adeo inepta et impia, que non scripturis niteretur, sed suo sensu interpretatis, que si Ecclia non moderaretur, et diiudicaret, quid certi in fide haberi possit?

Sed et verbum dei, non deus, sed homines scripserunt, nec omnes sunt recepti, homines etiam ipsum verbum dei tenere, et illi credere statuerunt, et si Ecclie traditiones, vt humane auctoritatem non haberent, nec scriptura aliquam fidem ha:

bere posset. Et proinde absque consensu et vnitate Ecclie vera fides et relligio constare non potest.

Non consistit relligio in huius, vel illius disputacione, in qua sibi quisque victor esse videtur, sed in determinacionibus eorum qui in Cathedra Moysi sedent, et quibus Chrus obediendum precepit.

Nixi sunt innumeri heretici, nixi et reges, ac Imperatores aduersus ipsam Cathedram et auctoritatem Ecclie, quid tandem effecerunt? quam sibi memoriam et vtilitatem comparaverunt? manifestius est quod oporteat explicari, omnes enim quicumque ab vnitate Ecclie defecerunt, vel ab infidelibus absorpti sunt vel domesticis saltem turbis, et calamitatibus sese confecerunt et ignominiosissime perierunt. Et proinde rogat Mtas sua Illmam dominacionem vram, vt potius et de scripturis aliisque rebus, cum Sede Aplica cum Coesarea Mte et regibus Chrianis, cumque tot seculis approbatis moribus et consuetudinibus quam cum Apostatis et nullius precij hominibus congruat et conueniat.

Responsum a Sigismundo rege Polonie Dno Alberto Marchioni. duci Prussie Datum Gdani. 1526

SACRA Mtas regia, Illme Princeps, non ignorat Serm olim parentem suum dominum Regem Casimirum, item et fres suos reges defunctos non persoluisse dotem promissam Patri Illme D. vre, et quod illi non fecerunt, faceret equidem Mtas sua libentissime.

Verum ipsamet Illma D. vra liquido scire et intelligere potest, quantis bellis, impendiis et aliis difficultatibus Mtas sua continue prematur, vt hactenus ne respirare quidem vllo tempore potuerit

Nec sine sua magna grauitate cum aliis de huiusmodi Dote persoluenda composuerit qui licet semper erga Mtem sua, et regnum eius optime se gesserunt, soluere tamen illis Mtas sua non sine magno suo incommodo, et quidem vix poterit

Et proinde postulat Mtas sua ab Illma D. vra et pariter ab alijs eius fratribus, velit adhuc Illme Dnes vre tantisper expectare donec Mtas sua ab istis suis bellis et difficultatibus paululum respiraret, et tum demum non grauabitur Mtas sua ita componere cum vris Illmis D. de ipsa dote persoluenda, vt melius fieri poterit, Nam hoc tempore idne: quaq Mtas sua prestare potest, etiam si hac in re cupiat vris Illustrismis Dominationibus gratifficari.

Concertationes Poliandri Doctoris Luterani, Prædicatoris Ill. dni Alberti Dvcis in Prussia, quas fecit cum Rndo pre dno Petro Canco & Suffraganei Plocen, pro verbo DEI, & scripturarum interpretatione syncera, quam alter alteri derogabat.

Eæ disputationes hinc natæ erant (vt fundamentum rei gestæ intelligatur) Eo tempore, quo Ser mus do. Sigismundus Rex primus, in Ciuitate sua Gdanen, castigando Luteranos et religionem veterem restituendo, commoraretur, venit tum eo Dux ipse Prussiæ ad Mtem suam. Cumque die ascensionis domini, Dux ipse vna cum quatuor Doctoribus suis Luteranis, sacrum. Contionemque Suffraganei, hominis docti et eloquentis, audisset, in qua Contione, multa idem Suffraganeus in errorem Luteranum invectus esset, Dux ipse ac eius Doctores offensi veritate, amice primum inuitant illum ad conuiuium Ducale, volentes in mensa publica hoiem confundere, Illic eum acriter oppugnarunt, quorum tamen impetus sustinuit fortiter et repressit. ydem mox odio ac maleuolentia suffusi, subornarunt Ducem suum, vt a Suffraganeo Sermone illum in scripto sibi dari impetraret.

Suffraganeus dubius ac deliberabundus venit ad do: Cricium, rem gestam et Principis petitionem declarat, quid faciendum sit exquirit. Refugiebat siquidem ipse Suffraganeus decernere cum arrogantibus hominibus ac maledicis, præsertim quod satis temporis ad istas disputationes no haberet, existens occupatus munere prædicandi publice verbi diuini. Hoc etiam illum a certamine deterrebat, si cogeretur per scripta cum ysdem Luteranis decertare, nec vsque adeo elegans in orone latina esset, ne despectui esset suis aduersariis. Confirmauit eum Cricius, et persuasit, vt magno animo in certamen descenderet. Sermone a se efflagitatum Duci et eius Doctoribus daret. Si quid opus esset, se illum, tam in exornanda orone, quam in omnibus responsis et consiliis adiuturum, Animatus itaque Suffraganeus Sermonem suum, vel potius theses sermonis sui Duci comisit. quem ille mox Doctoribus excutiendum tradidit. cohortans illos vt hoiem confunderet. Poliander doctor solus aliorum noie contra Sermone Suffraganei scripsit, vt in sequenti pagella cotinetur. Inde certamen accensum. Cricius tandem nomine Suffraganei rescribebat.

ИБ

Contra sermonē dn̄i Petri Suffraganei Plocensis, repræhensor sine nomine scribit.

Marci vltimo. INcidimus in sermonē scriptū, super Diuū Marcū. Euntes in mdm vniuersum, prædicate Euangelium etc. Quem quia parū syncerū depræhendimus, imperito lectori iudicauimus prodendum.

Ascensio primū plenius tractanda erat, vt lætitiam afferet piis mē:tibus, nempe non solum iter nobis ostensum esse et sequendi rōnem, sed quòd, iuxta Pauli præconiū, Chrūs ascendens in altū, captiuā duxerit captiuitatem nostrā: quòd dederit dona hominibus. Atq; adeò in hoc ascenderit, vt impleret omnia tanquam non absens, caput sed præsentissimū, quanquam inuisibile, membris suis virtutem ministrans, et spiritum. Item, quòd descendit primū seq; abiecit, et humiliauit vsq; ad mortem. post tam gloriosè ascendit, vt cō:templan̄s in Chrō priores passiones et posteriores glorias, vt Petrus ait, non dubitaremus, et nos compati ac in mūdo affligi, et vt glorificemur, iuxta illud. Si enim complantati facti sumus etc. Ad hunc, inquā modum, si proponatur nobis magnus noster ἀρχιερεῦς Iesus filius DEI, penetratis cœlis ad dexterā patris sedens, in plenitudine potestatis, suos nimirum animat, vt teneant confessionem suam, quantumuis mundus sæuiat, vt adeant cum fiducia ad Thronū gratiæ, eius misericordiam et gratiam inuenturi, quoties auxilio est.

Ephes. 4.

Rom̄ 8.
Ro: 6.

Post suscipiuntur hæc verba tractanda, Euntes in mundū vniuersū prædicate Euangelium: et rectè eis colliguntur missio pariter

& instructio prædicatorū, sed mox in coacernandis scripturæ testimoniis, de missione, adducitur parum appositè parabola de operariis in vineam conductis, tanquā ad Doctores solos pertineat, cùm ea de omnibus vocatis loquatur, damnetq; iustitiarios meritorū suorum præcones. Paulò absurdius videtur, quod aliquanto post sequitur, de exuenda pelle, serpentis more, id est, veteri homine, iuxta Paulum, deponendo, vt idoneus sis prædicando verbo. Nam quod spiritale est, et omnium est, nimis carnaliter, ad solos Doctores detorquetur, quasi scilicet exuere veterē hoīem, et induere nouū, sit, ex laico fieri sacerdotem. Neq; tamen vllo modo probamus eos, qui cùm non sint instructi literis, et his mediis, quæ ad docendum verbū DEVS ordinauit, neglectis, item nō vocati, nulla necessitate vrgente, prorumpūt ad verbi ministeriū: similes ei qui, plenus, inquit, sum sermonibus, et coarctat me spiritus ventri mei. plærumq; enim deprehenduntur leues, vulgaris auræ captatores, et seditiosi. His itaq; nominibus damnāda venit mausspicata istorum audacia, non autem quod operari manibus, et contemplari, vsq; adeò repugnent: quæ certè in Diuo Paulo minimè repugnauerunt. Cui sententiæ etiam apertè subscribit illud Gregorii ex Moralibus. quàmuis mirabiliter sit pro contraria sententia citatum.

Iob 32.

Libro 6 capite 24.

Paulò post author sermonis. Papam, Episcopos, et clerū, Spuales vocat, non sine pudenda arrogantia, et simul cum graui contumelia cōmunis Christianismi. De quo Apostolus. Vnum, ait, corpus et vnus spūs, vt planè ad Christum nō pertineat, qui eius spiritū non habet. Apostolo teste. Quare non minus Papæ, Episcopis et clero, quàm vllis aliis cauendum est, ne sint sine

Ephes. 4.

Rom 8.

Spiritu: ne habeant malevolam animã, et corpus subditum peccatis, sintq; ommno animales, nequaquã sapientes ea quæ DEI sunt, cùm non sit acceptio personarũ apud DEVM. Malè autem cohæret, cùm isti spirituales Noui testamenti sacerdotes, vendicant sibi abrogatũ ius veteris Leuitici sacerdotii carnalis. Habeant sanè possessiones quantumuis amplas, et libertates quantumuis immodicas, sed quouis alio iusto titulo, modò non accusent orbem Christianũ tantæ impietatis, quasi diuina lege contempta, non pendat ipsis omnes primitias, decimas, oblationes, et alia id genus, Leuitico olim sacerdotio debita. Sciant autẽ ab Eccã sui sacerdotii nomine, ipsis nihil deberi, nisi sint ministri verbi, et qui bene præsint præsbiteri. Quid enim his debeatur abundè explicat Apostolus. Caueant itaq; cæteri, siue Epi vocẽtz, siue Canonici, siue Monachi, aut quiuis sacrificuli, dum se Eccæ tanquã Leuitas, obtrudunt alendos, ne sint ex his quos Paulus non ordinatos, sed inordinatè ambulantes vocat, et nisi panem suum manducent alieno abstinentes, iubet excõmunicari.

1 Corin: 9
1 Timo: 5
1 Thessal: 5.

2 Thessal: 3.

Non est ergo, quòd se spiritualem, quod missũ, ac alios à se mittendos glorietur, quisquis ingenti pecuniæ summã, è Rhoma pallium redemit. Hîc certè longissimæ distant viæ Dei, à viis nostris, vt Propheta ait. Qui missus est à DEO, mittentis agit negotiũ, mittentis annunciat verbum. Non audet aliquid eorũ loqui, quæ per ipsum non efficit Christus: non quærit quæ sua sunt, non habet pietatem pro quæstu; his fructibus dignoscitur vera missio.

Treno: 4

IN fine huius Articuli de missione, Hieremiæ locus. Ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis atq; nudaberis: ad Ecclesias spo-

liatas, et altaria nudata, contra Prophetæ sententiã, detorquetur, cũm longè diuersum Propheta dicat, nempe iniquitatem filiæ Edom visitandam esse, et discooperienda peccata eius; ad eum enim modum seipsum ibidem interpretatur. Quomodo aũt sacri; legum fuerit, si Ecclesiæ, id est, populi, et ministrorum consensu, superuacaneus ille et nimis pretiosus, lapidum ac lignorũ ornatũ, in rem pauperũ, aut alios necessarios vsus vertatur? An adhuc somniamus veteris illius templi ornamentũ, magnificentiam, et sanctitatem? reclamante Diuo Stephano et Paulo. Si enim illud verbũ de veteris testamenti templo vsq; seruandũ ducimus, tum non licebit Christianis pro sua libertate, in singulis Ecclesiis, id est, populi conuentibus, singula habere templa, quo ad audiendum verbũ, Orationem communem, et sacramenta accipienda conueniant, sed vni tantum loco, omnes alligati erimus. Actum 7 1 Corin: 3

Longè igitur diuersa sunt nostra templa, quæ nobis ædificant à Hierosolymitano illo, quod DEO ædificatũ fuit, proinde etiã catenus ædificanda, seruanda et ornanda sunt, quatenus pdicto nostro vsui conuenit. Ea verò quæ huic Ecclesiastico vsui non seruiunt, pro excelsis habenda sunt, vt sunt plurima passim, tanq; in honorem DEI et diuorum, sed sine DEI verbo excitata.

Hactenus de primo Articulo. Circa secundi aũt initiũ, puta de prædicatorũ, quid docere debeant, instructione, per verbum, prædicate Euangeliũ: author sermonis nimis breuiter Cvt eius verbo vtar D aduertit. Nam hîc, vbi Christus iubet prædicare Euangeliũ, et quicquid ipse præceperit, vt est Marci vltimo, locus erat dicendi, contra humanas traditiones et doctrinas, quæ inuito Christo in Ecclesia regnârint aliquandiu. Vindicandæ erant

misera conscientia à peregrinis humani verbi laqueis, et soli verbo DEI subyciendæ, quod pauperibus per Euangeliũ misericordiam, gratiam et salutem, à DEO in Christo polliceatur; per legem verò, nihil nisi charitatẽ erga proximũ propter DEVM exigit. Primum omnibus modis, vt diximus, explodendi erant mendaces Magistri, qui contempto vnico Magistro nrõ, Christo, ausi sunt sedere in templo DEI, id est, tot suis legibus tanquã ad salutem necessariis, hominum cõscientias onerare, vt his seruatis, religionem saluam et bona opera vigere, dicitẽt, violatis aũt pietatem extinctam, et hæreses inualuisse conclamẽt. Sed nihil horum attingens, canis noster mutus, hoc tantùm monet, prædicandum esse Euangeliũ, non maledictiones prælatorũ. Quasi verò Christus eũm aliãs, tum Marci 3. et Prophetæ passim non æquè acriter perstrinxerint, hoc hominum genus, atq; nunc quidam faciunt, quanquã nemo bonus probet eos, qui nulla populi ratione habita, semper in absentes Episcopos et Monachos debachentur, vulgi affectibus in hoc seruientes.

Matth 7
Rom: 13
Gala: 5

Ludenda itaq; calumnia est, omnes huius temporis concionatores, ne vno quidem excepto, id genus criminibus cõmuniter degrauare, nempe quòd maledici sint, quòd ignem verbi tantũ habeant in ore, et non in corde, atq; adeò sermonẽ sine virtute, quòd damnẽt bona opera et ieunia etc. vbi tamen vehemẽter miror, quid homini in mentem venerit, dum sermonem DEI fatetur esse in ore eorũ, quos tam impios Doctores vult videri. Vtinam aũt tam potentes sint et sermone et virtute graues isti aliorũ censores, quàm fortiter hæc de se prædicãt. Equidem video verum DEI sermonem huic nostro deesse, vt cogar etiam

de virtute desperare, dum in hoc vno sermone eius tot scripture locos adulterat, inter quos precipui sunt duo circa sermonis finē. Prior. Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio qualis nec inter gentes. etc. quem locū mirabilis interpres, irato Paulo, de Monachorū et Monacharū coniugiis interpretatus est. Optārim aut hoc genus Censores, tam abhorrere à fornicatione, et reliqua impuritate, quàm abhorrent à coniugio. Frustrā occinitur illis illud. Propter fornicationē vnusquisq; suam vxore habeat, et vnaquæq; virū suum. Item illud. Honorabile coniugiū inter omnes et thorus imaculatus. Adulteros aut et fornicatores iudicabit DEVS. Item illud de doctrina erronea et diabolica prohibentiū nubere. etc. Dicunt em. Castitatem vouimus. O mirabile votum quod solo coniugio casto violatur, libidine quantumuis, extra coniugiū, foeda, non violatur.

1 Corin: 5

1 Corin: 7

Hebr 13

1 Thimo: 4

Iam ad alterū locum veniendum est, vt aliquando finē faciamus, is est. O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati? ante quorū oculos Christus proscriptus est. etc. Quo loco, mirum est, quam appositè vsus sit contra eos, qui tam nō reponāt, sed è sacrariis abstulerint venerabile Sacramentū Eucharistiæ. Sic enim authoritate nrā freti dicimus Christum proscribi: legē et Ius violari, fœdus sempiternū dissipari; veritati non obediri, ab his qui Christi institutū, relictis hominū placitis sequuntur. Contrà verò coli, et si Superis placet, defendi ab his, qui tam in aliis multis, q̄ in hoc Sacramento, à christi verbo et instituto, recedunt, et suas inuentiones sequuntur. Quis enim ignorat Christum instituisse carnem suam et sanguinē suum sumenda,

Gala: 3.

non dimidianda, non sacrificanda, non reponenda, aut circumferenda? Facilè ergo fuerit iudicare, vtra pars Christum proscribat, vtra seruet et sequatur.

Eiusmodi sere sunt pie Lector, qui hodie contra pietatis doctrinã in acie decertant. Oremus aut, vt in cordibus omniũ nostrũ illucescat is qui dixit. Fiat lux, et facta est lux etc. Amen.

2. Corinthiorũ 2

Non sumus sicut plurimi adulterantes uerbũ DEI, sed ex synceritate, tanq̃ ex DEO, coram DEO, in Christo loquimur.

Petrus Epus Lacedonen, et Suffraganeus Plocensis, Illmo Principi dno Alberto Marchioni Brandeburgensi, ac in Prussia Duci.

Optasti à me non ita pridem Illme Princeps, vt Sermonis die sacro Ascensionis domini à me habiti, copiam tibi facerem, is quia nō latinus erat, sed patrius, nihil fuit qd mitterem, præter hypothesim solam, memoriæ causa strictim signatam. Misi tamen id quicquid erat, ne non obsecutus tibi viderer. Et quidem libellū ipsum, dum in manibus tuis erat, non ambigo ab optimo Principe benignè habitū, cum verò in alios incidit, id illi euenisse intelligo, quod homini qui à Hierusalem in Hiericho descēdebat, vt incideret inter etc. Acceptus est em pugnis, affectus plagis et vulneribus. Hic ineptè et parum appositè adduco scripturā: illic pudenda arrogantia contumeliosus sum in Christianismū, ibi sum canis mutus, illic à verbo DEI discedo, vbiq; adultero scripturā: sermonem DEI nō habeo: de virtute suspectus sum: et quid non? nec id satis erat, remissus est ad me tuo nomine post dies septem libellus ipse, missus eius vnà διάβολος, vt cū Græculo isto, quisquis est, græcizem, qui et domi meæ me collaphisaret, alter videlicet libellus, ex calumnia et probris totus consutus. Miratus sum vehementer, et dolui, tale mihi præmiū obsequii mei reddi: dolui me lacerari ab homine ἀτώνυμω, quem nec noui, nec vllo vnquā verbo sciens læsi. Res indicat illorū esse farinā, qui Papam AntiChristū. Episcopos idola et laruas,

Cæsarem vermisaccid: Reges et Principes Tyrannos, et carnifices, sine fine vociferantur, qui totam vim et basim doctrinæ suæ, statuunt in hisce floseulis, merè, vt apparet, Euangelicis. Huiusmodi argumentis et rationibus, herbam libens porrigo, et totam hanc palmã isti Censori meo vltro cõcedo. Verùm ad doctrinã meã, quæ vt falsa, peruersa et impia arguitur, non respondere aliquid, religio est. Sic Magister nr̃ Christus, dum probris et maledictis afficeretur, nihil respondit, de doctrina sua impetitus tacendum sibi non putauit. Id aũt breuibus agam: et quia nõ sit quod adeò dignũ responsione videatur, et quòd in proximos dies festos aliis laboribus distringor.

Doces inprimis, quisquis es Censor nr̃, proœmium plenius fuisse tractandum: idq; tuo penicillo aliter depingis: hoc tibi quidem per me licet, vt plenius perores, vt philautia suas agat partes, dum re ipsa nihil sit, nihilq; proœmio nostro officiat.

Doces vt Pontifex nr̃, vel secundum te Græculũ ἀρχιερεὺς Christus, aliis modis proponi debuit, tanquam caput non absens, sed præsentissimum licet inuisibile, membris suis virtutem ministrãs et Spiritum. Id rogo caput quis ignorat, aut negat? verùm libet te paululum versare: cum membra corporis Christi sint visibilia, vt Paulus ait. Vos estis corpus Christi, et membra de membro. Quî fieri potest, vt visibile corpus sit, cum capite inuisibili, ceu monstrũ aliquod? id enim agitis vos, vt nullũ visibile caput Ecclesiæ esse doceatis. At quemadmodum Christus est caput Ecclesiæ suæ, ita est et pastor ouilis sui, Sed vt migraturus ex hoc seculo, statuit vnum pr̃tem ouilis sui pastorem, ita

1 Corin: 12

Joan. 10

Joan. 21

et corpori suo visibili, vnũ visibile caput constituit, clauibus Regni cœlestis vni traditis, à quo virtus ligandi et soluendi ad reliqua membra dimanaret. Hanc suam præfecturã Petrus ipse clarè testatur in Synodo Apostolorũ et præsbiterorũ, vt alia præteream. Contra hoc visibilis corporis visibile caput, hactenus præualere nõ potuerunt portæ inferi, neq; poterũt, rumpamini licet, in posterũ, ipso Christo promittente. Matth 16. Actuũ 15 Matth 16.

Reprehendis dehinc parum appositè adductã parabolam, de operariis ad Prædicatores, qui vocari et mitti debent, quòd ea ad omnes pertineat vocatos. Quæso te, quis illam negat ad oẽs pertinere? aut quis contendit solos prædicatores vocatos? At hîc doctor ipse docendus es, nam quid garrias ipsemet nescis. Vocati quidem sunt multi, operarii tamen pauci: et hij quidem diuersi. Nam Christus in Ecclesia, quosdam dedit Apostolos, quosdam prophetas, quosdam pastores, etc. Et vnũ corpus esse omnes, mẽbra verò diuersa, et non vnũ actum habentia, et donationes differentes esse. Itaq; contentũ esse quemq; vocatione sua: nec se ingerere temerè debere in munus sibi nõ cõmissum. An nõ rectè docui parabola adducta? Sic Christus misit Apostolos, sic Apli Thimotheos et Thitos. Sic qui Apostolis successerũt, mittunt quos deligunt, idq; nõ aliorum quàm ipsorũ esse potestatis. Iustitiarios operum suorũ præcones, damnari ab Apostolo, facilè tibi concedo, quos et Christus damnat. Sed quod hoc ad rem allegaris, id quidem minimè concedo. Adducis item absurdè dictũ de serpente pellem exuente, ad prædicatores; et exuere veterem hominem nimis esse carnaliter torquere ad id Eph 4 Rom: 12 Luce 18

vt ex laico fiat sacerdos. Equidem Allegoria est non insita, qua hîc vsus sum de serpente. quod me fecisse æquius fortasse ferres si scires aut intelligeres, scripturas diuinas, ex Allegoriis, parabolis, et figuris constare.

Jam quod ægrè fers me Papam. Episcopos et Cleru, Spirituales vocare, et hinc insciè et confusè rhetoricaris. de vno corpore et vno spiritu, omnes esse spirituales indicando: nec esse acæphonè personarum apud Deum. Simile Dilema est vestrum, de cõmuni omniu sacerdotio. Vos estis regale sacerdotium. Id totum tibi breuibus dissoluo, sed ita vt te pari dilemmate constringam. atq; id primùm respondeas. Cuinam Regi, tanquam excellenti, siue Ducibus, tanquã à Deo missis, Petrus ipse obediendu esse præcipit? Aut ad quid elegit duodecim Apostolos Christus, et insufflauit in eos? Ad quid segregari iussit Spus sanctus Saulum et Barnabam? Ad quid Apostoli manus imponebãt his, quos ad hoc munus eligebant. si illud Petri vos estis regale sacerdotiu, omnes facit Reges et sacerdotes? hîc quid aliud dicas, nisi esse Reges omnes spiritu. rectè quidẽ. qui sensus suos regunt omnes esse sacerdotes spiritu, atq; id rectè qui sacrificiu, spum contribulatu, offerunt DEO. Proindeq; alterum internum Regnu, ac sacerdotiu, alteriu externum esse oportere, vel. regnum cui obediendum præcipitur, et sacerdotiu quod per manuu impositionem cõfertur. Pari modo concludo spiritualiu nomine: omnes quidem esse spirituales inter nos, qui spiritu DEI aguntur: sed esse alios spirituales externos, qui spualia aliis ministrãt, iuxta illud Pauli. Si nos vobis spualia seminamus, magnu est si carnalia vrã metamus.

1 Petri 2.

1 Petri 2.

Joan. 10

Actuu 13.

1 Corin. 9.

Hîc cõcinq

Hîc concinis cantilenâ illam suauissimâ, et scopum illud totius philosophiæ vestræ; nempe abrogatum Ius sacerdotii Leuitici, de decimis, et bonis clericorũ, et quid illis in Ecclesia Noui testamenti debeatur. Quare aut in ea re, et paulò post, de matrimonio, et templis spoliandis adeò accuratus et diligens sis: satis conyciendum præbes, verùm alia doctrina et eloquentia ꝑditus fias oportet, antequã id mundo, quod vis, persuadere possis.

Itan' ais abrogatũ Ius de decimis et primitiis, quas Christus oportere non omittere dixit? Aut cùm Apostolis sub pedes bona omniũ proyciebantur? negas eos qui in locũ ipsorum successerunt, bona temporalia tractare et dispensare debere? At vt tibi maximè donem, nihil Christũ neq; Apostolos, de bonis et decimis statuisse, propterea q; illas dari non debere. Quo Euangelio, qua scriptura Canonica docebis et firmabis, prouectus Satrapũ, Nobiliũ, et laicorũ? dices, humanis legibus. Et nos, præter diuinas leges, etiam humanas habemus, quibus nihil possumus. quæ si in nostris nõ valent, qua ratione in laicorũ bonis valere debent? cùm nusquã scriptura diffinit, laicum habere, clericũ egere oportere. Nam si occinis mihi, Nolite possidere aurũ et argentũ in crumenis vestris. Recinã tibi vicissim. Sacculum, peram et gladiũ habendum. vt intelligas possidere aurũ et argentũ à Christo prohibitũ esse, nõ habere. illis quidem quos nõ possessores, sed dispensatores bonorũ esse voluit. Et proinde vt primũ cleri, ita deinde reliquorum omniũ ordinis secularis, prouentus et bona, vestrum in cõmune Euangelium, idq; cùm alibi in vicinia, tum in hac Ciuitate satis constat. Prætereo hîc, quod vellicas de palliis Romæ emptis,

Matth 23.

Matth 10

Luæ 22.

et missione huiusmodi: camq; veram esse missionē nō quærere quæ sua sunt: quasi id non peculiare sit nouorū Euangelistarū, non tantum sua, sed etiam aliena per seditiones et sacrilegia quærere.

Carpis iterum malè adductū locum Tren: 4. Ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis atq; spoliaberis etc. ad templa spoliata, et prophetæ diuersum dicere. Quid tum postea? annō licebit tandem, vti iam dixi, aliorsum dicta, allegoricæ sermoni accōmodare? Excusas templa spoliari posse licitè populi consensu, in vsus pauperū. atqui templa spoliari video, in vsus pauperum conuerti nihil video, vt iam maximè liceret suppellectilem Ecclesiæ auferre, et alio conuertere, q; fuerit voluntas eorū, qui, vt suam rem propriam, ministerio templi contulerūt. Alis longè aliud esse templū, quod Christianis ædificatur, quàm fuerit illud Salomonis. Id eodem in pede astans, ita exoluo, vt de Regno et sacerdotio Christianorū; nempe, oēs

2 Corin: 6 quidem fideles templum esse internū, iuxta illud. Templum DEI estis vos. Esse nihilominus et templum DEI externū

Matth 21 et manu factū, de quo Chrūs negociatores expulit, contestans eam domum suam, domū orationis futurā, et in quam cæci

Actuū 3. descendebant ad orandū. Tam friuolis captiunculis constat Rhetoricæ noui Euangelii.

Ad secundū Articulū Sermonis mei, vbi docui quid prædicandū esset, nempe Euangelium, non maledicta in præpositos Ecclesiæ et Principes; quibus solis tota doctrina et disciplina

nouorũ Apostolorũ differta est, vulgo cantilena gratissima. Etiam atq; etiam arguis, non illud agi debuisse, sed locum fuisse dicendi, aduersus traditiones humanas, quæ inuito Chro hactenus regnarunt in Ecclesia. Impudentiã singularem, qua authoritate pronunciãs, non tenendas humanas traditiones. cum præcipiat Christus obediendum sedentibus in Cathedra Moysi, quæcunq; iusserint? aut quo pacto, regnare tot seculis potuissent traditiones in Ecclesia, inuito Christo. quem caput Ecclesiæ præsens, "inuisibile, paulò ante dixisti? nisi illud sensu aut viribus hactenus caruisse omnino putes. Improbasse quidem scimus Chrũm traditiones humanas, sed eas duntaxat, quæ aduersabantur præceptis DEI. easdem et nos improbamus. Nunc præcepta et traditiones vniuersalis Ecclię, neq; pluris sunt apud Chrianos, quàm præcepta DEI, neq; illis aduersari possunt, quũ mgro Spiritu sancto sint tradita. Ita enim nos docuerũt Apostoli, statuentes in Synodo, non iuxta scripturã, sed quod visum erat Spiritui sancto, et ipsis, qui non minus hoĉs quàm posteri proceres Ecclesiæ fuerunt. Actuũ 15

licet

Mones deinde vindicandas esse cõscientias, à laqueis humani verbi, nempe à cõstitutionibus humanis, vt vnicuiq; quod libet liceret. Iste enim est, vt satis apparet, doctrinæ vestræ fructus. Soli verbo DEI ipsas cõscientias subyciendas, nempe ipsissimo errori, si ipsum verbum DEI cuiq; arbitratu suo interpretari licet, extra procerũ Ecclesiæ iudiciũ et authoritatem, vt nũc fit etiam à Mimis et psaltriis. Hortari explodendos mendaces magistros: atq; id cum ago, cum hæreses

inualuisse clamo, quasi non sit cur clametur vituperas. Ais Christum et Prophetas acriter perstrinxisse hoc genus hominũ, quales sunt Ecclesiastici nostri. Christum quidem potuis se, cui corda hominũ patebant, phariseos, hyppocritas, et alio quouis modo vocare. Similiter prophetas, quibus absondita reuelabantur. At tibi tuisq; Euangelistis, quî rogo licet cõtra

Matth 7. scripturã. Nolite iudicare. Non hyppocritas modò, sed etiam sexcenta eo deteriora conuicia ingerere presbiteris. Monachis

Matth 22. maledicere Prælatis Ecclesiæ, contra illud. Principi populi

Act 23 tui ne maledixeris. Cùm et Apostolus pœnituerit contumeliã Pontifici per ignorantiam dixisse. Subiungis hîc videre te sermonem DEI mihi deesse, et pariter de virtute mea desperas. Sermo DEI et virtus hominũ, ex fructu et operibus suis cognoscuntur. Videt itaq; iam mundus plus satis, an sermo vr et vita vestra magis ex Deo sit quàm nostra, et videbit latius in posterum.

Postremò non temperas iterum à conuicio, mquis. Scripturam à me adulterari; cuin locis plurimis, tum his duobus sequentibus. Primo, quòd fornicationem apud Paulũ, talem qualis

1 Cor. 5 nec inter gentes esset, trahã in connubia Monachorum et Monacharum. Quæso te an id non monstri est simile quod nunc agi videmus? Vbi legisti à Christo nato, vel Monachũ vel sacerdotem vxorem duxisse? nisi nunc primùm in vestro grege et Euangelistis? vbi votũ DEO factũ violare concessũ est? quod et hominibus seruandum esse præcipitur.
Dicis frustra nobis occini à Paulo. propter fornicationem

vnusquisq; vxorem suam habeat. Honorabile coniugiu inter omnes et thorus immaculatus. Adulteros et fornicatores iudicabit DEVS. Doctrinam diabolicam prohibentiu nubere. Immo frustra vobis idem Paulus occinit. Bonu est mulierem non tangere. Qui vxorem habet sollicitus est quæ vxoris sut. De virginibus præceptum non habeo, consilium autem do. Iuniores damnandas, quæ prima vota irrita fecerut. Sed et Christum minus recte comendasse Eunuchos, qui se causa regni cœlestis castrauerut. et alia id genus innumera pro votis et cœlibatu. Non itaq; suadet Aplus mi homo, vt semel dicaŭ, connubiu, sed fornicatoribus. Non prohibet Ecclesia cuiquaŭ nuptias, sed votu violare prohibet, immo non adeo Ecclesia, q; omnis scriptura sacra. Rides subinde hmoi votu, quod libidine quantuuis fœda non violatur, coniugio casto violari. immo ipse tecu rideo, si vt blattis, vel potius impiissime fingis hoc modo non violatur.

SEcundo idq; vltimo, taxas à me no appositè declaratum illud Pauli. Ô insensati Galatæ, quis vos fascinauit, etc. de electis sacrariis et Sacramento. inibiq; post censorias tuas et merè Paulinas, vt tibi videtur, argutias, tandem concludis. Nemine ignorare Christu corpus et sanguine suum instituisse, tantum ad sumendu, non ad dimidiandu, nec sacrificandu, nec reponendu ac circumferendu. Immo nemo ignorat bonu Christianu secus credere debere. Nam tria fecit Christus in instituendo Sacramentu ipsum. vt dicam breuiter. Primo confecit ex pane corpus suum. secundo declarauit ad quid illud confecerit, nempe ad

Gala. 3.

offerendu', quod pro vobis tradetur, Et Paulus Græcè, ac Ambrosius latinè, quod pro vobis frangitur: vt intelligere possis non de vna tantu oblatione in cruce, sed de aliis mysticis sacrificiis pro peccatis dici. Tertio sumendum distribuit. Non dixit itaq; concludens, hoc sumite, sed hoc facite in mei commemorationem, nempe id totu quod ipse fecit, conficite, offerte et sumite. Sed quid ego semen arenæ mádo? quid in his nugis refellendis proicio margaritas, vt scriptura vetat, quasi non sit quod me occupet aliud. Igitur hic finis responsionis esto huius, in qua etiam septem horas integras collocatas pœnitet. Tu vale quisquis es, et meméto post hac melius ad rem, vel saltem comptius scribere. Disce non de verbo DEI, quod omnes suspicimus et tenemus, sed de sensu et interptatione dissidium nobis esse. Contra communem vero opinionem sapere, desipere esse ait Varro.

Reuerendo pri Petro epo Lacedemoniensi. Joannes Poliander. Gratiã ac pacem optat à domino.

Illmo Principi Alberto dño meo clemenmo, instructionẽ quandã scripseram pater Rnde, super sermone tuo, in illud Marci vltõ. Euntes in mundũ vniuersũ, prædicate Euangeliũ etc. id quod reg ita postulabat. Verum non in tuam R. Ptem scripsi, alioqui nuncupatim et præfixo meo nomine id facturus. Neq habet ea instructio vlla conuicia, morsus aut dentes, nisi quatenus ipsa veritas teneras possit mordere auriculas, quod ego certè præstare non potui, nec debui. At video tamen Rdæ Pti tuæ, omnia quæ scripsi, postquam ad manus tuas peruenerũt, pro meris conuiciis habita, quod equidem minimè futurũ sperabã, et recepi indignam à tua R. Pte talionem. Apologiam vẽt plus satis Tragicã: qua cùm sermonẽ illum tuũ malè defendas, me tamen tanq nihili hominẽ, quamuis inuictũ adhuc velut è sublimi despicis. Censui itaq breuibus respondendum, vt videat Rda Ptas tua veritati sua non deesse præsidia. Sed hîc Rdam Ptem tuam per Christum oro et obtestor, vt si quid acrimoniæ et dentiũ habere videbitur hæc responsio: id nõ meo ingenio tribuat, sed tuæ potius Pti Rdæ, quæ mihi sic præeiuit, deinde vt Rda Ptas tua boni consulat, obmissos à me in responsionis contextu titulos, quippe, qui parum ad rem facturi erant, et tamen sermoni latino, qui mihi alioqui impurior fluit, nonnihil externũ allaturi, animũ autem, Christo teste,

polliceor Rdæ Ptis tuæ reuerenter amantem, modò veritati suus honor non labefactetur. Sed ad rem.

Principiò quod dicis tantũ fuisse breuem sũmam sermonis tui in libello misso ad Principem Illmum. id certè nihil obest causæ tuæ, vt tu videri vis. Nam sola hypothesis missa minus habuit quod repræhenderetur: et tamen plus satis vt ita expedierit tibi, non addita fuisse omnia quæ inter declamandũ et explanandũ dicta sunt. Sed tamen ita hæc cõmemorans, quasi pauca illa sic nudè notata munitiora fuissent et minus repræhensioni obnoxia, si eo modo descripta fuissent quo abs te tractata fuerãt. Cuius præsidii planè in progressu Apologiæ obliuisceris, immò nusquã eo vti potes, vt frustra illud in fronte ostentaris.

Mox de libello tuo, quem homini, inter Hiericho et Hierusalẽ, vulnerato comparas, planè rem peruertis. Nam quem tu ipẽ parum sanũ, et non recentibus vulneribus, sed corruptis et contagiosis apostematibus scatentem, extruseras, eum nos miserati sumus, et adhibito non tam vino q̃ oleo curandum suscepimus, veritate, medicati sumus his quæ vana erãt, synceritate, his quæ adulterina, opem tulimus. Hic tu ægroto furioso similis, irruis in medicũ tanquã hostem perniciosissimum, quicquid dicit calumnias vocas et probra, iuuandi studiũ colaphos appellas, et tantùm dentibus non dilanias, de te benemereri cupientem. Et tamen, si Dys placet, tibi totus sine felle, sine aculeis esse videris: me verò omniũ facis maledicentissimũ: et vt vbiq; tui similis sis, totum eum ordinem,

quem mece farinæ vocas, eodem aceto aſpergis. Cùmprimis autem admirationi fuit, quòd tam ſubitò ex Theologo non admodum latino, tam dicax Rhetor nobis euaſeris, cui nihil tam rectè dictu occurrat, quod non arte tentet deprauare. quale inter plurima eſt illud, vbi me Græculi nomine his naſo ſuſpendis. mirum quòd non addideris eſurientem, cùm ego vocem ſcripturæ ἀφεκτικὸς, ex Capite quarto Hebr. non ſine cauſa prætulerim latini codicis vocabulo, id quod vel elementarius quisquam facilè poſſit intelligere, proinde nequaquam hoc nomine tanquam vanus oſtentator græcitatis traduendus eram.

Sed iam Chriſti exemplo calumnias negligere incipis, doctrinam verò vis tueri, vtrumq; nimirum pari fœlicitate præſtaturus, vt videbimus.

Primo itaq; ſub meo titulo acriter flagellas Paulum, qui chriſtum an aliquanto q; tuus ſermo habeat efficatius, auſus ſit commendare Eccleſiæ, tanq; caput membris præſentiſſimum: mox q; bellus artifex ſumpta vtcunq; occaſione à capite inuiſibili ad viſibile deſcendis, cuius prædicandi tibi longè maiorem curam eſſe declaras. hîc ergo in tua harena non ſine delitijs verſaris, facisq; nobis tua illa ſublimi authoritate Eccleſiam viſibilem, qua nos miſeri et indocti homunciones hucuſq; credidimus, inter articulos fidei tanquam inuiſibile corpus inuiſibilis capitis.

Deinde aſſingis ei portentoſum de tuo capite caput, quod ſcripturæ ignorat dicentes. Nemo glorietur in hominibus, omnia

enim vestra sint siue Paulus siue Apollo, siue Cephæ, nos aũt
Christi; et tamen scripturas quasdam mirando quodam stupore,
tanquã tuæ sententiæ patrocinantes adducis, quæ nihil prorsus
habent cum capite tuo quod somnias cõmune. Vt enim donẽ
tibi Petrum in scripturis vbiq; significare Romanũ Pontificẽ.
rem scilicet absurdissimam, et scripturæ priscis interpretibus
incognitã, tamen quo modo tu pascere, et clauibus acceptis
(id est, Euangelii verbo) soluere credentes, ligare incre-
dulos, imaginaris idem esse, quod caput visibile esse, vt ne
Matth 16 dicam, quod confessio Petri, omniũ est Apostolorũ, vt ex inter-
rogatione ad omnes facta liquet. Proinde etiam promissio
illa ibidem Petro facta, omnibus post Apostolis præstatur.
Joannis 21. et Ecclesiæ. Matthæi 18.
Joan. 21 Similiter q̃d trinũ illud Christi verbũ ad Petrũ, plærunq;
à patribus Ecclesiasticis, ad imbecillitatem Petri, qui ter
negauerit, non ad primatũ aliquem refertur. Sed neq; licet
intelligi Petrũ his verbis statui vniuersalis Ecclię pastorẽ,
non solùm quòd nullã velit Christus inter suos Apostolos maio-
Gala. 2. ritatem, sed etiam quia apertè tribuitur Petro Apostolatus
Circumcisionis, Paulo verò aplãtus gentiũ. Qua igr fronte
facis tu nobis Romanũ Pontificem, vel petram, vel Eccam
contra quã portæ inferorũ prævalere non possint? Missas
fac quæso tandem istas nugas dudum ex omnibus theatris
explosas, et ad saniora animũ adhibe. Non negamus tamẽ
Romano Pontifici suum quendã humano consensu inter Epos
primatũ, modò eo rectè vtatur. Caput verò et fundamentũ
Ecclesiæ aliud non nouimus, nisi Christum. Satis benè habẽt

res Pontificiũ, si sunt inter membra huius corporis. Non est qđ vicaria capita esse laborent, nisi velint esse Antichristiana. Vide nũc obsecro, quàm malè quadret, cùm tu impatienter feras me ex Paulo pleniùs tractantem Christi ascensionem, q̃m tu tractâras: et tamen ferendũ te putas, qui tam multa Paulo de alieno illo tuo capite superadderis.

Deinde quod ad parabolam attinet, de operariis in vineã missis, dum veritati nõ cedis, eò delaberis, vt operarios illos primo mane in vineã conductos, quos tu Prophetas priscos intelligis, cogaris damnare, tanq̃m murmurantes, inuidos, de suo opere præ aliis gloriantes, et ex primis facere nouissimos, id est, nullos, ac vocatos quidem dicere, verùm non electos. Vides igitur, quàd nihil ad missionẽ prædicatoriũ hæc parabola attineat, et quàm rectè ego tractârim eos, qui præ cæteris gloriantur se pondus diei et æstum portâsse, qui ex primis fiunt nouissimi.

Præterea nimis quàm ridiculus est conatus tuus, dũ Pauli nũ illud de exuendo veteri, et induendo nouo homine, tanq̃m rectè abs te vsurpatũ cupis tueri, quasi tu possis Allegoriis et figuratis scripturæ locutionibus quemuis sensũ induere, et sic in scripturis ludere ad libitũ, cùm aliâs vbiq̃ occinatis nobis patrũ interptationes amplectendas, non mi exoticũ sensum detorquendas scripturas.

Magis etiam mepta sunt quæ sequuntur pro vindicanda

Episcoporū et Cleri Spiritualissima ſpiritualitate. quibus equidem
ex animo Christi ſpiritū opto: ſed pernego ſic ludendos eſſe fictis
nominibus, immo contemnendos ab eis alios Christianos.
Audi igitur quàm bellè rhetoriceris hoc loco, et quàm fortiter
me imperitū Rhetorem (id quod libenter ignoſco) con-
ſtringas. ſic enim ferè colligis. Petrus nos omnes vocat regale
ſacerdotium: et tamen ſunt externi Reges quidam et Duces
ab interno illo Regno longè diuerſi, quibus iubet obedire ſcri-
ptura. Par ergo ratio eſt vt in ſacerdotibus, ſic etiam in ſpūalibus.
Jam vt præteream, quæ de Christianorū Regno, philoſophicè
magis quàm theologicè dicis, et quod planè communi ſenſui
repugnat, eſſe ſpūales externos, vt neutiquā ſimile ſit de Re-
gibus et ſacerdotibus. hoc tantū dico. Apoſtolos loqui de Regibus
et Magiſtratibus externis, nullo chriſtianiſmi reſpectu:
nempe etiam ſi non ſint Chriſtiani, vt tum erant plerique omnes
vt longè diſtinctum ſit hoc mundanum Regnū, à Chriſtiano
Regno ſpirituali. Si itaq; ad eundem modum externos ſacer-
dotes et ſpirituales vos quoq; vocari permittis, non repugno.
quippe qui in Chriſti Regno, neq; veri ſacerdotes, neq; ſpūales
ſitis, niſi quatenus à viis veſtris declinantes, ad eam vnicam
viam vertamini, qua ſola ad ſpiritum mortificantem et viui-
ficantem peruenitur. Quid igitur delectaris prophanis vocū
vanitatibus? ignorat ſcriptura alios ſpirituales, quàm qui
ſpūm DEI habent. ignorat poſt Chriſtum aliud q̄ſ ſpirituale
internū ſacerdotium. Verùm externos nouit miniſtros verbi,

quorū

quorum Ordines enumerat Apostolus, sacerdotes aut seu sacrificulos non nouit. Proinde vehementer miror, qua fronte tantum Monachorum. vicariorum. Canonicorum. Eporum, gregem, audeas hoc nomine venditare Ecclesiæ, quòd spiritalia seminent: ideoq; digni sint qui vicissim carnalia metant. His scilicet authoribus discamus Paulinas sententias interpretari, hoc est veterum et Ecclesiæ interpretationem sequi. Eph: 4 1 Corin: 9

Post tibi vehementer places, vbi vniuersum scopum, vt inquis, philosophiæ nostræ versas et conuellis, nempe de abrogato Iure veteris sacerdotii, de matrimonio præsbiterorum, de spoliandis templis. Dicisq; hanc cantilenam tibi frustra cani, mirum cui cordi est questuosum illud sacerdotium, nondum forte displicet impurus cœlibatus. ac pulchrum videtur in templis et aris, aucupia quædam, tanq; in areis exercere. At hoc est quod ego doleo, vos tam obturatis esse auribus et animis, vt hæc crassa non velitis aut possitis capere. Sic autem efferuescis hoc loco, vt nullam prorsus rationem habeas eorum quæ ego hîc scripsi, sed nescio quem aliud Antagonistam oppugnes imaginarium. Nam ego expresse verbis concedo, spiritalibus istis, quos vocas, communiter cum omnibus Christianis, quouis iusto titulo, quantaslibet possessiones etc. Quanta igitur, bone DEVS, calumnia est, vbi dicis, eò tendere nostrum Euangelium, vt paulatim etiam omnium secularium Ordinum, prouentus et bona hoc prætextu inuadamus, et quòd nihil horum, quæ de vera missione, contra empticiam vestram dixi, in nouos Euangelistas, vt vocas, conueniat, sed quòd hi verè sint, qui sua quærant etiam per seditiones et sacrilegia.

Porrò perquàm bellum est, quod in hoc Articulo vestras decimas
Matth 23 Christi verbo confirmas, haec oportet facere illa non obmittere. quin
potius illud adijciendum consulo. vt instructiores sitis, nempe.
Matth 5. Nisi abundauerit iustitia vestra plus q̃ scribarũ et pharisæorum &c.
Ergo vbi illi decimas, primitias, et alias oblationes exoluerit
sacerdotibus et leuitis, oportet etiam Christianos plura suis red-
dere sacrificulis. Sic sic agite partes vestras, imponite onera
grauia hominibus, et percutite conseruos vestros, quia tardat
venire dominus.

Capite 4. Locum Trenorũ fateris te contra Prophetæ sententiã vsurpâsse,
sed licere id tibi, oblitus, quod germanam scripturæ sententiã
iuxta patrũ traditionem censes alioqui seruandam omnibus, et
nihil suo Marte addendum. Cæterùm quòd pergis agere pa-
tronum lapidum et lignorum, quas primò Ecclesias, nùc literatior
factus, templa vocas: nihil moror, cùm nihil responderis ad
Actuũ 7. ea quæ sunt copiosè contra templum illud Hierosolimitanum
à Diuo Stephano dicta, vt certè ad illius imaginem non
possis nostra templa referre, nec scripturæ locus de eo templo
dictos nostris templis aptare. Quasi verò lex hoc modo vmbra
habuerit futurorum bonorum, vt vnum externum apud Iudæos
templum, multò plurima apud Christianos præfiguraret, quod
certè ridiculum dictu fuerit. I nunc et friuolis captiun-
culis constare dicito noui Euangelii Rhetoricen, aut si mauis
increpa Apostolos, qui nihil tale de nouis templis prodiderit,
re scilicet tam necessaria. Sed repeto tamen hoc loco ea quæ
ante dixi, de templorum apud Christianos vsu.

Vbi ad secundum sermonis tui Articulum asserendum accingeris, fiunt posteriora deteriora prioribus. Sic enim patrocinaris traditionibus, vt Christus frustra dixerit prædicandum Euangelium, et quæcunq; ipse præceperit. Cur igitur finxisti te hoc verbum explicare, quod omnibus modis impugnare statuisti? Nam in eam sententiam veteris alio Christi verbo. Super Cathedra Moysi sederũt scribæ et pharisæi. quæcunq; dixerint facite, etc. quasi scilicet, siue Christũ, siue quidlibet prædicantibus indiscriminatim auscultandum sit, vt iam non opus sit attendere à falsis prophetis. Sed nescis quid sit sedere super Cathedra Moysi. Nempe docere legem DEI, non suum verbum, vt est eadem sententia Deutero. XVII°. Alienos enim non audiunt oues. Quod autem negas traditiones humanas in Ecclesia regnare potuisse inuito Christo, quid aliud est, quàm negare DEVM vnum esse et omnipotentem, nisi omnia in mundo, aut si mauis christiano orbe gerantur, iuxta ipsius legem et voluntatem? An mendaces facimus Christũ et Apostolos, qui non semel talem nouissimorũ temporũ cæcitatem fore prædixerunt. Cœperũt autem nouissima tempora, à prædicato statim Euangelio, viuentibus etiamnum Apostolis, vt Ioannes apertè testatur, ne sera nimis secula imaginemur. Verùm dicis te quoq; cum Christo improbare traditiones verbo DEI aduersantes, tales autem nequaquam esse vestras Ecclesiæ vniuersalis traditiones. Hîc ego respondeo. Si traditiones sunt hmoi, vt verbo DEI non aduersentur. id est. verbi testimoniũ habeant, iam no sunt traditiones neq; contemnendæ, neq; ego puto nobis vllam de talibus esse controuersiam. Si verò præter scripturas sunt, iam satis contra scripturas sunt. Nam huic verbo, tanquã DEI

Matth 23

testamento, nihil licet addere, nihil auferre. Quòd si iuxta scripturæ Canonem omnia omnium hominum verba scripta et consuetudines in his quæ religionis sunt iudicari oportet, id quod plurimis locis testatur ipsa scriptura. Testantur etiam Ecclesiastici patres, certè non obscurum erit quales sint venales indulgentiæ Romanenses, delectus ciborum, lex cœlibatus clericalis, quæstus ex mortuis, vota monastica et similia. Et miror an horum aliquid audeas Ecclesiæ vniuersalis traditionem appellare, pro quibus tamen hodie ferè sæuitur, dum interim diuinæ legis contemptus pacienter tolleratur, vt nemo negare possit traditiones pluris fieri ab istis, quàm DEI præcepta.

Pulchrè verò nobis arma ministras contra tuas traditiones vbi primùm Apostolorum Synodum citas, quæ leges ad pacē eorum temporeū idoneas præscripsit authore Spiritu sancto. Hîc patienter audias obsecro, si fortè det dominus vt veritatē agnoscas, primùm nihil valet illatio. Apostoli suæ Prophetæ fuerunt homines, et scripserunt ac tradiderunt nobis multa, quæ ex Spiritu sancto non dubitamus. Ergo idem sentiendum de posteris. Nam hîc reclamat vniuersa Christi Ecclesia, quæ de omni alioru verbo et spiritu iudicat, secundum Prophetas et Apostolicas trās. nequaquam aut contra. Vnde prorsus impiè scribis, vbi innuis, posteris Ecclesiæ proceribus (sic enim loqueris) non minus fidei habendum quàm Apostolis. Secundo obserua. quod Apostoli iuxta scripturam (quod tu cur neges nō video) eas leges condiderunt, subycientes se legis abrogatæ seruituti, in immolaticiis, suffocato et sanguine, vt ad tempus seruirent infirmis, qui tam subitò à diuina lege auelli non poterant.

Actorū 15

Præterea in confesso est eam Aplicæ Synodi sanctionem nõ ha:
buisse tum diuturnũ robur in his quæ intrant in os discernẽdis.
sed tantùm ea parte qua prohibetur fornicatio, cùm ea lex non sit
ex ceremonialibus. Proinde etiam Paulus huius constitutionis
Synodalis ferè interprætem agens, solam fornicationem vetat,
cætera quæ ad cibum pertinent rursus libera facit. 1 Cor: 6.
Hinc ergo disce quantum ponderis habere debeãt meræ humanæ
traditiones in Ecclia. Neq; tamen hæc eò pertinent, vt tu calumniaris,
quòd velimus vnicuiq; licere quod libeat. An non putas igr
ad licentiam malorum frenandam sufficere leges DEI, et Ciuiles
insuper leges ac Magistratus gladium, quæ omnia sũmo studio
cõmendamus. Sed qui hoc crederes, cùm appellas
verbum DEI ipsissimũ errorem, cui soli non sint subyciendæ con:
scientiæ, nisi iuxta procerũ Ecclesiæ iudicium et authoritatem
intelligatur. Ô vocem non Epõ sed Sathana dignam. Nolũt
hoc Ecclesiastici patres, id quod ego abundè docere possum.
nisi fortè vos illi proceres estis, quorum iudicium quale sit in scri:
pturis nemo ferè est qui ignoret. vt non imeritò dicamus sermonẽ
DEI vobis deesse; ac proinde periculum esse de virtute. qntũuis
etiam clametis vos esse Catholicos, nos verò hæreticos iudicãs,
liberos Christi seruos secundũ vestras traditiones, cùm nobis
non permittatis vestram peruersam doctrinã et impiã conscien:
tiarum Tyrannidem prodere Ecclesiæ, secundũ scripturæ iudiciũ.
Nam paucos esse puto, eosq; non probo, quos iuuet priuatã cuiusq;
vitam publicè insectari, neq; tamen ideo verbi minister pro male:
dico habendus est. si ex scripturis publica omnium ordinũ vitia
corripiat, cùm sit constitutus super gentes et Regna, vt euellat,

et destruat, dissperdat et dissipet, edificet et plantet. Quantũ aute pœnituerit Paulum verbi sui duriũs in summũ Pontificem dicti, tu videris. Equidem puto Paulũ non ignorasse quis haberetur in Concilii consessu Pontifex, sed pro sũmo sacerdote eũ nõ agnouisse.

Quæ sequuntur de loco Pauli. Omnio auditur inter vos fornicatiõ etc vere sunt Episcopalia, id est, authoritate ordinaria dicta: alioquin nihil habitura ponderis. Audes enim primò conuicium appellare quod ego verissimè dixi, nempe hoc Paulinũ abs te esse adulteratũ, et aliò longè detortũ quàm voluerit Paulus. id quod vel tu ipse negare non potes. Sic scilicet tractandæ sunt scripturæ, iuxta Eccl^æ authoritatem, id est, vestra cogita. Et qui dicis, cur non appellarem ista noua coniugia, maudita fornicatione, quæ à Chro nato nunquam sunt audita, ꝙ in istis nunc Euangelistis? Nec tu probè tenes historias omnes, et nosti annales non secus atq; tuos digitos. Verùm audi rem hanc, quod minimè putaras, longè aliter habere. Primò. Monachorũ olim institutũ et viuendi ratio, nihil pene habuit cõmune cum hodierna, et proximorũ aliquot seculorũ, monasticæ. id quod vel ex solo Hieronymo satis colligi potest: et non tacuit in Annotationibus suis Erasmus Roterodamus. Deinde quod ad præsbiteros attinet. Ecclesia annis plus mille post Chrũm passũ in vsu habuit eorum Coniugia, etiam post ordinationem contracta. Si quidem notissimæ sunt historiæ apud Sigibertũ; item Ottonẽ Epũm Frisingensem, et insuper apud Nauclerũ recentiorem, qui rem accuratius ex Hirsfeldensis Monachi Chronicis persequitur. de Gregorio Septimo, qui reclamantibus præsbiteris, et exscripturis rei periculũ indicantibus. primus cœpit exigere hunc

cælibatu. statuitq; ne quis deinceps maioribus ordinibus initiaret, nisi primùm abiurasset contrahendum matrimoniu. Cùm itaq; multis annis repugnatu esset huic legi à spiritu erroru profectæ, vt Paulus præmonuerat, tandem prævaluit cæcitas et habendi amor. eoq; demẽtiæ redacti sumus, vt creditu sit hanc cælibatus legem à Calixto quodam priscis seculis latam esse. immo etiam plus deliranres Theologistæ dixerunt, ordinem et matrimoniu esse sacramenta incompatibilia. Iam vide quale sit hoc votu quod tantopere iactas, impiè scilicet exactu et stultè promissu, ab his quibus non est datu continere, non secus atq; volare. Hi verò quibꝰ hoc donu contigit consiliis Pauli, quæ tu contra te citas duci debent. non voto astringi, quando apostolus Paulus non audet illis inijcere laqueum. Longè igitur diuersu est continentiam cõmendare his quibus est datum: qui tamen et ipsi coniugium amplecti possent, et ferre legem continentiæ in tam numerosu hominu ordinem, eundemq; ociosum et saturu, qui quàm sint hoc dono ꝓditi, quàm absint ab inconcesse libidinis periculo, totus orbis Christianus nouit. Et tamen hîc libenter conniuent Episcopi, vbi votu cũ diuinæ simul et humanæ legis transgressione violatur, vt planè pro non violato habeant. Vbi verò diuina lege iubente, et humana vetante. DEO plus obeditur quàm hominibus, proq; seruanda castitate coniux ducitur, ibi votum hoc pessimè violatu est. Hîc animaduerti oportet pro honore Ecclesiæ, hîc subinde nouæ pœnæ inueniendæ sunt, vt hæc noua hæresis tollatur. Ô tenebras plus q̃ Ægyptias.

In fine ne videaris illud Pauli de proscripto à Galatis Christo, nõ suo sensu tractasse. Multa dicis et nihil non intelligis. intelligẽdu q; doces in verbo Christi. hoc facite: nempe, conficite, offerte, sumite,

et tamen nondum sequitur proscriptum esse Chrum, quando ven^le Sacramentum Eucharistiæ non reponitur in sacrariis, nisi tribus verbis prædictis, addas hoc quartum, reponite, quod eadem autho: ritate facias licebit, qua cætera dicis et facis. Sed vnu interim quæro abs te, num Chrus in cœna se sacrificauerit, quod certè no dices. Quid itaq nos facere audemus, quod ipse tum non fecit? Nam quod in Cruce post fecit sacerdos pariter et hostia, quis hominu quæso faciet? Alterum superest, vt si vnicu hoc sacramentum vnica tantu ratione, semel à Christo institutu offerri seu sacrificari debet, necesse est, vt nullo discrimine ab omnibus sumentibus sacrificetur. Aut quod res est, si à populo non offertur, certè neq à præsbiteris offertur. Memoria verò sacrificii illius vnici hoc sacramento nobis comendatam non ignoramus.

Iam opinor ex bona parte patere, modò iudex contingat medio: criter æquus, vter nostrum melius ad rem scribat, vter germano sacræ scripturæ sensu nitatur. Vincit veritas, no opinio neq cosuetudo.

Ioanni Poliandro
Petrus Epus Lacedemonensis

Compares tandem, Cui sermonē meum corrigere, et Censoriā virgulam in me sumere visum est. Atq; ita compares, vt post præfatam, ceu vir Apostolicus, gratiam et pacem à dño, post Rndas paternitates quas intermisces, post amorem quem in me præ tefers, huc tandem tua omnis redit farrago, vt ego malum sermonē meū peius defenderim. Tu libellum meum saucium, et apostematibus scatentem miseratus curandum susceperis. et mea vana, tua veritate medicatus sis. Ego furiosus æger, tu salutaris medicus. Ego ineptus, insulsus, somnians, imaginans. deniq; vocem nō Episcopo sed Sathana dignam. Tu de scripturis, deq; germano earū sensu. veluti ex Tripode pronuncias. Talis est igitur gratia et pax à te præfata, qualis fuit illa, Aue rabbi. Et qui Poliandrū inprimis vocauit, rectiùs Poliandrion dixisset, tam pulchrè competit in te illud. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebāt, venenum aspidum sub labiis eorū. Et proinde nolo tecū amplius contendere hac Rhetorica mi frater, habeto hanc palmā in solidum, quam et ante tibi contuli. alioqui quod ad rationes tuas attinet, quid facilius fuerit, quàm omnes in vniuersum tuo ipsius spiritu difflare? nempe hoc perperam est dictū, illud ineptè adductū, id non ita intelligi debet, non eorsum dixit Christus, non hoc voluit Apostolus, et id genus solutionibus vestris. verū ne tuo more iactare victoriā possis, meq; non quasi pertesum tuæ, sine modo et ratione, miscellaneæ, sed veluti prostratū in triumphū ageres, neue vlterius te excruciares euoluendis tot libris, quos per hos dies excussisti, et in compilandis his neniis, quas, dispereā,

si ipsemet intelligis. huc vnum cardinem tibi proponendu duxi. in quo omnis concertatio nostra vertitur, hunc mihi nodum ante omnia dissolue, de reliquis facilius inter nos congruet.

Aut clarum est per se verbum Dei, aut interpretatione indiget? si clarum est, vnde tot hæreses et scysmata. quæ ab initio hactenus fuerunt, nascebantur? Ad quid tot Commentaria et Annotationes? quæ cùm à priscis clarissimis viris edita sint, tum à vestris Euangelistis assidiè eduntur? vel vt ad nos ipsos rem referam. Vnde hæc inter me et te disceptatio? vterq; enim nostrum verbum DEI citat, et vterq; alter alteri malè intelligere et perperam interpretari videmur. Si verò est vt interpretatione indigeat? Cui id Juris facies? Omnibus, nihil prorsus certi habebimus, quot enim capita tot sensus. Si aliquibus, id quis deliget? quis, quod rectum et germanum est, discernet? Scriptura non potest quam pro se quisq; allegat, et in suum sensum trahit. Spiritus non minus, quem quisq; iactare potest. et sæpè fit, vt spus Sathanæ in Angelum lucis se transformet. Quo itaq; ego te, aut tu me rediges sine scopo et iudice? oportet enim aliquem esse disputationis finem. igitur ter quaterq; aio et assero. Verbum DEI absq; authoritate iudicio vnius Ecclesiæ, vniusq; in Eccliæ vice Christi præsidentis, ipsissimum esse errorem et hæresim. I nunc et stolide vociferare. O vocem non Episcopo sed Sathana dignam. Nam vt in veteri lege, non scriptura fuit Judex, non spiritus, sed summus sacerdos, sic et in nouo testamento, et in Ecclesia sancta Catholica, vnum caput visibile, vnum pastorem, vnum Judicem recte asserui, non de meo affingens, vt garris, sed testimonio Euangelii fungens, sed Actis Apostolorum probans. Sic enim Actuum 15 Petrus de sua ipsius in Ecclesia et scripturis præfectura et iudicio

testatur, quod ab initio ordinatus sit, vt per os eius audirent gentes verbum Euangelii crederentq3. Testatur idem Cyprianus simul antiquissimus et sanctissimus authors, non aliunde oriri haereses, nisi cum sacerdoti DEI non obeditur, neq3 vnus esse in Ecclesia vice Christi creditur, idq3 de Romano aut pontifice. Eiusmodi sexcentu testimonia clarissimoru scriptorum et Conciliorum adducere tibi possem, vt vanissimu sit quod futiliter, vt reliqua omnia, dicis, re esse absurdissima, et priscis scriptoribus incognitu, quod de visibili et ministeriali in Ecclesia capite protulerim. Hanc mea, immo totius Ecclesiae Catholicae, sententiam communicas primum, et tua tuorumq3 Cynicoru meliorem esse, non contemptu et conuitijs, sed ratione et authoritate, sine qua hactenus cornicatus es, doce. aut potius de Constructione, qua tibi opus est, quam de Gaeris literis grammatista disputes.

Ioannes Poliander

R^ndo patri Petro Epo Lacedemonen^. Gratia^ et pace.

TEmpus est, vt vela contrahamus pater R^nde. Eò enim exit disputatio nostra, vt ex gratia et pace fiat, Aue Rabbi, ex Poliandro Poliandrion, et vt tandem magno supercilio me nihili hominem in scholas detrudas ad Constructiones discendas, cùm tamen mihi quoq; licuerit, aliquando, si libuisset, magno Episcopo esse à suffragiis, non secus atq; tu nunc es, Sed nihil refert Poliandru^ contemni, modò inuicta stet solida veritas quam scripsit. Nam nihil planè eorum quæ in meis scriptis sunt confutasti, nec cõfutabis vnqua^. Sed cùmprimis pulchrum est, quod dicor me exercuisse per aliquot dies excutiendis libris, quòdq; emendicatas illas nenias ipse quoq; non intelligam, cùm hæc omnia quæ ad te iam tertio scripsi, tredecim nõ amplius horis absoluerim, nec vllis su^ in hac re codicibus præter Biblia, imò ne comitatus quidem aliis libris excepto vno exiguo, in quo mea manu has Cypriani sententias inter cætera notatas habeo. ex quibus tu vnam in hac nouissima charta tua citas particula^. Quid enim ad me, quòd ea tu, quæ ante scripsisti serò ad me peruenerũt, et mea quoq; inuicem æquè serò ad te perlata sunt. Nunc aũt compendiosius rem curabo, et paucis, ad nodum, quem mihi proponis respondeo. Cum em sic formas nectisq;, vt planè sequatur inutiles, immò fugiendas esse scripturas. Nam cùm patrum interptationes non ad omnia suppetant, deinde nõ raro in explicandis scripturis inter se dissentiat. sæpè etiam idem author à seipso dissideat, vt non sit vnde certam

opem

opem petere possis. Quid igitur reliqui est quàm vt abyciendæ sint ex omniu manibus scripturæ, quippe quas noxiu sit tractare sine patrum interpretatione, vt scilicet, sublato hoc Canone, liberè doceat Gathan quæ velit. Verùm longè aliud sensit Augustinus cùm dicit. Non audiamus, hæc dico hæc dicis, sed hæc dicit dominus. Sunt certi libri dominici, quorum authoritati vtriq; consentimus, vtriq; credimus, vtriq; seruimus, ibi quæramus Ecclesiam, ibi discutiamus causam nostram. Non dicit eamus ad patres. Non habet scripturam tam suspectu, vt nunc fit. Quæ enim obsecro scripturæ culpa est, quòd multi ea abusi sunt et hodie abutuntur. Igne quid vtilius, ait ille, si quis tamen vrere tecta apparat, audaces instruit igne manus. Sed nonne idem periculum erit in patrum scriptis. ? An potuerunt illi cautius scribere, quàm spus sanctus in scripturis canonicis, eadem igitur ratione neq; patres legendi venient. Porrò vt nihil sint ea quæ dixi, hoc vnum tamen expendè, quòd hac ratione scripturas facimus Ecclie prorsus mutiles. Ante mille annos, vbi vix in vno angulo erant Origenis Commentarii quidam pauculi, et ante Origenem fere nulli. Præterea vel in hoc certamine nostro facilè liquet, expensis tantùm vtriq; scripturis, quas diuersa ratione tractamus, ab vtra parte stet veritas, etiam vt nullæ vnquam scripturæ interpretes, vel iota nobis relinquerint, et docebit tamen simul res ipsa, patrum quoq; Interpretationes, meæ sententiæ suffragari quantùmuis tu solo titulo patres iactes et ecclesiam. Repeto igitur nùc quod nuper dicebam te coram, in comunio principali, proferendos esse aliquot scripturæ locos, in quibus putetis nos à vero, atq; adeò ab Eccæ sensu aberrare. vnde natum sit aliquod erroneum dogma in Ecclesia DEI, tum collatis vtriq; rationibus, facilè iudicari posse,

vtra pars eos locos rectè intelligat, quantùm valeant patrũ interpretationes, et quò incliment. Sed dum haec omnia fortiter contemnis, eò rem deducis, vt tenebrae sint scripturae, nihil possit Spiritus, nemo fidelium quicquã diiudicare queat aut debeat, sed ex vno capite visibili pendeamus omnes. Hîc quaeso sine, vt ex imagine veteris summi sacerdotis quem tu citas, tecum agam, donabo autem tibi interim quod tu fingis, nempe veterẽ illum ἀρχιερέα, typum gerere summi pastoris visibilis in nouo testamento. Jubetur itaq; Deute: 17 summus sacerdos ille Leuiticus audiri, si secundum legem DEI dixerit et docuerit. At quid dices de summis sacerdotibus, qui cùm aliàs, tum Heliae temporibus et Chrõ in terris versante, populum seduxerunt. Non ignoras eum qui dicit. Caeci sunt et Duces caecorũ. Et satis testantur prophetae, qualem saepè pastorem ira DEI in terris suscitare soleat. Quid igitur in homine tanquam baculo harundineo oues Christi niti doces? Proh quàm saepè experta est Ecclesia istos summos pastores, et scripturis et spiritu destitutos, ac minimè ad pascendum, id est, docendum verbum, idoneos. Ex his itaq; quid quaeso petat ouicula Christiana? Nunc iudica tu ipse, quàm piè dicas, verbum DEI esse ipsissimum errorem, si non accidat vnici illius in vnica Ecclesia praesidentis, lux et magisterium. Nam eò tandem videntur tua tendere vt aequè à patribus ecclia eis deficias atq; à scripturis.

Sed noua argumenta adfers pro tuo illo visibili capite, nempe locum Actorũ XV. et Cypriani testimoniũ, quasi verò nihil contra te faciant, quae ego contra hoc caput, iniecta aliquot argumenta in superioribus scriptis adduxi. diluam tamen et haec. Vnde quod ad locum attinet in Actis. Nequaquam dicit Petrus,

se solum à DEO electu, vt omnes gentes per os eius audirent verbu
DEI (nam eo intellectu tibi pro tua sententia confirmanda opus esset)
quandoquidem id aperte repugnat his quæ tu fortiter transiliisti,
ex Secundo Capite ad Galatas, à me citata de Apostolatu Petri.
Insuper contextus in Actis et res ipsa satis indicant nihil aliud ibid
dicere Petrum, quàm quòd suo ipsius exemplo eos studet compescere,
qui putabant incircumcisos omnibus modis ab auditu verbi DEI,
et salute alienos, dum indicat, quid diuino monitu iussus Cæsaree
apud Cornelium gentilem aliquando fecerat, vt est Act. X.°
Esto igitur etiam de hoc loco iudex, an non eundem in sensu alienis-
simum detorseris. Sed talia discuntur ex Roffensibus. Cochleis
et Emseris.

Neq; verò pro te facit Cypriani testimoniu. Loquitur enim Cy-
prianus de singularum Ecclesiarum pastoribus seu Episcopis, nec
nec vult vt in causis emergentibus Romam curratur, ex alienis
Diocesibus, quando singulis pastoribus sua gregis portio sit asscripta,
quam regat, inquit, vnusquisq; et gubernet, rationem sui actus dño
reddituros. Vt item hæc omnia in Epistola ni fallor Tertia primi
libri, quemadmodum et alio loco dicit. Neq; enim quisq; nostrum
Epum se esse Episcoporum constituit. etc. Deinde non est quòd pu-
temus Cyprianum aliter loqui de obedientia vnico illi sacerdoti
præstanda, quàm quatenus doceat legem DEI, et faciat iudicium
conscripti. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, et legem
requirent ex ore eius, quia Angelus domini exercituum est, id est
nonsui verbi aut præcepti Nuncius. Nam si pastores ignorauerit intel-
ligentiam et repellant scientiam, vt in Prophetis passim traxantur.
repelluntur et ipsi à domino, vt obediendum eis non sit.

Desine itaq; nos à scripturis ad hominē abducere, ne videaris
teipsum magis quàm Christum prædicare. hîc finem facio.
Cæterùm si quid vel in his vel superioribus scriptis meis obscurius
videbitur, id cogita brevitatis studio accidisse. et quia nō omnia
censui explicanda, contentus quædam indicasse tantùm, eò quòd
mihi res sit cum Episcopo non cum puero.

Recte valeat in chrō Rnda
P tas tua, et eiusdem Spiritu
veritatem agnoscat.

Ioanni Poliandro :~

Petrus Suffraganeus Plocensis.

FVturu sciebam metiens te pede tuo, vt constrictus dilemmate meo, non habiturus esses quod responderes, præter solitum tuum Sylogismu. Non hoc vult Paulus. Non facit pro te Cyprianus, quē adduxisti, Scriptura multi abutuntur, Nihil in meis scriptis confutasti, et cætera id genus. Quibus tam argutè expedis te ex hac nassa in qua hæres, vt etiam magis ac magis teipsum constringas, Nam cùm tu pergis dicere me non rectè id atq; illud quod adduco intelligere, hîc et illic perperam interp̄tari. Ego vicissim idem tellu in te retorqueo, resq; agitur de eodem verbo et eadem scriptura, cùm ego Roffensibus. Cocleis. et Emseris, vt tu vis, quoru vnum tantum conspexi veriùs quàm legi, fulcior, tu Luteris, Pomeranis. Carlostadiis, et Zwingliis niteris, idq; de verbo DEI hoc vel illo modo intelligendo, in quo tandem portu consistet nauigatio nostra, quis deniq; discernet vtra in parte stet veritas? quis cognoscet vbi spiret doctor ille veritatis Sp̄us sanctus? An non velis nolis confitearis oportet aliquem certu et irrefragabilē Iudicem? et eum quidem alium quàm scripturā? Nam quod Augustinu ex Castris nostris in subsidium scripturæ adducis, an nō idem manifestè docet, nihil tecum facere quod citas? Nempe qui et Euangelio non crederet, nisi authoritas Eccl̄iæ compelleret, Vides vt tuo ipsius gladio te iugulo, atq; hîc nō adimo suum scripturis robur et dignitatem, sed fidem et certitudinem illis esse nego, absq; Ecclesiæ authoritate et iudicio. neq; adeò solus ego, quàm omniu Orthodoxorum consensus. Nam cur Barnabas

Paulus et Barnabas non ad scripturas super quæstione et dissidio de circumcisione, sed ad apostolos et seniores missi fuerunt? Cur illi facto Concilio, non ex scripturis, sed ex sua et spûs sancti sententia pronunciârunt et statuerunt? nisi quòd hæc præcipua sit nostra inter fluctus doctrinarû et opinionum anchora, sic forma baptismi sic Sabbatû ni dominicû, et multa alia mutata etiam contra scripturas, solius Ecclesiæ authoritate.

Jam quod errantes plerosq; patres, plerosq; inter se dissidentes mihi obtrudis, et hæc quidem oiâ ad dilemma meû te magis stringendum faciunt, nempe propter errores et dissidia, vnû caput et vnum iudicium esse oportere. Quod item doces in Cathedra Moysi sedentes iuxta legem tradere et pronunciare debere; id quàmuis addere sit ad scripturam, ingens apud vos piaculum, tamen vt tibi id donem, cùm alter dicet proditû aliquid præter legem, alter iuxta legem contendet, an non ad hoc ad dilemma meû? Obyeis pastores seductores et duces cæcos, id si ego vicissim in pastores et duces gregis vestri reyeio, nonne id quoq; ad dilemma meû quo irretitus teneris? quàmuis ineptû iuxta ac impiû fuerit, errorem singulorû, errorem esse omniû, et lapsus humanos aliquorû, lapsum esse totius Eccæ dicere. Sic enim perfidia Judæ, et peruersitas quorundam prophetarû totum nobis fundamentû apostolorum et prophetarû subrueret. Labuntur Pontifices et doctores plærique. Errant duces et pastores aliqui, sed non labitur petra fidei, non errat Ecclesia supra petra ædificata, columna et firmamentû veritatis vt ait apûs.

Quoties tibi dictû vis, omnê Pontificem ex hominibus assumptû, pro hominibus constitui, et offerre debere, quemadmodû pro populo,

ita eham pro semetipso pro peccatis, Apparet probè quàm in priscis scriptoribus sis versatus, qui hoc seculo primùm vitia regnare putas, quasi vos ipsi ac duces vestri prorsus absq; peccato sitis, vt liceat vobis lapides in nos et duces nros tam audacter proyecre. Negab id primùm in actis sensisse, quo ego nitor. vt per os eius audiret gentes verbum Euangelii, crederentq;. At ego me rectè niti aio, vt verba indicant, igitur et hoc ad dilemma meum. Cis nihil à me responsum ad id quod de tabernaculo citasti. Lege caput VI et VII^m Paralip. II, et illic, ni Midas sis, germanam inuenies responsionem. Cyprianum exponis de cuiuslibet Epi in sua diocesi authoritate, et nescis ad quem ille scribat, et quid in ea Epistola tractet. quare lege Epistolam ipsam ad Cornelium Papam, et cognosces tute, quàm impudenter hunc sensum sis commentus. Quid si Arnobium tibi obycio scriptore pariter antiquissimum, qui Sedem Petri, Sedem Romanam scribat, à qua qui discedit, fontem aquæ viuæ amittit. Ita enim ait vir ille magnæ apud priscos omnes scriptores authoritatis. Quid hîc comminiscaris? quo pacto te euolues? id enim aiebas, veteres scriptores nihil Romano Pontifici, nisi quantum et cæteris tribuisse. Quare age expedi te quantocius ex hoc nexu, quo te strinxi, nec aliud agas, vel quod à me exigis, ti ipse potius veritatem agnosce et vale.

Act 7

Iohannes Poliander

R^ndo patri Episcopo Lacedemonen
Gratiam & pacem

NOuissima responsione tuam R^nde pater, iam iam Cydano abituris accepi, ac proinde nunc serò, nempe die septimo domum reuersus rescribo. quam moram boni consulas quaeso, cùm causae nihil officiat atq; adeò prodesse magis possit, si calore contentionis nonnihil per hanc dilationem remisso, caperis patientius aliquanto nostra legere, et candidius expendere.

PRimùm autem constanter adhuc simulas tua tibi forcia et inuicta videri, nostra verò infirma et confutatione indigna. Nam no existimo te tam stupidum, quin sentias te vbiq; victum esse. Vt cetera taceã, quibus scripturarum dignitatem, et capitis tui visibilis inane nomẽ abundè declarauí, certè euidentissima sũt quae de Diui Petri verbis in medium attuli. Nec minus clara quae de Cypriani sententia, si quis perlegat totum epistolam, quã neq; è Lutheris neq; Roffensibus, sed ex ipso Cypriano petas oportet. At putas tu sententiam tuam egregiè munitum quòd Cornelio Papae inscripta sit Epla: non considerans, quòd fratrem vocet eum et cõEpũm Cyprianus. nimirùm primatũ eius negans, iterum quòd multa in pseudo Epos dicat profecto aliud exigens in Episcopis q̃ inanem titulum. Insuper quòd suos Romam currere nolit iudicii causa, sed singulis Episcopis suam gregis portionem esse asscriptam etc. Nam haec omnia habet

Actorum 15

ea Cypriani Epistola si neseis, cui adamussim quadrat illud Hieronymi ad Euagriu, vbicunq; Epūs fuerit, siue Romae siue Eugubii siue Constantinopoli, siue Regii, siue Alexandriae, eiusdem meriti et sacerdotii est. Potentia diuitiarū et humilitas paupertatis vel sublimiorem vel inferiorem facit. Caeterùm omnes apłoꝝ successores sunt. Et leguntur haec quoq; in Decretis Canonicis quanquàm aliquanto corruptius. Qua igitur fronte, tu nobis aliū sacerdotem summū facis quàm Christū?

Verùm erubescere nescieng, rursus accimis nobis veterem tuā Cantilenam: quòd cùm vtriq; scripturis nitamur, de sensu aut inter nos "non" conueniat, opus sit alio iudice quàm scriptura. hac scilicet ratione conatus caput tuū visibile supra scripturas collocare. Ego verò cuiuis pio secundum scripturae magisteriū iudicatu facillimū esse affirmo: quum tu omnia ferè quae ex scripturis proferres, adulteres, nempe vt Petrus apłus Circumcisionis significet tibi Romanū Pontificem, vniuersalem et vnicum pastorem gentiū ex toto orbe conuersarū. Vt pascere et accepisse Claues sit esse visibile caput Ecclesiae, vt monstri simile sit quod Paulus visibili corpori, aptet caput inuisibile. Vt coniugiū inter omnes honorabile sit tibi quauis fornicatione peius, vt ex consilio virginitatis, legem facias. etc. Ad hunc itaq; modum, cùm passim tractes scripturas, adhuc putas errorem non posse deprehendi, sed sequi te potius vnius certi et irrefragabilis Judicis sententiam, nos verò quouis vento circumferri.

Sed pergam ordine diluere, quae tu pergis in hanc sententiā scribere. Augustinū dicis à me in subsidium scripturae adductū, quod

more tuo in scripturæ contumeliã fingis, tũ Augustinus in loco Cittato, dicat se seruire authoritati scripturæ. Tantũ abest, vt ipse possit aliquid authoritatis scripturis conferre. Incredulis seruiunt hæc testimonia non scripturæ, quæ testimoniũ testimoniorum est. Sed perquàm bellum est, quòd Augustinũ gloriaris in vestris Castris militare, cùm ille tota via à vobis dissideat de libero arbitrio, humanis viribus et meritis, grã DEI. etc cùmprimis aũt de scripturæ authoritate, quã vnicam religionis nostræ regulam esse testatur, idq; præcipuè eo loco, quo tibi immodicè places. Euangelio non crederem, nisi me Catholicæ Ecclesiæ cõmoueret authoritas. Nam ea sententia sic vtit̃ Augustinus, vt quia obedierit Ecclesiæ iubenti eum credere Euangelio, atq; adeò scripturis sanctis. Proinde nequaq̃ credat, his qui scripturas contemneret, quales tum erant Manichæi. Ad hunc ergo modum imitetur quispiam hanc Augustini sentẽtiam, quia credo Ecclesiæ, quæ iubet soli Canonicæ scripturæ necessario esse credendum. Cætera verò omnia secundum hanc diiudicanda à Christianis. Ergo traditiones vestras nõ recipio neq; conscientiã meam ligari per eas patiar, quippe quæ scripturis non tantùm non nituntur, sed aduersantur etiam.

Vide nunc quàm bene ex Augustino intuleris fidem et certitudinẽ non esse scripturis absq; Ecclesiæ authoritate et iudicio. Vt em̃ rectè quis dixerit, Christo non crederem, nisi Apostolorũ testimonia me commoueret. Ita non rectè qui propterea Apostolos Christo superiores et fide digniores esse contendant. cùm dicat Chrũs. Ego testimoniũ ab homine non accipio, sed propter vos etc Ecclesia igitur dum discreuit olim adulterina à germanis.

neutiquã dedit authoritatem scripturis Canonicis, sed ex earũ au-
thoritate cætera quæ ex insincera erant reprobauit. Sed vt largiar
interim tibi authoritate Ecclĩæ robur et fidem habere scripturas,
tamen æquè sequetur (quod ego affirmo) eum de Ecclesia
non esse, qui sibi aliquid authoritatis in scripturas sumit, quiq̃
vel submoto vel eleuato, hoc Canone alium Christi ouibus ꝓponit.

Porrò quod de Paulo et Barnaba obycis. ad Apostolos non ad
scripturas super exorta quæstione euntibus. quid obsecro ad hanc
authoritatem faciet, quam tu Epis vendicare contendis? Nam
Apostoli non minus solidi diuinæ veritatis testes q̃ Moyses et
Prophetæ fuerunt, lr̃is mandaturi erant Noui Testamenti verbũ,
proinde tutum fuit eos audire. At num igitur sequetur, quòd
posteris Epis liceat aliquid præterea quæ scripta sunt statuere?
aut eorum quæ à Canonicæ scripturæ Authoribus prophetis,
et Apostolis prodita sunt, iudices esse? aut fidem et certitudinẽ
eisdem impartiri poterunt? Et tamen seniores illi in Actis, se-
cundum scripturas, non sine scripturis, vt tu iam denuo temerè
contendis in causa abrogandorum Legalium pronunciauerunt.
An non ex scripturis pronunciat, qui Christum iubet audiri?
At is legis et Prophetarum impletionem nouo verbo statuit in
fraternæ charitatis præcepto, nulla facta Circumcisionis, Sabbathi,
Sacrificiorum, et reliquorum legalium obseruatione. huic verbo
sciebant Apostoli nihil esse addendum, idq̃ rursus ex scripturis
quare nolunt vllum tale iugum imponere fidelibus. et tamen
quæ ad tempus imponunt, ea ex scripturis imponunt. Vide igr̃
vel nunc tandem q̃ fortiter hæc pugnent contra eam quam
vobis in Ecclia sumpsistis præcipiendi et prohibendi authoritatẽ.
et q̃ pulchrè tuo te gladio iugules.

Deinde quod dicis, multa solius Eccae authoritate, etiam contra scripturas, esse mutata. Si de Papistica Ecclesia loqueris, nimium vera esse fatemur, et dolemus et deploramus. Si verò de Ecclesia Christi, negamus planè quod fingis. Nam quae de Sabbato et Baptismi forma, mutatis adducis, nequaquam contra scripturas sunt, nisi tu scripturas scripturis opponas. Quis enim nescit Sabbatum et omnia legalia, per Noui Testamenti scripturas esse abrogata? Sed quod ad Baptismum attinet, certum est, quòd Eccª substantialem illam Baptismi formam non contra scripturas, sed ex ipsius Christi verbis instituit, cùm ille dicat. Baptisans eos. In noie pris et filii et Spus scti.

Cæterum satis declaratum est, quantumuis tu claudas oculos, quò haec pertineant, quae de patribus inter se dissentientibus sibiq; ipsis interdum non constantibus in medium attuli, nempe, vt vno dicente, cæteri diiudicent dicentis verum, et Spiritum
1 Cor 14. ex scripturis. non autem contra, quemadmodum tu fingis, vt multis dicentibus iuxta scripturas, vnus aliquis ex suo capite cuncta diiudicet. Quo modo enim tam stupidus esse potes, quin videas Ecclia cos patres, de quibus verba facimus, plærumq; fuisse Epos, siue Romae siue alibi: vt iam tu ipse confessus sis, optimos quosq; Epos et Pontifices, qui vnquam in Ecclesia fuerunt, vnà cum omnibus eorum scriptis iudicandos esse. At nimis quàm absurdum fuerit hoc iudicium permittere posteris eorum, longè plærumq; deterioribus. Proinde scripturae authoritati et iudicio subycienda sunt omnia, sine personarum acceptione.

Sed vehementer miror, quòd aliquanto post dicis, me scripturis de meo addere, cùm id solùm dicam, quod ipse scripturae innumeris

ferè locis

ferè locis diligentissimè exprimunt, nempe, docentibus in Ecclesia eatenus obediendum esse, quatenus in Cathedra Moysi sedeant, siue secundum legem DEI dicant et doceant. At frustra tibi pro hac sententia multa scripturæ testimonia coacerueuero, cùm videam te apertissimos locos supra in hoc à me citatos, perfricta fronte dis: simulare et fortiter contemnere.

Post rectè fateris omnia de errantibus Doctoribus, labentibus Pontificibus, et Ecclesiâ nõ errante, Verùm ea parte miserè te implicas, cùm ex vno homine fingis Pontificem errantem, et Eccam non errantem. Ei quidem Ecclesia est, paruulus ille grex, qui Spiritu DEI præditus, DEI verbo atq; adeo ipso Christo nititur. Tu verò portentosis nugamentis tuis facis nobis ex tuo capite visibili, et fundamentũ Ecclesiæ, et ipsam Ecclesiam. Quis quæso hæc ferret? impia fuerit patientia, qui tantis impietatibus non moueatur.

Atq; hîc video opinor, quam me non vtrinq; capiat, sed vtrinq; soluat dilemma tuum, vbi colligis argutè scilicet. Multi sunt seductores à sinistris, non pauci à dextris. quasi dicas. Nemo se tuto credit hominibus. Ergo à diuinis scripturis ad hominẽ Romanũ Pontificem recurrendum est. cùm planè iuxta Dialecticæ rationem et communem sensum, velis, nolis, non hoc quod tu dicis, sed omnino contrariũ sequitur, nempe, ab hominibus quantalibet vel authoritate vel sanctimonia præditis, ad scripturas recurrendum esse tanq; Lydium lapidem, et gnomonem nostræ religionis certissimum, vt ne dicam interim q, Eccam tua quã iactas hoc fere peculiare habet, quòd audacissimè abutitur scripturis, et parum de illis intelligit, id quod facillimũ fuerit, ex plurimis Iurispontificij locis, et insuper ex Canticis et lectionibus vtis Ecclesiasticis ostendere. Cur ergo à fonte aquæ viuæ ad hanc Cisternam dissipatissimã multis stillantes Christi ouiculas?

Porrò de sacerdotio cæcutis vt ante. Nam quicquid Epla ad Hebreos, de vmbra veteris summi sacerdotii imbecillioris, et perfectiori nouo Christi sacerdotio habet, tanq̃ corpore. hoc tu nescio quibus aptas Pontificibus scripturæ ignotis, vbiq; scilicet in tractandis scripturis tui similis. Eiusdem quoq; farinæ sunt, quæ paulò post de templo ex Paralip: contra Stephanum et Paulum citas, non

Gala: 5. secus ac si contra ea quæ de Circumcisione docet Paulus. Opponas XVII Genesecõs caput. Verùm si de vtroq; rectiùs iudicare voles. Lege Omiliam primam Origenis. Matthæi circa illud. Et occidi et tertia die resurgere.

In fine à risu mihi temperare nõ potui vbi me tantopere vrgeri putas, Arnobii antiqui scriptoris testimonio, cùm hoc ipsum sit quod ego ante testatus sum, vt potè patres sæpè inter se dissentire. ergo omnia ex scripturis diiudicanda esse. Quomodo enim cum Arnobio conciliabis Hieronymum supra à me citatum. Sed alteri tantùm assentiendum est, qui habet suffragantes scripturas. non cui subscribit Romanus Pontifex. Sed vt multos Arnobios proferas, non tamen sequitur falsum esse quod dixi. Veteres nihil discriminis facere inter Epos, nec aliquem diuino Iure primatum tribuere Romano Pontifici. Nam inter veteres est Hieronymus, qui in Commentariis Eplæ ad Titum plus etiam audet, atq; ex ipso Paulo docet, eundem esse diuino Iure præsbiterum et Epum. Ac proinde Epos magis consuetudine q̃ dominicæ dispositionis veritate præsbiteris esse maiores.

Post hac nisi nostra confutaueris nihil respondebo, immò si verè confutaueris nihil contradicam, sed stabit inuicta veritas, quã oro vt apperiat tibi dominus, ne pergas eo modo quo hactenus solutus es respondere. In Chrõ valeat Rnda P tua.

Conigkspergii Calendis Junij 1526.

Petrus Epūs Lacedemonensis Suffraganeus Ploceñ. Ioanni Poliandro.

ACcepi responsionem tuã. Titulum quidem meũ præferentem sed an aliquid ad me pertineat, prorsus intelligere non potui. Et haud scio seriòne hæc ad me, an errore aliquo ad alium quempiã scripta mihi miseris, somnians an vigilans, sanus an aeritus sis, non video, nisi sit quod suspicor Letheum te inde potasse, vnde et Spiritũ habeas scripturæ interpretem, vt tam citò oblitus, quid ego à te postremũ exegerim, longè diuersum quàm rationi et dilemmati meo congruat, respondeas. Nam cùm in conflictatione nostra negares visibile seu ministeriale caput Ecclesiæ, quod à tot seculis vniuersus Christianorũ cœtus agnoscit hactenus, contra quod erecta tot iam hæreticorũ cornua DEVS confringet, et confringet deinceps, quoad veritas eius regnabit. Cùm negares Ecclesiam visibilem à qua scripturas omnes authenticas habemus, et per quam Euangelium, Lucæ et Marci qui Christum non viderunt, est susceptũ. Bartholomæi et Nicodemi, qui eum viderũt et audierunt, reiectum. Cùm scripturam solam Judicem statuebas, quam quibus dissidentium in suam partem trahit, et suum sensũ quibus tuetur. Hoc postremum et vnicum à te exegi, vt aliquem alium Judicem certũ et irrefragabilem mihi ostenderes: postea de vna et eadem scriptura inter Catholicos et hæreticos semper fuit, et etiamnum est pugna; et alter alteri perperam interpretari videat. Ostenderes, inquã, qui de certamine inter me et te pronunciare posset, quandoquidem ego tibi peruersè, et tu mihi stolidè scripturam

adducere et intelligere minicam videmur. Oportet enim esse aliquæ disputationes Palæmonem, si quidem ita congruere inter Christianos debeat, et Paulus vult. vnum corpus, vnus spiritus vnus dominus, vna fides, vnum Baptisma etc. nescio quis blattis iterum me vbique à te victum, non docens interim quo Judice vicerit, quasi ego huic iudicio stare vogar.

Declarat Cyprianum et Hieronymum negare primatum Papæ. quòd alter illum coepum et fratrem vocet, alter Epos omnes æquales et successores Apostolorum scribat, quasi ego vnquam contenderim aut egerim tecum. Epum non esse fratrem et coepum Romani Pontificis, cum ipsemet nos etiamnum non aliter vocet. quasique, cum Epi sint successores Apostolorum, non potius faciat mecum Hieronymus, vt quemadmodum inter Apostolos æquales, vnus maior fuerat, testante Christo, quando docebat, qualis esse deberet ille maior, nempe sicut minor, quemadmodum et ipse qui ministrare venerat, non vt sibi ministraretur, ita inter Epos alios, vnum maiorem esse oportere, qui tamen seruus sit seruorum DEI. Nam si propterea maior esse non deberet, qui iubetur fieri sicut minor, eadem ratione Christus, dominus non fuisset, quia non vt sibi ministraretur, sed vt ministraret ipse venerat.

Similiter garrit de Petro Apostolo Circumcisionis, quasi et id non fuerit magis rem meam quàm conuellat. vt cùm Hebreis primum prædicandum erat verbum DEI, primus et maior Apostolus illis, minor verò gentibus esset destinatus.

Sed ne me huiusmodi nenijs tuis longiùs occupem, præsertim his de quibus dictum est ante satis, nempe de visibili et inui-

sibili capite, de coniugio et virginitate, quorum alterum forni-
catione peius, alterum legem esse non consilium me dicere impu-
dentissime fingis. Praeterea ne repetam Sylogismos tuos, vt
corniearis Augustinum à nobis dissidere, quasi adhuc antesignanus
vester bellum nuptum agens Augustinianus sit vt clarissima
illa verba. Euangelio non crederem, nisi Eccᵉ authoritas me
compelleret, insanissime misces et confundis. Vt gannis nos
authoritatem in Eccᵃ sumpsisse praecipiendi et prohibendi, quasi
id recens sit, quasiq̄ maior sit nova authoritas, quam vos in
Ecclesia Vittembergensi vobis sumpsistis. Vtq̄ item garris
non licere posteris Epis ita statuere vt licebat Apostolis, quasi
dies dominica, festum paschae et multa alia quae nemo quotquot
haereticus planè refutat, à posteris Apostolorum non sint tradita.
Vt nugaris me non rectè dixisse de mutatione Baptismi, quasi
obscurum sit ei qui melius tractat trās quàm tu. Apostolos aliter
vsos fuisse forma baptismi q̄ Chrūs statuerat, aliter Eccam
q̄ Apostolos. Vt item me finxisse fingas vnum indicare
ex suo capite de scripturis debere contra Aplum, quasi locus
ille quem falso adducis quicq̄ in hoc quadret quod garris, si
quis sanus legat. Vt me blatteres portentosis nugamentis
facere visibile caput quod nemo ferat, quasi non ferat illud tanto
cœno, et ferent indubiè omnes potestates et coetus Chrianorum.
Vt me somnias iactare Eccam meam, quae scripturis abutitur
et illas non intelligit, idq̄ ex decretis potissimum constare, quasi
tua Ecca ita dignior sit quae iactetur, ita continens sit vt scri-
pturis non abutatur, ita diuina vt sola sensum domini cognoscat,
ita authentica vt decreta et Ceremoniae Pontificum vestrorum
sint sanctiores.

Vt subinde doleas et deplores in Ecc^a Papistica, multa esse contra scripturas mutata, quasi non magis dolendum et plorandum sit in Ecclesia Luterica tot nata portenta, quæ totam Germaniam cædibus, incendiis, et sacrilegiis complent. Vt me de sacerdotio cæcutire pronuncies, quasi sentire cum tantis luminibus vniuersalis Ecclesiæ cæcutire sit, et vobiscum ac cum Cinicis vr̄is sit videre.

Vt iactes me malè adduxisse ex paralip: de templo contra Stephanum et Paulum, quasi tu non peius intelligas quomodo in coelo, et quomodo in templo DEVS habitet, quod locus ille abundè declarat. Certum est enim eum habitare in templis manufactis, ipsomet Christo testante, dum negociatiores expellens, domum illam suam, domum orationis vocauit. Vt postremo à risu temperare non potueris, dum Arnobium tibi pro Romano Pontifice adductum legeres, quòd Hieronymus diuersum dicat, et proinde patribus dissidentibus iudicem esse debere, quasi in hoc ego Arnobium citassem, vt conuellerem scripturæ iudicium, et non eo, vt quod tu negabas priscos tribuere aliquid Romano Pontifici, et inuertebas Cypriani testimonium, subiunxerim Arnobium clarius id quod res erat exprimentem. vnde planè constare potest, q̄ cum ratione scribas, et qualis sit risus iste tuus, à quo tibi non temperas, nempe ille qui vulgo dicitur. Per risum multum poteris cognoscere stultum. Ne, inquam, his et aliis huiusmodi blateramentis tuis me occupem, et bonas horas malè collocem, breuibus quod ad iudicium scripturæ attinet respondeo.

Iam inprimis concedis obediendum esse his qui in Cathedra Moysi sedent. sed addis, si secundum legem docuerint, quamuis Chr̄us quicquid iusserint, facite, simpliciter dixerit, et Iudicem in veteri lege Pontificem sum̄um, sed tua glosa secundum legem iudicantē

confiteris. Esto sanè vt vis, ergo scriptura est Iudex, non homo. quasi dicas cùm Rex promulgat leges regni, et Iudices sedentes in tribunali suo secundum legem iudicare debent, ergo lex illa scripta est iudex non homo. Pape quid ego audio? te solutum vtrinq; ex dilemmate meo tam argutè. Atqui q̃ nihil hîc vel communis sensus habeas, etiam et cæcus videre potest. Nã eos ipsos sedentes in Cathedra Moysi eos iudices quos confiteris quantùmnis secundum legem iudicantes, mihi ostendi toties exegi, et nunc hoc vnicum est quod exigo, nec hîc adeò contendo tecum an scriptura iudicet per hominem, vel homo per scripturam, modò ostendas qui pronunciet inter dissidentes et tumultuantes de scriptura, et inter meam et tuam, de vnis eisdemq; locis in scriptura, controuersiam, certum est enim hominem sententiam pronunciare oportere, nisi scripturam vocalem esse velis, quasi sermones per se loquentem. Præterea si arbitratu tuo iudicem dederis, eumq; secundum scripturã et legem diuinã iudicare contendes, ego verò constanter negabo. Tu instabis vt soles, scripturam per se claram esse, sed me illam adulterare, ego autem vicissim, claram quidem scripturam, sed Polyandrum eius septies adulterum vrgebo. Quis erit is Iudex cui vtrinq; concedamus oporteat, necesse est enim vt de veritate et victoria tandem constare possit, ac vt contentione, quæ cum inter Orthodoxos, tum etiam inter vosmetipsos Nouos Euangelistas emergunt, aliqua sit statera, ad quam irrefragabiliter sententia vniuscuiusq; expendatur, ne quilibet sentiat ac doceat vt velit. Si quidem certi aliquid haberi debeat et vnitas corporis Christi constare possit. Ad hoc vnum, ad hoc inquam responsum oportuit, non logos istos prolixos et inanes tam impudenter effutiuisse, quos ideo tibi remitto.

quòd ego de oleo ago, tu de vino respondes, atqz vt videtur, temu-
lentus. Remitto tibi tua maledicta, quibus me stupidum
caecutientem, portentosum, nugatorem, et his similibus vocas:
nam haec tibi ipsi rectiùs congruut. His igitur fruaze, haec tua
ipsius Epitheta tibiipsi habeto. Ego cùm te talem agnosco qualē
Paulus vitandum praecipit, te deinceps vitaze statui:

De solutione Dotis matris Marchionum Brandemburgensium.

Sigismundus Rex Poloniæ

Manifestum facimus vniuersis Quia cum fuisset hic apud nos Generosus et Nobilis Joannes liber dominus in Swarczenbergk et nomine Illustrium Principum dominorum Casimiri et Georgii Marchionum Brandeburgensium etc tanq̃ regentium et Seniorum aliorum fratrum suorum, debitum Dotis per Sermum olim parentem nrm dominum regem Casimirum filie sue et Sorori nre Ill olim Principi domine Zophie matri Illustritatum suarum inscripte et eisdem Dotis interesse a nobis exegisset Nos vero perpensis difficultatibus. bellis, et impendiis nris grauissimis, intelligeremus nos debitum. tantum et tam antiquum soluere non posse. citra maximam rerum nrarum incommoditatem et iacturam Nichilominus gratifficari volentes ipsis Illustribus dominis Marchionibus Nepotibus nris charmis talem cum supradicto Generoso et Nobili Joanne de Swarczenbergk eorum Nuncio contractum et concordiam super ipso debito dotis facere voluimus Inprimis quod ad interesse attinet, quod neq iuris est neq Sermus olim parens nr, se aut successores suos ad illud soluendum obligauit, nos subijcere neqnaq voluimus neq dignum aut iustum arbitrati sumus. Quod vero attinet Summam Capitalem vczt 32 millia aureorum Vngaricalium ad illam exoluendam in eum modum et conditionem nos submittere volnimus, sub qua Illtri Principi domino Georgio Duci Saxonie est a nobis satisfactum vicz vt dimissis decem millibus aureorum Vngaricalium, reliqua summa nempe viginti duo millia

aureorum Vngaricalium, singulis annis capiendo
ab Anno .1.5.30 duo millia aureorum ipsis domi-
Marchionibus persolueremus vsq; ad exolutionem Summe
prędicte viginti duorum millium aureorum quam solu-
onem celerius incipere non possemus, ratione alio-
nium debitorum quę intra hoc tempus exoluere nos obli-
gauimus et nonnullos prouentus meos ex quibus solui
debent designauimus. Voluimus item ad debitum ipm
ipsis dominis Marchionibus eo modo exoluendum nos
obligare literis regiis, vt mos est, et loca in quibus ipsa
solucio fieri debet designare nos obtulimus, Vigt Ciuita-
tem meam Posnamen aut Theschnen. prouinciam hanc
Generoso Seuerino Boner Burgrabio et Zupparium
meo Creat committere volentes. Quia tamen dic-
tus Generosus Joannes Nuncius ipsorum dominorum
Marchionum se talem conditionem acceptare non posse
allegabat. citra sciendam eorundem dominorum Marchi-
onum et rem in deliberationem accipiebat, Nos eos
tractatus meos vti fuerunt patribus literis meis testatos
esse voluimus. In quorum testimonium Sigillum mem
presentibus est impressum Datis in Arce nostra Ma-
rienburgensi 1526.

Sigismundus Rex Poloniæ Gustauo Regi Swetiæ.

Serenissime Princeps et domine frater noster charissime. Rogamus plurimum autem vestram vt quæ illi animo integerrimo et beneuolenti scribimus boni consulere, et in eam partem vti scribimus accipere dignetur accepimus persuasum esse Sertati vestræ dogmata Lutherana, et traditiones Ecclesiæ Vitembergensis potiores esse, maiorisque momenti et autoritatis quam dogmata Sanctorum Doctorum, et traditiones Ecclesiæ Catholicæ, hactenus tot seculis ab omnibus regibus et Principibus, regnis, et Dominiis Christianis obseruata. Cui rei quoniam fidem adhibere non potuerimus, quod Sertas vestra potius sibi sequendos impios et sceleratos Apostatas quam vniuersalem Ecclesiam et alios reges et Principes Christianos, in animum suum induxisset, & quòdque magis vestra Sertas sibi de Sede Romana persuadere et polliceri deberet, tamen ad eam famam quam accepimus non mediocriter indolentes, facere non potuimus, quin de hiis Sertatem vestram pro nostra singulari erga illam beniuolentia admoneremus Quamplurimum et ex animo rogamus, vt vestigia maiorum suorum sequi, et relligionem sanctam Catholicam, Sedemque Aplicam, ea qua decet obseruancia prosequi velit. reducat in animum qua gloria, quaue felicitate acti sunt, omnes qui relligionis hostes aut preuaricatores extiterunt: et quid boni in omnibus Regnis et Dominiis, huiusmodi insolentes fidei ac relligionis nouatores pepererunt. Cognoscere vero vel hinc potest Sertas vestra non mediocrem in se fauorem moderni summi Pontificis Clementis septimi, quod cum non pridem mitteret Epm Scarenum ad ducem Moscouiæ, sciens inter illum et regnum Sertis vestræ aliquas

esse inimicitias dedit illi in mandatis. vt de perpetua pa-
ce et concordia inter Sextem vram. ad Ducem ipsum ope-
ram faciat quod vt ab illo intelleximus est diligentissime
factuxus, nec ab re foret vt Sextas vrá aliquem Nun-
ctium suum in Moscoviam mitteret qui vna cum Epo ne-
gotium ipsum pacis seu concordie tractaret. Et proinde
Commendamus Sexti vré eum ipsum Epm Scaren et
Rogamus illam ne in assequenda possessione Epatus sui
illi Sextas vrá obstare velit, aut sibi aduersus iura
vel consuetudinem regni Sextis vré sit, inbeat magistro
magno, aut huic qui à Sexte vrá, vel Capitulo electus est
equo et decenti modo ad ipsso Epo componere, quo facto re-
nunciabimus se Jurisuo, in gratiam Sextis vré, offert
et submittit. Quod nobis dignum et iustum videlme
factura vrá Sextas pro virtute et existimacione sua
Quam optime valere, et omnibus foelicibus succes-
sibus perfrui animo desideramus

Facultas puniendi Luteranos in Costen Ciuitate.

Manifestum facimus tenore presentium vniuersis. Quia
intelligentes sectam Lutheranam, que cum ab Ecclia Catho-
lica, aliisq Christiams Regibus et Principibus, tum et à
nobis vt noxia et pestifera Sancte religioni, et publice
tranquillitati, iam dudum damnata est, et prohibita, in
Ciuitate mrá Costen, et in illa vicinia pullulare, esseq
aliquos ita temerarios ac insolentes, vt neq dei timore
neq edictis mris ab hoc errore contineri queant, sed con-
tra illa ausu temerario nitantur, volentesq eiusmodi in-
solentias et seditiosos conatus illorum ita vt debemq compes-

cere ne per nostram dissimulationem hoc malum acrius
inualescat mittimus illuc Generosum Nicolaum To:
miczki Tribunum Lancicien. Costen. Pisdren. et Co:
minen. Capitaneum, ac prefectum Stabuli nri, cui co:
misimus, et tenore presentium committimus de his tra:
sgressoribus mandati nri in ipsa re lutherana dilige:
ter inquirere, et in compertos pena in edictis nris co:
tenta irremissibiliter animaduertere. Quap:
propter vobis Proconsuli et Consulibus totiq comu:
nitati ipsius Ciuitatis nre Costen. aliisq officialibus,
Nobilibus, et subditis nris quibuscuq districte ma:
damus et precipimus, vt cum ab ipso Generoso Ni:
colao Tomiczki Capitaneo, et quociens cuq fueritis
requisiti, illi ad perficiendum hoc mandatu et Com
missionem nram, omnem fauorem et auxilium pre:
beatis pro fide vra et nra gratia non aliter facturi
Harum quibus Sigillum nostru est impressu testimo:
nio litterarum Datum in Conuentione generali Piotr:
kouiensi feria quarta festi Sanctorum Innocentum,
Anno domini .M. D. XXV° Regni nri
Anno decimo octauo.

SIgismundus primus Rex Poloniē
Luce de Gorca Castellº Posnaniensi
& Capitaneo maioris Poloniē generali,
In Posnania inquirat ac puniat Luteranos

Magcē Sincerē nobis dilectē. Declarauimus iampridē
S. tuē decreta siue edicta nrā, contra sectatores lute:
rani erroris facta, Postq̄ ad noticiam nrām perue:
nit hunc ipsum errorem plerisq̄ in locis regni nrī
serpere vt in eos S. tua qui hanc sectam seqni in istoc
loco deprehensi fuerint ita animaduertat sicut consti:
tutum et prescriptū est a nobis. Nunc autem acce:
pimus istic in Ciuitate Posnanien̄ quosdam esse qui for:
tasse dedita opera ab his qui huic malo crescenti suffra:
gantur, et iter securius aperire conantur summissi sūt,
vt hoc veneno alios imbuentes in grō suo Diabolo se
gratiores reddant et acceptiores, cuius doctrinam
sequen̄s id agunt, vt apud eum laboris et industriē suē
vberiora prēmia promereantur. Atq̄ ideo S. tuā su:
per hac re admonere voluimus, vt se vigilanter et cau:
te gerat ad eos deprehendendos, qui clam intentes inuetitū
libidinem suam in perniciem Reipublicē Christianē exer:
cere parant, et in primis ad destruendum dei omnipotentis
honorem et laudem et ad subuertendas animas Chrianas,
ac venenis suis. mellito quodam prētextu illitis, a Salute
auertendas, Mandamusq̄ et omnino volumus vt com:
municato consilio cum Vicario et offociali Ecclie Posna:
nien̄, quoscumq̄ compererit tua S. prauis lutheris dog:
matibus adherere, aut illa profiteri, et probare, in eos
seuere animaduertat eo modo q̄ in superioribus lr̄is nr̄is
est descriptus. Sic enim in primis rei diuinē inseruiendo
gratum et acceptum deo cuius res agitur se reddet, no:
stram quoq̄ gratiam promerebitur, quorum interest pro:
uidē, ne quid noui in perniciem religionis Chrianē pullu:

lantis. vires sumat et coalescat. Quanto autem maiore cura et studio S. tuam huic rei exterminandé, operam suam nauare cognouerimus, tanto maiore fauore et beniuolentia ad sua merita iustis premiis compensanda, faciet nos propensiores Et bene valeat S. tua Dat

Edictum: ne Libri Luterani in Poloniam importentur: vendantur. emantur. legantur.

Vniuersis et Singulis etc Manifestum facimus. Quia intelligentes ad regnum et Dominia nra inferri nonnullos libellos cuiusdam fris Martini Luther Augustiniani in quibus multa continentur tam contra Sedem Apostolicam, q etiam in perturbationem communis ordinis et Status rei Eccliee et religionis, ne in regno nro ex huiusmodi scriptis errores aliqui pullularent. Officij nri vt Chriani Principis et fidelis filij Sancte Matris Eccliee esse duximus Auctoritate et potestate nra regia huic cepto noxio obsistere. Mandamus igr vobis omnibus subditis nris, et cuilibet vrm seorsum, q nemo deinceps audeat talia opera vt premissum est, in regnum et dominia nra inferre, vendere, emere, aut illis vti sub pena confiscationis bonorum omnium atq exilij, quam vnus quisq mandatu hoc nrz transgrediens, sine vlla excusatione tam ignorantie q alterius cause subibit, et pro gratia nra aliter non facturi Dat Thoruny in vigilia Sancti Jacobi Apostoli Anno domini M° . D° XX° regni nri ano xiiij

Edictum regis ad puniendos Luteranos et eorum conseruatores: et approbatores

Vniuersis et Singulis, Capitaneis, Vicecapitaneis, et Bur:
grabiis regni nri, vbicumq; consisten, presentibus requi:
ren, Sincere et fidelibus dilectis, gratiam regiam. Ma:
gnifici Generosi et Nobiles Sincere et fideles nri dilecti
Quoniam norma et obseruacione veteri fidei et relligio:
nis Christiane turbatis et dissolutis, turbari et dissolui
necesse esset vniuersa, quod vt multis exemplis constat.
in perniciem rerum publicarum earumq; rectorum redun:
dare consueuit. Nos igr pro officio Chriani Principis
eam ipsam relligionem a Sanctis Pribus ordinatam, ac
per Sanctam Romanam Ecclesiam directam, nobisq; a
maioribus nris per manus traditam ac per nos deniq; ac
gentes nras multo sanguine et clarissimis gra dei victoriis
hucusq; defensam, etiam a labe heretica his temporibus
in vicinia emergen, integram et immaculatam in regno et
dominiis nris conseruare volen, publicis edictis ante
aliquot annos mandauimus, ne libri Martini Lutheri
eiusq; sequacium quorumcumq; ad regnum et dominia nra
inueherentur et legerentur, neue quis dogma ipsum pes:
tiferum ac iampridem damnatum approbare profiteri vel
tueri auderet, sub pena capitis et confiscatione bonorum
omnium. Quequidem edicta et mandata nra regia
certis respectibus iterum innouare volen, vobis et cui:
libet vrm districtius precipimus et mandamus, vt Lu:
theranos eorumq; fautores et receptatores, ac libellos
suspectos de heresi exponens, vendens, legens, et conseruans
ipsamq; Sectam Lutheranam approban, profiten, et defen:
dentes, cuiuscumq; Status condicionis et preeminencie
fuerint, quicumq; per dominos Archiepos et Epos re:

qui nri vobis pro talibus delati fuerint iuxta tenorem edicti et mandati nri auctoritate officij vri Capitanealis seuere puniatis, Sic et non aliter facturi pro gratia nostra.

Petrus Kmita de Vissnicze castellus Voynicen Curie Regie Maiestatis Marssalcus

Bone Regine Polonie.

Seruiciorum humili prehabita in gratiam vre Sacre Mtis commendacione etc. Quod hucusque eodem scribere distuli in causa fuere actiones perdifficiles que me plurimum hincinde distrahebant, expectaui et finem huius hic nre tragedie (que iam deo volente finem sortita est suum) vt eo certius perfectiusque egressum Sacre Mtis regie, vre Mti describere potuissem, credo enim varia de egressu regio vre Mti esse significata, sed ego qui nedum in magnis rebus, verum et in minimis nollem vre Mti alr q se res habent significare, hucusque hunc meum distuli Nunctium quousque oculis vidit Sacram Mtem regiam hinc egredi, quique Nunctius Sacram regiam Mtem vna mecum satis longum iter est comitatus, vt vram Mtem de egressu regio redderet certiorem, prout iam die date pntium, hinc sua Mtas regia Mariemburgum versus, deinde Elbingum, et ex illinc Masouiam recte proficiscitur etc. Post illa scripta per me vre Mti missa multa atque varia per regiam Mtem cum Ciuibus Gedanen tractata sunt, que omnia nedum scriptis verum et dictis longum esset enarrare, duo tamen inter prefatos tractatus precipua erant, primum vicz de tranquilitate huius hic vrbis, vtque omnia tam diuina q humana ante egressum sue regie Mtis bono debitoque fine terminarentur, Secdm vt omnes noxii secundum quisque sua merita punirentur, prout iam quatuordecim ex primis capite truncati sunt,

restant tamen nonnulli adhuc eque ac priores noxij, qui
etiam vt punirentur perstiti, sed hoc maximam apud nonnul:
los comparauit inuidiam, cum enim plus summi dei ho:
norem religionemq; sanctam, tum eciam dignitatem re:
giam, honestatem item atq; commodum publicum, pensi
haberem, accidit vt multorum et non minorum eciam in me
animos exacerbarem que omnia regiam Mtem haud la:
tent, sed cum omnia ferre dissimulanter consueuerit,
nihil aliud preterq; ausam male agendi pluribus relin:
quit, hec omnia ego prudenti iudicio vre Sacre Rlis
Mtis tanq; domine prudentissime relinquo. De me vero
vram Rlis Mtas sibi certo certius persuadeat, nullum
meum priuatum commodum appetiuisse, verum pro laude
inprimis dei atq; eciam honestis commodis regie Mtis
domini mei clementissimi plus nimio perstitisse. Quod vero
non omnia ita (prout par erat) euenere mea non refert,
cum plurimorum contra ire opinioni, non modo perdiffi:
cile verum et impossibile est, &c. Veniet autem quandoq;
hoc tempus, vt que nunc latent in abdito, palam quandoq;
prodibunt, manebitq; suus virtuti honos &c. sed de his
malo verbis q; scriptis vram Mtem reddere certiorem &c.
cum hic apud nos quecunq; ad vram Mtem scribuntur
in malam solent partem interpretari &c. Sed ad propositum:
cum hic sontes palam quererentur, hij qui sue conscij culpe
fuga saluti consuluerunt, cumq; palam citarentur aduocare:
turq; minime comparentes, tandem cum aliis nonnullis de
Ciuitate Bannitti atq; exilio damnati perpetuo, Item non:
nulli eciam, qui Lutheri sectam professi, abdicare, abiurare:
q; coacti sunt atq; sufficientem cautionem fideiussoriam sta:
tuere, Nunq; talia et ne minima quidem in deum atq; con:
tra regiam Mtem agere velle, dati sunt insuper per regiam
Mtem Consulatui atq; toti communitati nonnulli articuli
scripti qui pro lege ad libitum regie Mtis per ipsos tam Co:
sules q; eciam totam communitatem tenendi obseruandiq;
erunt, Templis, Ecclesiisq; profanatis spoliatisq; suus decor

atq; honor omniaq; inde abstracta reddita, ea presertim de
quibus constabat reddita sunt, de quibus vero non constat in
his inquirendis acquirendisq; iste hic consulatus operam
adhibiturus est suam &c. item illa causa que inter ~~Eduar:~~ Ebreard
dum Ferber Ciuem huius hic Vrbis ex vna atq; totam
communitatem huius Ciuitatis diu coram regia Mte ven:
tilata, tractataq;, tandem per regiam Mtem diffinita sunt
iam eciam per edictum sue Mtis ad finem deducta, atq;
amicabiliter inter prefatas partes sopita compositaq; est, hec
enim causa prefata tocius (fomentum mali) in hac Vrbe
fuit, et sic omnia deo fauente, bono fine terminata sunt
vtinam diu durent ad confirmanda atq; manutenenda
omnia et singula prefata, mandauit Mtas regia huic
Consulatui vt trecentos pedites ad tempus certum hic foue:
ant in terrorem hiis qui ad errores pristinos forsan resipis:
recidere vellent, qui pedites fere iam omnes suscepti sunt, qui:
bus regia Mtas duos ex harum hic terrarum Nobilitate
preficere dignata est &c. Ad hec Serma regina domina
mea clementima plura et multa huius hic Tragedie Ca:
pitula scriben essent, sed ante dies aliquot exiuit hinc,
dominus Choienskij Archidiaconus Cracouien per regiam
Mtem ad vram Mtem missus, qui omnia et singula latius
oretenus vre Rli Mti est declaraturus, ea vero que scri:
psi vra regalis Mtas in bonam interpretari partem no
dedignetur, perpetue etenim mee offitium seruitutis me no
modo ad scribenda ea vre Mti Rli, verum eciam atq;
etiam ad obeunda omnia ~~eciam qui sint~~ ardua atq; diffici:
lia, ex mandato atq; voluntate vre Rlis Mtis, permo:
uit impulitq; si qua tandem merces laborum meorum spera:
da est, ex gra imprimis summi dei, deinq; ex gra vre Rlis
Mtis mihi speranda est et erit &c. Auditur quidem Dux
Prussie ad regiam Mtem in Elbingum rursus venturus
esse: famaq; est eum, Roginem Ducem relicta cum ipo Ducatu Maso:
uie fri germano suo a Regia Mte petere decreuisse, sed no
credo istud regiam Mtem facere, Ducatus enim iste ad

regem et regnum Poloniae iure feudi median' deuolutus est.
quae sue Regiae Mti a se et a regno alienare non conueni:
ens videretur. Fuerunt hic etiam Oratores a Sermo
Rege Vngariae rogans nomine regis. quatinus prefatum
Masouiae Ducatum Sororibus Ducum Masouiae diue me:
moriae ad easdem Sorores iure naturali deuolutum, da:
re graciose sua Mtas dignaretur Itidem nomine magni
Palatini terre illius, Naderspan wulgo nuncupati, atque
etiam nomine Nobilitatis terre illius Vngariae, Sermo
regi nro extitit supplicatum. sed omnes proficere nihil
breuique hic tempore manens discessere etc. Ferunt etiam ipam
Ducem Masouie in obuium regie Mti ire velle petereque ea:
dem decreuisse vt se Ducatumque suum pront tempore fra:
trum ipsius Ducum Masouiae erat, regia Mtas liberum
dicat, sed opinor non aliam pront et ceteri spem inde repor:
taturam Est enim prefatus Ducatus Masouiae non paruus
et non contemnendus qui Ducatus poterit regiae Mti in his
presertim rerum turbinibus, non parum valoris autori:
tatisque afferre. Quo Ducatu vnacum aliis suis regnis
vtinam regia Mtas Dominus nr clementissimus cum vra
Rli Mte atque filio totaque sua regia prole diu pacifice foeli:
que vtatur, ad annosque longissimos cum prefatis omnibus op:
time incolumis perueniat exopto/ vra etiam Sacra Mtas Rlis
mei meorumque non sit immemor seruitiorum oro obtestorque.
potest enim poteritque vra Rlis Mtas in hac presertim tem:
poris occasione mihi vicem non paruam seruiciorum repen:
dere, habituraque me sibi et sue regiae proli vnacum meis
omnibus vra Rlis Mtas presto paratissimum deuinctis:
simumque seruitorem. Cuius gre me atque meam Coniugem vi:
cibus iteratis commendo, cui vt in omnibus votis atque ma:
datis vre Rli Mti pareat, strictius diligentiusque commisi.
Dat in itinere ex Gedano xxiii Julii Anno doi
M° D° xxvi°

Vulpina promissio.

Sigismundus primus Rex Polonie

~~Correctoribus Statutorum regni Polonie~~ Palatinis et dispensatoribus publicar contributionu

Magce Venerabilis et Generosi Sincere et fideles dilecti. dudum efflagitantibus subditis nris ex ordine Baronum et Nobilium, in animum induximus constitucões et Statuta Regni nri in melioxem ordinem q̃z nunc sut redigere. videlicet superflua quecz ex eis demere et supplere si quid desit, reliqua vero corrigere et emendare ac in vnam formulam redigere. Verum hactenus vt satis res ad effectum perucnire non potuit. preterq̃ quòd eade ipsa Statuta quadam tenus sunt iam reuisa atq̃ discussa Cum vero hec instancia tempora ad rem continuanda, arbitremur fore satis idonea, cupiamusq̃ vt iuxta nrm tocius q̃z regni nri desyderium res et negotium ordinandorum et emendandorum ipsorum Statutorum conficiatur et formatur ideo mandamus vobis vt pro festo Sancti Francisci proximo cum qui in Palatinatu isto delectus est ad corrigenda eadem ipsa Statuta ad locum constituti hoc est in Piotrkow expediatis et tanta pecunie Summa pro expensis prouideatis quanta anno superiore qmisq̃ qui ad hoc munus fuit designatus erat prouisus vt cum ceteris ad hoc deputatis id peragat quod ei iam pridem iniunctum est ne super ea re subditi nri nobis ad deinceps expostulare possint aliter non facturi pro gratia Dat ꝛc

Sigismundus Primus Rex Polonie
Joanni de Tanczin Castell° Lublinensi
Joanni Wetwenski Castell plocensi

Generose fideles dilecti. Non ignorat tua F. Statuta regni nri nondum esse ad plenum emendata nec ad vnam formulam redacta. Quare volentes vt illis extrema manus imponatur. Mandamus tue f. vt ad diem Sancti Francisci in Piotrkow se conferat et ibi cum aliis ad id munus deputatis curet et agat vt eadem ipsa Statuta et iura regni nri iam tandem corrigantur et emendentur. Scripsimus autem Mgco et Generosis Palatino Exactoribus terre Plocen ac dispensatoribus terre Lublinen vt tuam f. pecunia pro expensis prouideant.

SIgismundus primus Rex Polonie
Georgio Misskowski Jurisutriusq doctori Gnesn:
Benedicto Jsdbienski Crac: Canonicis.
Nicolao Zamosczki Can^co Crac secreta° regio

Venerabilis deuote nobis dilecte. Non ignorat tua D°. Statuta et Jura regni nri. tametsi aliquatenus sunt reuisa et excussa, nondum tamen plene sunt emendata nec ad vnam formulam reducta. Quare volen vt illis extrema manus imponatur. Mandamus tue D. vt ad diem Sancti Francisci proximum in Piotrkow se conferat, et ibi cum aliis ad id munus in omnibus Palatinatibus et terris designatis, curet et operam suam faciat vt ea ipsa Statuta et iura iam tandem corrigantur et emendentur. Curabimus autem vt vel Rdus D. Petrus Epus Cracouien et regni nri Vicecancellarius de contributione cleri sue Diocesis vel Exactores

et Dispensatores publice pecunie eam impensam quam il:
lic manens fecerit tua. D.o ei resarciat et exoluat.
Dat. Cracouie In vigilia Natiuitatis Marie etc.

---

23 Julii Rex disceßit ex Gedano

24 Julii Rex rediit Mariemburgum

Sigismundus primus Rex Polonie Proconsulibus et Consulib. Elbingen bg

Famati fideles dilecti. Delatum est ad nos nouos motus et turbas inter communitatem istius Ciuitatis, et vos, ex quo: eas esse et communitatem racionem de perceptis et admini: stratis prouentibus Ciuilibus a vobis exigere Que res vt est indigna, ita nobis vehementer molesta quippe que nedum Ciuili vnioni et veteri consuetudini istius Ciui: tatis plurimum derogare, verum eciam ad maiores motg et nouaciones rerum indies magis ac magis vergere vi: delme atqꝫ ita volumus et inhibemus vobis ommino ha: bere volentes non prebeatis ansam maiorum motuum et turbarum que haud dubie, vbi per vos ratio ipsa Cō: munitati facta foret in Ciuitate ista fierent ac racionem ipsam coram nemine facere audeatis nos enim ipsi cum in terras istas Prussie venerimus illam a vobis exactu[m] sumus aut Consiliarios meos ad illam exigendam vbi opportunitas postulauerit istuc Elbingum mittemus Pro fide vestra et gracia nostra secus non facturi Dat[m] Cracouie feria secunda post dominicam Conductus Pas: che Anno domini M°. D°. XXV°. re: gni vero nostri anno decimo nono

Sigismundus primus Rex Poloniæ Plebi Elbingensi.

Famati fideles dilecti. Cum multis rumoribus perlatum esset ad nos sediciones vrãs intestinas et insolencias aduersum fidem et relligionem Sanctam Catholicam eò vsq; processisse vt plurima contra deum indignissima committerentur. Calices, Patenas, Cruces, et alia Clenodia de Ecclesiis accepta, Monachos spoliatos et extra septa Monasterii ad petendas Elemosinas exire prohibitos, Proconsules, Consules, et alios officiales Ciuitatis licenciosissime depositos aliosq; in locum ipsorum indebite suffectos. Burgrabium contra auctoritatem nram exautoratum et alia innumera perpetrari, videbantur hec omnia nobis adeo indigna et abhominanda, vt fidem illis adhibere nequaq; potuerimus, Nam et contra relligionem Sanctam Catholicam quam omnia regna et Dominia Chriãna hactenus tot seculis concorditer et inuiolabiliter obseruauerunt, talia nefanda commissa videbantur, quẽ ne Thurci aut Thartari forsitan committere audarent, et aduersus auctoritatem nram ita insolenter excessum, ac si nomen et ptas nrã regia pluma leuior conferetur. Admonueramusq; vos per Nunctios nros benignissimis verbis de his ipsis rebus quẽ ad nos rumoribus perferebantur, quibus non vsq; quaq; credere potuimus. Verum quia intelleximus post eam Legationem nram non modo non intermissa et correcta esse à vobis quẽ sunt indignissime commissa, sed eciam illa indies magis inualescere, timentesq; ne et grauissimam vlcionem à domino deo et apud alios omnes reges Principesq; ac naciones Chriãnas turpissimam notam subeamus

Si ad tam indigna et nefanda facinora connniueremus, ad-
monendos vos iterum hiis litteris meis duximus, manda-
tes vobis sub grauissima indignacione mea, vt si ea ita se ha-
bent vti ad nos relata sunt - primum omnium religionem
Sanctam Catholicam ad eam obseruacionem et ordinem
quem a maioribus vris per manus accepistis et cum qua
nobis subditi facti estis, in omnibus. que mutata, destru-
cta, ablata et violata sunt restituatis, magistratum
omnem indigne et indecenter depositum, ad Sedes et Of-
ficia eorum reponatis. Argentum et res Ecclesiasticas
restituatis, Monachos et alios Sacerdotes et elemosinas
petere et census sibi debitos retinere et exigere permit-
tatis, vosq; in omnibus tam diuinis q humanis rebus
et negotiis vris ad priscum laudabilem morem, ac in-
stituta quibus aucta est Ciuitas vra reducatis. Nam
si vos ipsi inter vos id facere non curaueritis, nos de-
bitum ac officium Christiani regis preterm[illere] non
poterimus Et scimus quomodo nos erga vos in hiis
gerere debeamus Ad quæ omnia volumus vt nobis
per hunc Nuncium respondeatis. Dat. 25

Sigismundus Rex Polonie
Elbingensibus

Famati fideles dilecti. Delatum est ad nos eßeistic apud vos duos Concionatores Lutheranos videlicet Mathiam Monachum Carmelitam vxoratum et Georgium Plebanum Ecclesie Noue Ciuitatis Elbingensis. Qui cum ausi sunt hactenus contra prohibicionem nostram sua praua doctrina auertere populum à recta via Et Sancta fide Catholica sub pretextu verbi dei, Mandamus vobis vt vtrumque illorum coram nobis feria tercia proxima post dominicam Judica proxime ventura personaliter statuatis quos nos eciam per litteras nras vt coram nobis propriis in personis compararent ad diem predictum euocauimus sub graui indignatione nra aliter non facturi. Ex Marienburgo 1526

Sigismundus primus Rex Polonie
Senatui plebi populoque Elbingensi

Famati fideles dilecti. Nuper cum Nunctios nros hic ad nos missos à nobis dimittebamus, mandaueramus eis ad vos referre, que esset voluntas nra, presertim hec vt Burgrabium nostrum et Consules exautoratos et eiectos Sedibus suis viceuersa reponeretis, et als omne reipublice formam quam mutastis in pristinum Statum reducere, Constitueramusque certos Consiliarios nros istuc ad vos mittere. Cum autem intellexißemus nihil horum que mandaueramus fuisse à vobis factum mu:

tauimus Consilium nrm, mittendi ad vos eosdē Consiliari:
os. Verumquia nunc à nobis per lrās peciistis vt non
prebeamus aures faciles his que ad nos de vobis defe:
runtur nisi vos quoq; prius audiamus, volumus Nū:
ctios nros ad vos breui mittere. Qui quomodo pa:
rnistis mandatis nris videant et cognoscant, nosq;
de omnibus rebus certiores faciant Nollemus enim
vt subditi nri iussis nris refragari, et Mgratus legit:
time creati sedicione vel furore plebis vexari aut
deici debeant Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Elbingensibus.

Famati fideles dilecti. Intelleximus ex lris vris, vos
illa que per Magcum et Generosum Georgium de
Baisen Palat Marienburgen et Achacium Czema
Succamerarium Pomeranie et Capit Slochouien vo:
bis de mente et voluntate nra significauimus et etiā
lris nris declarauimus exequi non neglexisse, quo nil
gratius nobis nihil Ciuitati vre ac singillatim vnicu:
iq; vrm vtilius prestare potuistis, volumusq; vos et
omnes Ciues vros pro hac fide et obediencia habere in
gratia et tuicione nra commendatos.

Quod etiam noui Consules antiquis loco cedere, et Mgra:
tu se abdicare sponte non recusarunt libenter audiuimus
quodq; ad prouisionem honoris eorum vt postulastis, at:
tinet, habito super hoc oportuno consilio et deliberatione
id faciemus quod ea res postulare videbitur Et vobis
posthac super illa mentem et voluntatem nram declara:
bimus Quia vero accepimus vos non omnia adhuc ad
pristinum Statum et ordinem reduxisse, multasq; inso:
lencias et blasfemias fieri istic apud vos aduersus diui:

Mtem et Sanctos eius, rittusq; ac ordinem Ecclia̅cum qui
non a sceleratis Apostatis quales sunt hii qui nunc sibi
censuram insolentissime sumunt, sed a Sanctissimis Pa:
tribus vita et miraculis clarescentibus est institutus
Mandamus vobis vt primum omnium relligionem Sancta
Catholicam ad eam obseruanciam et ordinem quem a ma:
ioribus vr̄is per manus accepistis, in omnibus que mu:
tata et violata sunt restituatis. Monachum vxoratu
ordinis Carmelitarum Conuentus Adanen̄, qui nō
solum lutheranam heresim vobis predicat, sed iurisdici:
onem ex̄cens, vr̄m etiam Epum̄ agit, et alios eius fari:
ne impios preuaricatores et Apostatas ad nos vinctos
transmittatis vel de Ciuitate ista nr̄a omnino eyciatis vosq;
in omnibus tam diuinis q̄ humanis rebus, et negotiis vr̄is
ad priscum et laudabilem morem ac instituta quibus au:
cta est Ciuitas ista nr̄a, et cum quibus nobis subditi estis
facti reducatis Nolumus enim vlterius ad tam indigna
et nefanda conniuere, timen̄ ne et grauissimam vltionem
a domino deo et apud alios omnes reges Principesq; ac
Naciones Chrianas turpissimam notam subeamus sub gra:
uissima indignacione nr̄a, et pēnis in prioribus edictis
et mandatis nr̄is contentis non aliter facturi. Coeteru
quod a nobis petitis vt huic Ciui vr̄o villas Neukirch
Krebeßdorff et Karsaw, dudum per bone memorie Se:
renissimum olim dominum Casimirum regem parentē
nr̄m desideratissimu Monasterio Sancte Brigide istic
donatas et asscriptas, ad quas se propinquitatem dt̄
habere, restitui faceremus nos quia meminimus villas ipas
collatas fuisse per nos Rdo olim Luce Epō Varmien̄ et post eius
obitum successori suo defuncto domino Fabiano Epō. qui
quandam pro illis concordiam quam nos approbauimus
cum Monialibus Sancte Brigide de Adano fecerat
non est integru nobis, quidq̄ aliter parte non vacata
de eisdem villis disponere, Sed cum vel causa ad nos de:
uoluta fuit decreneg iudicialiter id quod iustum videbr

vel si aliqua parcium Commissarios à nobis petierit, eos illi designare non recusabimus. Coeterum Paulus Plebanus olim vr̄ ante tres annos defunctus certam pecuniē summam et argentum, Ecclie Collegiate Guttstaten et Parochiali Vormediten Testamento suo legauerit et vos illa ex Ecclia vrā Parrochiali in quam per Testamentarios reposita fuerant in Pretoriam sustulistis, volumus et mandamus vobis vt illa hisdem Testamentariis restituatis presertim cum vos cause Testamentarie iam dudū vt certo edocti sumus ab olim Fabiano Epō Varmien definite Judices esse non possitis Dat

Facultas cōmissariis data, ad restituendā religionem in pristinum Catholicum statum: in Elbingo: ac ad Ciuitatem in bonum ordinem redigendam.

MAnifestum facimus tenore presentium Vniuersis Quia cum ~~pridem intellexissemus~~ venissemus in has terras nostras Prussie, vt illa que in Oppidis et Ciuitatibus nr̄is exorta et patrata fuerunt aduersus diuinam Mtem et Ecclīam Sanctam Catholicam ac etiam aduersus auctoritatem nostram regiam et in perturbacionem ac detrimentū ipsorū Oppidorum et Ciuitatum nrarum, in pristinum bonum ac laudabilem Statum ac ordinem reduceremus idq; diuina opitulante gracia per hoc tempus in Ciuitate Gdanen ad plenum perfecerimus, iamq; ad hoc ipsum prosequendū in Ciuitatem nrām Elbingen iter instituissemus quia tamen preuenti insperata necessitate regni nr̄i sentenciā mutare et regnoq; nr̄o celerius adesse coacti simus, designauimus et misimus nomine et loco nr̄o in ipsā Ciuitatem Elbingen Rdos in Chrō pres dominos, Mathiam Wladislauien, Mauricium Varmien, et Jo:

annem Culmensem Epos Necnon Magcos et Generosos,
Stanislaum de Coszieliecz Posnanien et Marienburgen
Bidgostien et Stumen Capitaneu. Jo: de Lusianis Culmen
Georgium de Baizen Marienburgen, Georgiu de Co:
nopath Pomeranie Palatinos, Ludouicu de Mortengen
Castellanum Elbingen Consiliarios nros, Sincere nobis
dilectos, quibus diligentissime commisimus, ac omnem fa:
cultatem nram illis dedimus, damusq presentibus, pri:
mum vt de factionibus et tumultibus illic excitatis eo:
rumq authoribus, item de inuecta illuc pestifera Secta lu:
therana exactissime inquirant, facinorosos homines, qui
in premissis noxij et authores inuenti fuerint penis de:
bitis secundum quod illis videbr puniant, deinde omnes
defectus ipsius Ciuitatis corrigant et emendent ac Statu
eius ad bonum et tranquillum Ordinem restituant, aliaq
omnia et singula agant et constituant, que ad bonum et
tranquillum Statum eiusdem Ciuitatis et Incolarum eius
spectare videbuntur, etiam si talia forent que mandatum
exigerent magis speciale q pntibus est expressum necno
causas omnes coram nobis ceptas et suspensas audiat
examinent et diffiniant prout ius et aequitas postulabit
Quicquid autem per illos actum gestum et constitutu fue:
rit, id omne tanq per nos metipsos fieret ratum gratu
et firmum nos habituros in verbo nostro regio promitti:
mus et pollicemur. In cuius rei testimonium Sigillum
nostrum est presentibus appensum Dat in Arce nra
Marienburgen 1526

SIgismundus primus Rex Polonie
Bone regine Polonie: coniugi sue.

Sexta. Arbitramur nos in Portu esse harum actio:
num nostrarum, verum nescimus qui venti nos adhuc
ita repellunt vt non modo non possimus ad littus opta:
tum Appellere, Sed eciam quando hunc portum contin:
gemus scire adhuc nequeaq̃ speramus tamen iam celerem
exitum et interim mittimus hunc Nunctium ad inuisen:
dam Mtem̃ vram̃. Quam plurimum rogamus vt quo
pacto et ipsa et Ill̃mi liberi nostri valent nos reddat
cerciores ac foeliciß̃ime valeat et nos diligat.

SIgismundus .I. Rex Polonie
Magistratibus plebiq̃ Braumsbergen.

Cum iam dudum variis multorum relationibus didiciß̃eq̃
quomodo vos in diuine Mtis contumeliam, aduersus Ec:
clesiasticam simulq̃ nr̃e superioritatis authoritatem ac cõ:
tra quietem ac Statum reip: moremq̃ maiorũ vr̃orum,
abiecta Sacre religionis obseruancia tocius Chriani Orbis
consensu firmata, nouam et Apostaticam sectam propria
temeritate induxissetis Venerabile Eucaristie Sacramẽ:
tum, misse Sacrificium, et Statuas siue Imagines Sancto:
rum indignis et abominandis modis tractassetis, Eiectis
catholicis Predicatoribus Apostaticos criminatores in:
stituißetis, ac propterea etiam contra Capit̃ istic nostrum
sedicionem et periculosum tumultum in Eccl̃ia vr̃a Parro:
chiali insolenter excitaßetis, Dominum Epm̃ vr̃m̃ loci or:
dinarium, cuius Jurisdicionem contemptui habuistis, nec nõ
alias Eccliacas personas per predictos Predicatores vr̃os

insignibus contumeliis publicis declaracionibus affecissetis. Sa:
cerdotes ac dei ministros suis prouentibus et alimentis ac Do:
miciliis priuassetis, eaq; profanis vr̃is vsibus deputassetis.
Ecclesias ac Monasteria spoliaßetis, ac pleraq; alia indigna
commisissetis, nr̃is et Prefectorum Arcis nr̃e Marienburgen̄
litteris sæpenumero vos admonuimus, vobisq; seuerius man:
dauimus, vt ad mentem saniorem redeuntes, ac resipiscen:
tes, ab huiusmodi similibus ausibus et temeritate abstinere:
tis. Ecclesiasticis suos prouentus et Ecclesiis adempta restitue:
retis omniaq; in pristinum Statum reponeretis Quibus mā:
datis nr̃is cum minime obtemperaßetis, Sed ea preuaricantes
inceptis huiusmodi vr̃is pertinaciter hactenus permaneatis
Ita vt post discessum Lutheran̄ nullum Catholicum Predica:
torem in hunc vsq; diem admiseritis nec relligiosos in suo Mo:
nasterio verbum dei disseminare passi fueritis. Nos qui in
aliis Ciuitatibus et toto regno nr̃o similem sedicionum ac
turbarum Pestem Deo adiuuante exterminare suscepimus:
In vos etiam omnes et totam vniuersitatem vr̃am procedere,
et id quod æquitas postulat vr̃aq; meretur audacia decernere
Iure possemus. At cum plerosq; Ciuium innocentes et pre:
dictis preuaricacionibus minime consentire intelligamus.
Ideoq; pro nunc duntaxat sequentes videlicet, Georgium Ra:
be Proconsulem, Leonardum de Rossen, Simonem Eberth, Jo:
annem Luthke, Petrum Kirsten ꝛc̃ quos precipuos huiusmōi
malorum authores esse accepimus per has nr̃as lr̃as citato:
rias, siue publicum edictum peremptorie Cittamus ac regia
nosta auctoritate cittari mandamus, vt quarta die post foe:
licem nr̃m ingreßu in Elbingum coram nobis in propriis
eorum personis, ibidem compareant de supradictis criminibꝰ
et excessibus racionem reddituri, et procuratori fisci nr̃i le:
gittime responsuri atq; ostensuri se predictis mandatis et
admonicionibus nr̃is cum effectu paruisse. Alioquin audi:
turi se ob premissa facinora et preuaricaciones, penas de
Iure in huiusmodi delicta constitutas decerni et promulga:
ri, ac legittime executioni demandari, certos eße eos volen̄.

q̄ etiam ipsis non comparentibus in eorum contumaciam ad omnia supradicta contra ipsos procedetur, vlteriore delacione semota. Volumus preterea et decernimus has nras Cittacionis et publici edicti lras. vt eo commodius ad singulorum noticiam deueniant in Consulari congregacione primum publicari et deinde aliquo die conuenienti, in Valuis Ecclesiarum et Monasterii locis edicioribus, ac patentibus more aliorum edictorum publicorum, affigi et publicari, eamq̄ publicationem omnes et singulos quorum interest perinde arcere, ac si in eorum proprias personas executio facta esset Dat

Restitutio religionis: et ciuilium rerum ordinatio in Ciuitate Braunsbergk

Sigismundus primus Rex Poloniæ

Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis Q cum anno superiore nonnullas Ciuitates Prussiæ, quæ intestinis sedicionibus plurimum estuabant, personali nra presencia domino deo adiuuante pacassemus et ardnis reipublicæ regni nri negociis nos inde auocantibus reliquis Ciuitatibus inuisendis vacare non possemus, Solennibus Nunctiis et Consiliariis nris vice nra subdelegatis rem a nobis foeliciter auspicatam conficiendum demandauimus, Cum itaq̄ Rdum in Chro patrem dominum Mathiam Epm Wladislauien et Generosum Ludouicum de Mortangen Castellanum Elbingen in Oppidum Baunsbergk, quod tunc temporis in nra retinuimus ptate misissemus vt compressis illic popularibus motibus et rebus ad pristinum ordinem repositis, hoc ipsum oppidum Rndo in Chro Patri domino Mauricio Epo eiusq̄ Ecclie Varmien tanq̄ vero et legittimo domino pacatum nomine nro restituerent. Qui munus sibi iniu:

clum rite et debito modo obeuntes ad occurrendum futu-
ris erroribus, popnlumq3 in fide officio et religiõis ob-
seruancia conseruandum. Constitnciones salutares no-
bis pro parte p2efati domini mauricij Epi oblatas, au-
ctoritate mea ediderunt Quas Ciues seu Incole Oppi-
di predicti acceptan etiam solemni Juramento prefato
domino mauricio Epo postea prestito seruandas promi-
serunt vno dumtaxat articulo de Capitalibus et San-
guinis Judiciis, quem suis Priuilegiis derogare affir-
marunt ad nostram cognitionem arbitralem conse'su
vtriusq3 partis reiecto. Quarum quidem Constitu-
ciõnum tenor est talis, Nos Mathias Dei gratia Epus
Cuianien', et Ludouicus de Morbangen Castellanus El-
bingen' Nuncij et Oratores a Sermo Principe et domino
dno Sigismundo Rege Polonie, Magno Duce Lithua-
nie' Russie' Prussie'q3 &c' domino et hereditario nro clement
cum plena facultate in Ciuitatem Brunsbergk deputati
Manifestum facimus vniuersis et singulis. Quod cu
idem Sermus dnus nr Rex per pacta pacis perpetue cu
Illo Principe dno Alberto Duce Prussie etc' nuper inita di-
ctam Ciuitatem Brunsbergk tempore belli ab eodem dno
Duce occupatam, ad se recepisset. Intelligens ipsa sua
Ciuitatem ipsam factionibus et popularibus seditionibus
mirum in modum feruere dogmata et religionem a primo-
ribus Ecclesie damnatam in eam inuectu esse. Deum
et Sanctos blasphematos, templa spoliata ordinem Eccle-
siasticum oppressum Jurisdicionem omnem dni Epi loci
ordinarij explosam in Prefectum ipsis sue periculosum
tumultum concitatu, Consules exautoratos regimen Ciui-
tatis inuersum, ipsis sue mandata contempta, ac multa alia
indigna hactenus patrari dignata est ipsa sua ex his et aliis
causis, illam ipsam Ciuitatem aliquandiu in sua plate reti-
nere, vt interim sua regia autoritate facinorosis punitis his
que ordine dimota erant, in ordinem redactis, religione

restaurata tumultibus compressis ipsam Ciuitatem tranqll:
lam et obsequentem ac omnibus huiusmodi erroribus pur:
gatam R mo dnō Epō Varmien, illius vero et naturali
dnō restitueret Proinde eius Mtas in his terris Prussie
personaliter constituta ac bone reformationi omnium suorū
subditorum, vt Christianum decet Principem studiosissime
intendens, anteqq ex ipsis terris discederet nobis commi:
sit, vt sedatis primum omnibus motibus et dissidiis in ipsa
Ciuitate exortis ac Statu ipsius tam in Ecclesiasticis qz Ci:
uilibus rebus in iustum et bonum ordinem reposito, eandē
Ciuitatem R mo in Chrō Patri dnō Mauritio Epō Var:
mien, eiusqz Ecclesie cum omni iure et dominio restitue:
remus. Communicato igr cum aliis sue Mtis Consiliariis,
in Elbingō ad hēc et alia negotia nobiscum cum plena ptate
deputatis, consilio atqz consensu, Ibiqz post debitam omniū
inquisitionem quibusdam dictarum sedicionum auctoribus
punitis, aliisqz que ibi reformari poterant, reformatis pro
tranquillo Statu deinceps in ipsa Ciuitate Brunsbergk cō:
seruando, ac ad occurrendum similibus motibus et periclis,
infrascriptas constituciones in ipsa Ciuitate perpetuo obser:
uandas, regia auctoritate nobis comissa edidimus et promul:
gauimus volentes nomine Ciuitatis Brunsberg vtramqz
videlicet veterem et nouam Ciuitatem comprehendi.

Ac imprimis Quia traditiones Ecclesiastece, vt a maioribus
nris Orthodoxis prodite sunt seruari debent, Quas si cui:
libet expendere, mutare, vel abrogare et scripturam pro
sensu, seu libidine sua interpretari liceret, Nihil certi nō
solum in religione sed in humanis quoqz rebus que hoc prē:
cipuo freno diriguntur, haberi posset, vt iam obscurum nō
est quos fructus edat nouata religio: Quot et quales
normas et precepta tradant ipi arbitratu suo, qui in ritus
et instituta Ecclie Catholice debachantur, Statuimus vt

deinceps vsus antiquus religionis et Ceremoniarum, tot secu:
lis in omnibus Regnis et dominiis Chrianis obseruatus
et a maioribus nris nobis per manus traditus ac per re:
giam Mtem vt Principem Chrianum decet commodum
restitutus, diligenter in hac Ciuitate et omnibus Eccliis
obseruetur. / Quodsi quis vituperare aut illi detrahere
presumpserit, debito modo conuictus punietur. Cui autem
iuxta veterem religionem et normam vniuersalis Ecclie
ac constituciones nras viuere non placuerit, Is intra du:
as hebdomadas post edictum publicum Ciuitatem exire, et
alio commigrare poterit, nunqz deinceps reuersurus. Alioq
vltra hunc terminum aduersus constituciones nras viues
supplitium capitis et priuationem omnium bonorum non eua:
det.

Et quia nunc solent plerique temere sese ad Concionandum in:
gerere et pretextu tritici verbi dei Zizaniam seminare
Statuimus vt nullus deinceps intra et extra Ciuitatem qui:
buscumqz in locis tam sacris et Monasticis qz prophanis tam
publicis qz priuatis et sacratis docere aut concionari aude:
at, vel ad docendum aut Concionandum aliquem admittat
statuat, aut conducat nisi cum sciencia et examine de vita
et doctrina ipsius Concionatoris per dominum Epm aut eius
Offitiales debite facto Sub pena Capitis et bonorum omnium
priuatione.

Quia nunc etiam noue religionis censores, veteres Oratio:
nes et Cantica dudum recepta abrogant et suas precandi
formulas et Cantilenas sacris ingerunt. Statuimus vt
cuncta offitia Ecclesiastica Nempe hore Canonice et Misse
iuxta veterem Ecclesie Catholice ritum et consuetudinem
in hac Ciuitate et Ecclesiis peragantur, Et vt nulle dein:
ceps orationes aut responsoria Cantilene et id genus alia
insolita dicantur aut canantur, Nisi que a dno Epo aut eius

officialibus fuerint approbata.

Quia item censores ipi aliorum cupiditatem et auaritiam insectantes, ipsimet nec a sacris quidem manus rapaces abstinent, Statuimus vt quisquis vasa argentea, ornamenta suppellectilem et alia quecumqz in vsum et ornamentum sacrorum Ecclesiis et Monasteriis concessa abstulerit minuerit aut in alios vsus conuerterit vltimo supplicio vt sacrilegus puniatur.

Imitantes autem Regum et Principum Christianorum edictis ac decretis, inhibemus ne quis deinceps libros ab Ecclesia Catholica dissidentes et damnatos, necnon Cantilenas, picturas inhonestas, libellos famosos, et alia id genus que vt religioni detrahunt, vel bonam famam cuiuspiam aspergunt in hanc Ciuitatem inuehat, aut illis quoquo modo vti audeat sub pena exilii, ac bonorum omnium priuatione.

Ceterum visum est nobis equum et pro dignitate superioris Dominii congruere atqz ita in posterum irrefragabili edicto Statuimus et habere volumus, Quod Prefectus Palatii siue is Aduocati, Capitanei, aut Burgrabii nomine honestatus sit, vbinis primum locum super omnes Consules et Proconsules perpetuo habeat eo quod personam domini Cpi representet, et vices eius gerat.

Porro quod ad res Ciuiles attinet Cum hii qui magistratibus et Juditiis in Ciuitatibus presunt, dominorum suorum vices gerere censentur, Cum a iure diuini dominii hec pendeat, absurdum arbitramur a legibus bene institute Ciuitatis, ac etiam periculosum, vt in magistratuum et iudiciorum presertim Capitalium dispositione ipse dnus excludatur. Et quia item manifestum est Cives huius Ciuita-

tis libertate sua quàm in preficiendis magistratibus habebat
mul multipliciter abusos fuisse, ac propterea ipsam Ciuita-
tem in non paruam calamitatem, et discrimina incidisse, ideo-
q̄ nos auctoritate regia amoto moderno Consulatu qm̄ po-
pulari seditione aut alia illegitima ratione exauctorato
ingrato antiquo constitutus fuerat, nouos Proconsules et
Consules hac vice constituendi ptatem dicto dn̄o Epō reli-
quimus Statuentes vt decetero nullus ad magistratum re-
capiatur, aut eligatur nisi de scientia et Consensu domini
Epi vel eius Prefecti. Destituendi vero et exauctorandi Pro-
consules vel Consules apud solum Epm̄ sit potestas Quod
quoties res postulauerit ei facere licebit.

Statuimus preterea et ordinamus vt deinceps in dicta Ciui-
tate Brunsbergk omnia iudicia capitalia siue sanguinis
ad dominum Epm̄ pro tempore existentem aut eius ad hoc
constitutum officialem deferantur. Qui solus in huius-
modi causis iudicandi habeat potestatem Nec liceat dein-
ceps Consulatui in bonis Ciuitatis cuicūq̄ preter volun-
tatem et specialem commissionem domini Epi salvum Condu-
ctum aut libertatem passandi concedere Cuius ptatem Con-
sulatui perpetuo interdicimus.

Preterea quisquis ad magistratum de nouo assumptus fue-
rit anteaq̄ locum huiusmodi magistratus acceperit debet
dn̄o Epō aut ei qui ad id ab eo commissionem habuerit de-
bitum fidelitatis Juramentum prestare, Quòdq̄ omnes se-
diciosos et turbatores pacis Ciuitatis illius q̄ primum tales
cognouerit ipsi domino Epō aut eius prefecto fideliter denun-
ciabit, curabitq̄ vt tales debita pena puniantur Idem iura-
mentum etiam prestare debent omnes qui communitatibus
artificū in seniores preficiuntur.

Decernimus item et Statuimus quòd nullus ex Ciuibus hu:
ius Ciuitatis per seditionem vel aliquem modum illicitum
ad regimen Consulatus quoquo modo sese ingerere presu:
mat sub pena vltimi supplicii. neq; plures q̃ quatuordecim
persone in Consulatum amodo preficiantur.

Interdicimus insuper perpetuo ne Consulatus totam commu:
nitatem in quouis loco congreget. aut illam sponte congre:
gari permittat. decernentes id neq; Consulatui, neq; co:
munitati absq; speciali permissione domini Epi vel eius
Prefecti licere sub pena ammissionis omnium Priuilegiorum
suorum, vbi autem magni momenti negotia emerserint que
communibus Consiliis et vnanimi consensu Ciuitatis tra:
sigenda fuerint, Statuimus q̃ deinceps in huiusmodi ar:
duis causis ex singulis quartis Ciuitatis sex boni et inte:
gri Ciues cum Consulatu et duobus senioribus ex quoli:
bet quattuor capitalium Opificum Ordine ad Consulendum
et ferenda suffragia vocari et adhiberi debent Et quod hu:
iusmodi viros eligendi et vocandi in Pretorium quoties
opus fuerit Consulatus ptatem habeat Quilibet etiam
Mgr quartarum faciat quinq; ex eisdem Ciuibus sue
quarte ordine sedere, et quemlibet admoneat ne cuiuspiam
sermonem interrumpat, aut aliquid aliud loqui et ingere:
re presumat q̃ id quod a Magistratu omnibus in comune
propositum fuerit. Si quis autem aliquid preter hec ingesse:
rit quod Ciuilem tranquillitatem perturbare posset aut his
nris constitucionibus aduersetur: Si quis item non voca:
tus aut designatus propria temeritate sub ipsorum con:
gressu in Pretorium venerit ad huiusmodi consilium
interturbandum extremo supplicio multetur Quicquid
autem per predictos Mgratum et viros electos decretum
et conclusum fuerit id firmiter et inuiolabiliter ab oibus incolis
Ciuitatis obseruetur. Si vero in vna sentencia no coierint re
ad dnum Epum referant decernendam

Ceterum si quis Ciuium priuato Ciui actionem mouere voluerit coram dnó Epó aut eius Prefecto siue Consulatu id faciat. Magistratum vero coram dnó Epó aut eius Prefecto duntaxat conueniat, nec quezelam iniuriarum suarum ad plebem seu cómúnitatem vt tumultus populazis excitari possit sub péna vltimi supplicii deponere audeat.

Et quia sediciosorum est in latebris primum artes et modos ad tumultum excitandum fabricare. Statuimus quod: si tres quatuorue aut plures vtriusq sexus, futuris temporibus in domibus templis, hortis, intra vel extra Ciuitatem consultaciones et tractatus facerent qui vel aduersus edicta vel Statuta mea tenderent, vel qui contra pénam seu mulctam per nos decretá vel etiam communem Ciuium pacem aliquid continerent vel eorsum vergerent. Qui item huiusmodi Conuenticula intra vel extra Ciuitatem scientes admitterent, vel nuntium aliqd ad tales vel alios deferrent. Si quis demiq aliquem vl aliquos contra premissa facientes vel facientem viderit scierit q et talem Prefecto dnó Epi aut Consulatui nó denunciaret tam is q alii huiusmodi meé constitucois transgressores legittima probatione conuicti Supplicio capitis et bonorum priuatione puniantur.

Statuimus item q omnes singli Opifices quorumcúq artificium Mechanicorum pro fide et iuramento suo diligentez intendant vt tales famulos vel socios aduenas suscipiant, ac laboribus et officiis suis adhibeant qui per omne tp: pus quo in hac Ciuitate morabuntur, se probe fideliter et cum omni obedientia et subiectione secundum neas et domini Epi ordinationes et constitutiones tam in Eccle: siasticis q prophanis rebus gerent et consequabuntur Quas

ydem dñi eis nolificare debent, alioqui de famulorum excessibus ipsi rationem reddere et facinorum eorum pœnam lucre ſmt obligati.

Decernimus preterea quod Pomeria ſiue horti qui sagittariorum vocantur Et preterea societates ſiue compotationes quas Gildas vocant deinde frequentari et ſeruari non debent ſine ſpeciali et expreſſo domini Epi aut eius Prefecti conſenſu.

Demum ne quis3 voluntatis et Statutorum nrorum ignorantiã pretendere poſſet mandamus et ſtrictiſſime precipimus, Quòd Caupones, Tabernarii, quiq3 publica diuerſoria tenent et generatim grauatim omnes huius oppidi Ciues et incolæ ad quemcuq3 illorum, hoſpitem ſeu aduenam aliquem, venire et diuerti contiget Illi cum primis Statuta, et edicta nra tam ad fidem Catholicã eiusq3 Ceremonias ſecundum vſum et ritũ antiquum Eccleſiæ Catholicæ, q3 etiam ad Statum huius Ciuitatis pertinentia referre et declarare tenentur, vt quilibet hic et alis in ditione dñi Epi existens ſe huic voluntati nris regiæ et mandatis meis imo verius regiis accomodare poſſit et ſciat ſub pœna grauiſſima per Conſulatum exigenda et moderanda Quodſi quiſpiam hoſpes et Aduena tam pertinax et temerarius fuerit, vt ita certior factus vel hereſes ac noua et impia dogmata profiteri ac ſeminare, vel alia quecuq3 tã religionẽ q3 etiam his ordinationibus meis Imo verius regiis contraria tractare et promouere preſumeret is per Prefectũ domini Epi aut Conſulatũ debita et ſeuerisſibili animaduerſione punietur.

Volumus postremo et mandamus vt omnes et singuli constitucionum nostrarum suprascriptarum articuli annalibus huius Ciuitatis ad perpetuam rei memoriam inscribantur et quotannis semel comunitati legantur ac ab vniuersis firmiter et inuiolabiliter obseruentur Articulo tamen de iudiciis capitalibus siue sanguinis quem Ciuitas suis Priuilegiis plurimum derogare pretendebant ad cognitionem et decisionem regie Mtis cuius arbitrio tam ipsa Ciuitas q̃ Rmus dns epus Varmien stare volebant reiecto ita tamen quod pro conditione temporum et rerum in ptate domini Epi sit quosuis ex premissis articulis mutare addere demere seu etiam abrogare prout rebus publicis magis expedire videbitur Nos itaq̃ suprascripti Nunctij et Oratores presentibus articulis coram tota communitate dicte Ciuitatis de nostro mandato solemniter cogregati lectis, et promulgatis ipsam Ciuitatem Brunsbergk modo quo supra reformatam, et in ordinem positam cum omni eius iure et dominio, ac subditis et attinentiis vniuersis, remisso prius iuramento et homagio Mti regie prestito Rmo in Chro Patri dno Mauricio Epo Varmien, tunc presenti eiusq̃ successoribus et Ecclie autoritate regia reddidimus, ac restituimus In quorum testimonium Sigilla nra presentibus sunt appensa Dat et act in Arce predicte Ciuitatis Brunsberg Sabato post festum assumptionis beate virginis Marie que fuit decimaoctaua Mensis Augusti Anno domini M° . D. XXVI°.

Quas quidem constituciones et ordinaciones suprascriptas pro comuni bono ac tranquillo et quieto Statu Oppidi Braunsberg eiusq̃ Incolarum predict per prefatos Consiliarios nros modo premisso factas et conclusas, omniaq̃ et Singula in eis contenta Nos Sigismundus Rex prefatus approbauimus ratificauimus et confirmauimus, approbamusq̃ ratificamus et confirmamus ac robur debite firmitatis,

obtinere illas decernimus per presentes Articulum vero de Judiciis Capitalibus ac sanguinis predict' ad nos et cognitionem nram' vt prefertur reiectum. cum Ciues Braunsburgen' predicti asserant illum esse sibi preiudicialem hic inseri in presens non fecimus nec confirmauimus sed illum altius adhuc dispiciendum et discuciendum suspendimus, cum vero illum vna cum Consiliariis nris, matura deliberacione et mutuo consilio expendemus id demum faciemus quod magis expediens et equitati consentaneum fore existimabimus.

Suprascriptos Articulos Magistratus et tota comunitas oppidi Braunsbergen' solemni iuramento R mo dno suo Epo Varmien' prestito in presentia nra se firmiter seruaturos promiserunt et obligarunt.

Facultas a rege Commissariis data ad ordinandam Torunium tam in religione q̄ in ceteris rebus ciuilibus

Manifestum facimus tenore presentium vniuersis. Quia cum Aestate preterita ad Ciuitatem nostram Gedanen̄ venissemus. vt ea que illic exorta et patrata fuerunt aduersus diuinam Mtem̄ et Ecclesiam sanctam Catholicam ac etiam aduersus auctoritatem nr̄am regiam et in perturbacionem ac detrimentum eiusdem Ciuitatis nostre Gedanen̄, in pristinum bonum et laudabilem Statum ac ordinem reduceremus, idq; diuina opitulante gr̄a ad plenum illic perfecerimus iamq; ad hoc ipsum prosequendum ad alias Ciuitates et Oppida terrarum nostrarum Prussie iter instituissemus. Quia tamen preuenti insperata necessitate regni nostri sentenciam nostram mutare et regno nr̄o q̄ celerius adesse coacti fuimus, nolentes tam bonum et necessarium opus quod ipsi absoluere non potuimus imperfectum relinquere, cupientesq; vt reliquie quoq; Ciuitates nostre earundem terrarum Prussie ad bonum et pristinum Statum ac ordinem reducerentur, commisimus et harum serie litterarum committimus Rdis in Chr̄o Patribus dominis Mauricio Varmiensi, Joanni Culmen̄ Epis̄, necnon Mgcis et Generosis Joan̄i de Lusianis Culmen̄ et Capit̄ Radzinen̄, Georgio de Baizen Marienburgen̄, et Capitaneo Gneuen̄, Georgio de Conopat Pomeranie, et Capitaneo Swiecensi Palatinis, Arnoldo de Francza Culmen̄, Ludouico de Mortangen Elbingen̄ Capitaneo Coprziwnensi

Joann Balinski Gdanen et terrarum nostrarum Prus:
sie Thesaurario Castellanis damusq illis plenam facul:
tatem vt absolutis publicis negotiis in Conuentu Thoru:
nen, quem ad diem Sancte Lucie proximum illic Statu:
imus. primum de factionibus ipsius Ciuitatis nre Tho:
runen coxumq autoribus. item de nuecta illuc pestife:
ra secta Lutherana exactissime inquirant facinorosos ho:
mines, qui in premissis noxii et authores inuenti fuerit
pnis debitis secundum quod illis videbitur puniant.
Magistratum eiusdem Ciuitatis Thorunen in dignitate
et auctoritatem pristinam restituant. Franciscum Estche
qui propter famam virtutis et fidei nobis est non vul:
gariter commendatus, ad Sedem Prowsulatem et lo:
cum et ordinem Senatorium reuocent ac reponant, dei:
de omnes defectus ipsius Ciuitatis corrigant ac emen:
dent ac Statum eius ad bonum et tranquillum ordine
restituant. Constitucionez nouas quibus opus esse vide:
bitur edant et promulgent, aliaq omnia et singula agat
et constituant que ad bonum et tranquillum Statu ac
regimen eiusdem Ciuitatis Thorunen et Incolarum eius
spectare videbuntur, etiamsi talia forent que mandatu
exigerent magis speciale q pntibus est expressum cum
aut duorum Consiliariorum nrorum predictorum absencia
non obstante. Quicquid autem per illos actum gestum
et constitutum fuerit. id omne tanq per nos ipsos fieret
ratum gratum et firmum nos habituros in verbo nro re:
gio promittimus et pollicemur harum testimonio litterarum
quibus Sigillum nrum est impressum Dat Cracouie

De restaurando aggere Visslæ

Sygismundus .I. Rex Polonie

Significamus tenore presentium vniuersis et singulis ha-
rum noticiam habituris. Quia cum Incolæ Villarum
nostrarum vtriusq; Insule coram nobis recensuißent,
quod ipsi qui malicia temporum et bellorum preteritorum
in facultatibus suis minum decreuissent, et eorum multi
vicini ex nonißima ruptura aggeris, totam vim et mo-
lem aquarum atq; glacierum fluminis Vistulæ a lon-
go tempore sustinentes, et defluxum, ac inundationem
eiusdem fluminis per eorum agros prohibentes, plurima
damna, diuina forsan permissione accepissent, non eßet
sufficientes cum ipses vicinis suis, predictum aggere
ruptum et damna aliorum Aggerum instaurare, ac
reficere. supplicassentq; nobis emere vt tam oppida-
nos q; etiam homines rurales, quosq; in Insulis,
et circa illas degentes, ac etiam villas inscriptas
incolentes videlicet Wezmßdorff Melenc, obeschar
coßzielitzsche ac Villas Tralaw Tragenbrim Blume-
stein ad angarias et labores prediorum nostrorum las-
chi et Cominki antiquitus designatas. item villas Eich-
walt. Newteich. orlob. Ladekop. Tewenorth. Jeken-
dorff. et villas quas Ciues Elbingen tenent in pigno-
re Priuilegiis Insularum gaudentes et a reparando tamen
Nichilominus prefato aggere aliisq; aggeribus seu ab
aggerando, et a custodia glacierum ne quod nocumentum
aggeribus inferant. id quod nuper accidit, a predeces-
soribus meis, vt dicitur libertate donatas simul ac do-

lendinatorem, in Trapenaw ad refectionem ipsorum gla:
cierum et aggerum custodiam, ne cruste illius coacervate
suo impetu et mole, aliquo nocumento eosdem aggeres et
homines illis vicinos afficiant adiungere, et ut eandem
refectionem et custodiam aggerum obeant, quociensque
et quandocumque necessarium fuerit illis mandare, eorumque
libertates, et immunitates, ab hac refectione et custodia
relaxare dignaremur, Nos predictorum Insulanorum
Supplicacioni annuentes, tametsi consueverimus pro
officio et virtute nostra regia Privilegia subditorum nostrorum
a predecessoribus nostris iuste et legittime emanata in suo
robore conservare, prout et Oppidanorum ac hominum Ru:
ralium predictorum, Et etiam Molendinatoris in Trape:
naw Privilegia, sive perpetua, sive temporalia, si que ha:
bent super huiusmodi immunitate ab aggerando, et cu:
stodiendo seu providendo, et auxilium ferendo, ne glacies
suo impetu aggeres rumpat, tamen nobiscum reputantes
presentem valde urgentem, et maximam restaurandi et repa:
randi aggeris, nuper rupti, qui precipuus esse censetur
necessitatem, que communi auxilio opera et impendio
nedum Insulanorum, verum etiam nostro aliorumque ipsis In:
sulis adiacentum, et flumine Vistula in navigatione uten:
tium indigere videtur, relaxandam duximus ac tenore
presentium relaxamus, hac vice duntaxat, et tamdiu,
donec idem agger ruptus debito modo reparatus fuerit
ipsam libertatem et immunitatem Oppidanorum et Rura:
lium ac Villarum superius nominatum expressarum et quas
Cives Elbingen, in obligatione possident, Molendinatorisque
predicti a reparando ipso agere rupto, et etiam provide:
do, ne glacies vel aquarum impetus, illi novum interim
aliquod detrimentum inferat, ipsisque Privilegiis eorundem
Oppidanorum et Ruralium, ac Villarum et etiam Molen:
dinatoris in Trapenaw quo ad hanc immunitatem et liber:

tatem pro hac vice derogamus volentes et ordinantes vt ad
totalem, seu completam ipsius Aggeris prefati reparationē
et custodiam, ne interim magis rumpatur, aliis Insulanis
ad eius refectionem dudum obligatis, auxilium et operā
suam prestare omnino teneantur. Et in quolibet alio simili
casu vbi vis et impetus glacierum et aquarum excrescē:
tia, adeo exuberare et ruptura denuo prefato Aggeri im:
minere ita q̄ ea vis communi manu et auxilio, veluti com:
mune incendium reprimi debeat predicti liberi ad id obeū:
dum omnino etiam obligati esse debent et astricti et quia
etiam exposuerunt et questi sunt nobis predicti Insulani
de vtraq̄ Insula se plurimum cum aliis annuis censibus, tū
etiam Sancti Spiritus grauari, et plerumq̄ pascuorū penuria
valde premi, vel ex eo q̄ officiales nr̄i, Laniis potissimū loca
ca nr̄a pascuorū, locare soleant Ipsisq̄ Insulanis ea loca
recusent, Supplicarunt q̄ nobis vt de eisdem pascuis benignā
prouisionem et ordinationem facere, et consensum ad redimen:
dos predictos census eis concederemus. Committemus et
mandabimus Officialibus nr̄is vt potius Insulanis q̄ Laniis
vel aliis pascua locent dummodo Insulani iusto pretio et
absq̄ damno nr̄o ea ab eis conducant et Census qui non es:
sent perpetui verum in vim recuperationis comparati,
eisdem Insulanis redimere consentiemus, verum omnes
census perpetuos tam Ecclesiasticos q̄ etiam Seculares in
suo robore conseruamus. Quod vero attinet ad ordinati:
onem de moderacione Censuū nr̄orū per predecessores
nr̄os factā, hominibus eiusdem vtriusq̄ Insulē damna
passis, vel ex aquarū mundatione, aut ex conflagratione
aliquorū bonorū suorū, super qua moderatione, quod
iuxta cognitionem et arbitrium Prefectorū Arcis nr̄e
Marienburgen̄, et Seniorum Insule pro tempore existē:
tium, illis esset facienda, se literas ipsorum predecessorū
nostrorum habere dicunt easdem litteras si illas habent,
licet per abusum diu extinctas illis renouabimus et iuxta

earum tenorem et dispositionem ipsos, quo ad moderationē
Censuum ex causis et euentibus predictis conseruabimus
De vecturis vero frumentorum ad Arcem et fimi ab Arce
et predijs quibus preter solitum et debitum passim quibuscūq
temporibus se nimium grauari, prenominati Insulani vtri-
usq Insule quemtme ita Statuimus et ordinauimus. Sta-
tuimusq et ordinamus harum serie litterarum quod
ni eo casu vbi vie essent lutose et temporis aliqua magna
intemperies frumenta reponantme ni grauarijs ad tem-
pus vie et vecture commodum ipsorum frumentorum ad
Arcem nostram Marienburgen, et eme sub ea commoditate
temporis, et itinerijs debent illuc duci et ex illis hoc quod
pro semente necessarium fuerit, debet in Predijs ex quī-
bus vehenda erunt relinqui, ne rursum de Arce id ad
Predia reduci, per eosdem Insulanos oporteret fimum ante
duntaxat ab Arce et non a Predijs deuehere, more an-
tiquo debeant et teneantme ad vehenda vero ligna ad Ar-
cem nram Marienburgen et etiam roborea Calcem seu
cementum ac aliam quancūq materiam pro edificijs eiusq
Arcis et Prediorum nrorum necessaria volumus esse
obligatos iuxta antiquam consuetudinem quibus nihil noui
laboris vel oneris ni eorum preiudicium per officiales pre-
dicte Arcis modernos et pro tempore existentes imponi
debet et Vt autem huiusmodi ordinatio mea de premissis
facta valida et firma sit iussimus pntes Arcis Sigilli no-
stri appensione communiri Datum in Ciuitate mea Ma-
rienburgen feria sexta proxima post festum Sancti Ja-
cobi Apostoli Anno domini M°. D. XXvi°. Re-
gni vero mei Anno XX°.

Decretum pro insulanis Prussie: de aqua ex eorum agris per vicinorum fundos, deducenda

Significamus tenore presentium quibus expedit vniuer:
sis. Quia cum questi essent nobis, Georgius Trewge
Teichgrabius ac alii Incole villarum et bonorum nr̄orum
Minoris Insule, q̄ plerique eorum vicini non permitterēt
iuxta illorum omnium comunem Sentenciam et Consensum
per suos agros fossis aquam duci, in aliorum agris plus
solito aliquando exuberantem supplicaßentq̄ vt eundē
consensum, et legem eorum communem, per ipsosmet Insula:
nos predictos vnanimiter dudum constitutam, de ducenda
aqua per fossas ex agris vnius cuiusq̄ per alterius agros
quo expeditos, directos, et certus gressus habeat, omniq̄
impedimento liberos ad Tynam suam propriam, superio:
rem videlicet aut inferiorem, literis nr̄is approbare, ac
auctoritate nr̄a regia confirmare dignaremur Nos huic
iuste Supplicationi predictorum Insulanorum minoris Insu:
le annuentes Considerantesq̄ q̄ si eorundem Insulanorum
planicies, in qua resident, non recte astruatur et res
illorum tota locorum oportunitatibus, non commendetur
nequaq̄ illic propter aquarum nimiam exuberantiam, sub:
sistere, Sed et neq̄ commode agris et campis suis vti pos:
sent, non grauatim approbauimus, et p̄ntibus appro:
bamus, et confirmamus legem eorum predictam. De ducē:
dis ipsis fossis, libere per vnumquēq̄ per alienos agros
quo aque diffundende et progrediende ad Tynas, sit
vnicuiq̄ illorum commoditas proximior cum ipsius aquē
excessus, non alr̄ q̄ manu et arte emendari valeat, De:
cernen̄ et statuentes harum serie literarum, q̄ vnusquisq̄

Insulanorum prefate Insule, possit in alterius agris, citra tamen eorum detrimentum fossas iuxta antiquam consuetudinem proscindere, que ipsius agris aquam excipiant et ad Tynam consuetam demittant, ea tamen lege, vt que fossis eximentur ita coaceruentur in Aggerem, ex vtraq; parte fosse ad cuius rationem aggeres eius referuntur, vt aque meatus apercior pateret, absq; offensione vicini et eius nocumento vt autem aqua superfluens et vndecunq; deriuata in omnibus riuis et fossis intra earum Aggeres continua parilitate subsistat et non magis ad vnum q; ad alium se diffundat, decernimus et ordinamus q; vnusquisq; Insulanus et liber et in locis alcioribus et circa quamlibet Tynam agens, siue ille sit Nobilis, siue Ruralis, et Predia ad Arces nras Marienburgen et Stumen pertinencia, in expurgandis Tynis limoq; ex earum profundo exhauriendo, et herbis noxiis euellendis meatum aque ad quamcunq; Tynam retardantibus, equale modum, equales sortes, prout vnicuiq; ab antiquo designate sunt, iuxta antiquam consuetudinem omnino obseruent citra vllum hominum pauperum et aliorum incommodum vel detrimentum, iuxta prescriptum et mandatum Seniorum Insule iuratorum, qui ea omnia que ad rem totius Insule faciunt, et commoda ac oportuna illi et eius Incolis sunt, melius q; alii norunt et intelligunt, Statuimus insuper decernimusq; et ordinamus q; Nobiles de Buchwalth et Generosus Joannes Balinskij Castellanus Gedanen et terrarum nrarum Prussie, Castriq; nri Marienburgen Thesaurarius, heres modernus, et sui successores Ville Schropi possessores pro tempore existentes, et Generosus Mathias Costka de Kostkow heres in parua Domaraw, eiusq; successores necnon Curia Laza Castri nri Stumen, ac heredes bonorum Herryngshewpt, et alij quicunq; superiori Tyne adiacentes, ad purgandam eandem Tynam superiorem sint astricti, Reliqui vero

Nobiles et Rurales etiam liberi, mundare ipsas Tynas
superiorem vel inferiorem cui quisq; illarum propinquior
est, iuxta ordinationem designationem et mandatum dicto:
rum Seniorum Insule teneantur et q nemo illorum sub pe:
na ad hoc in iure Insulano statuta irremissibiliter exigenda
et soluenda Aggeres qui Valles vulgo nuncupantur per
trasuersum et quouis alio modo colore vel pretextu in alte:
rius incommodum fodiat, vt extra solitum alueum, aqua
per vicinos Campos, in eorum preiudicium et detrimentum
de ipsius agris vel Campis excurrat seq; diffundat ~~Et~~
Et quia etiam questi sunt nobis predicti Incole minoris In:
sule quod officiales nri prohiberent illos ex Nobilium
eis vicinorum Sylvis, ligna ad eorum vsum et necessitatem
comparare et ducere, non absq; graui illorum incomodo
et preiudicio. Volentes eosq; vrgentes vt inemptiones
lignorum facerent in Sylua nra Drawsenwalth appel:
lata quam propter eius longam ab illis distanciam commo:
de adire nequeunt permittimus eisdem Insulanis minoris
Insule vt illi qui remotiores sunt a Sylua nra Draw:
senwalth libere vadant pro lignis ad Syluas eis propin:
quiores Nobilium illi vero qui propinquiores sunt pre:
dicte Sylue nre Drawsenwalth debeant ducere ligna
ad eorum vsum ex eadem Sylua nra Drawsenwalth so:
luto pretio pro eisdem lignis, iuxta estimationem seu ta:
xam officialium nrorum Castri Marienburgen in hoc
a longo tempore obseruatam Quod vero reparationem
viarum in Districtibus Capitaneatus Stumen et Elbin:
gen attinet, committimus et mandabimus officialibus
nris et etiam Elbingen, vt vias et semitas in suis Dis:
trictibus ita aptent et reparent, quo vnicuiq; per illas
securus et expeditus transitus pateat. Permittimus
vero eisdem Insulanis minoris Insule, vt possint vimina
virencia Salictarum seu ramos Salicum, et alia ligna, que

ИПБ

nobis nulli vsui sunt, in bonis nris ad plectendas sepes
circumcirca Curias incidere, cum sciencia tamen et admis:
ssione Prefectorum Arcis nre, qui eis indicabunt, vbi eos:
dem ramos, vel ligna absqz detrimento Syluarum nrarum
excidere debeant, ad Aggeres autem reparandos habe:
bunt facultatem excidere rubetum libere in Syluis nris
iuxta consuetudinem antiquitus obseruatam citra tamen
detrimentum predictarum Syluarum. Insuper Incolis ville
Grunaw educendi viginti Currus, Incolis vero ville
Tirgarth quadringenti Currus lignorum singulis annis
ex Syluis nostris Drawsenwalth ad vendendum potesta:
tem facimus tenore presentium mediante. Vt autem
omnia et singula premissa et illibata permaneant iussig
presentes litteras in eorundem premissorum fidem et firmi:
tatem Sigillo nro Regio communiri Datum in Arce
nostra Marienburgensi Sabato proximo post festum
Sancti Jacobi Apostoli Anno doi M° D. XXVI°
Regni vero nostri anno XX°

Sigismundus primus Rex Poloniæ Capitaneis districtuum Prussiæ, vt inhabitan^s robora comportent ad reparand^m aggerem Visslæ.

Mag^co Tc vel Generoso rc Sincere vel fideli dilecto gratiam regiam. Magce, vel Generose, Sincere nobis vel fidelis dilecte. Non est incognitum tue S. Insulas nras non vulgaris momenti damnum ex ruptura Aggeris totam vim et molem aquarum et glacierum fluminis Vistule sustinentis accepisse et complures earundem Insularum Villas, seu earum Incolas inundationes, et alia incommoda ex ipsis aquis Vistule passim per eorum agros et Campos, sine quouis obice sese diffundentibus, hactenus sustinere et nisi celerius ruptura predicta claudatur, et firmiter obstruatur, verendum esse, ne aque ipsius Vistule, per eandem rupturam, maiori impetu q̃ alibi defluentes, ipm Aggerem magis subruant, Insulanosq̃ maioribus iniuriis et incommodis ledant, immo totaliter pessundent Proinde nos, imitentes antique consuetudini, ab omnibus subditis nris in hiis terris Prussie, memoratum fluuium Vistule accolentibus, in hoc euentu obseruate, Mandamus tue S^ti districte precipientes, Mandet auctoritate nra et seuere iniungat, vniuersis et Singulis hominibus in Oppidis et Villis in eius Districtu N. vbilibet consistentibus vt simul cum oppidanis aliisq̃ hominibus in Districtu N. consisten, Quatuor vel quinq̃ Sexagenas roborum ex quibus triginta, habere debent longitudinem pedum Sexaginta, alia vero longitudinis vltra pedes quadraginta ad Rippam dicti fluminis Vistule, reiecta omni mora, quam primum aduehat, et illic deponat, quo commodius, copia huiusmodi lignorum in ipsa Rippa deprehensa, minori negocio colligi, et ad locum rupture sarciendum

facilius demitti possit. Quod vt indilate fiat tuas ope:
ram et studium suum diligentissime impendat, et modis
penisq; oportunis, eos ad quos ea vectura lignorum per:
tinet, ad illam obeundam omnino compellat factura
tua pro debito officii sui et gratia nra Dat in Ciui:
tate nra Thorunen (Gdanen) feria quarta intra octauam Pente:
costes Anno domini M° . D. XXVI° Regni nri
Anno XX°

Sigismundus primus Rex Polonie Ciuitatibus et oppidis in Prussia

vt ligna ad claudendam rupturam aggeris histule comportent.

Famati vel Prouidi fideles dilecti. Non est incognitum
vobis, Insulas nras &c Proinde nos, imitentes antique
consuetudini, ab omnibus subditis nris in hiis terris
Prussie, memoratum fluuium Vistule accolentibus, in
hoc euentu obseruate, mandauimus vniuersis et singulis
hominibus, in locis et Districtibus ipsi Vistule adiacen:
tibus, constitutis, vt robora ad claudendam rupturam
predictam necessaria ad rippam dicti fluminis Vistule
reiecta omni mora q; primum adueherent, et illic in
ripa deponerent, quo commodius copia huiusmodi lig:
norum in ipsa rippa deprehensa minori negocio colligi et
ad locum rupture sarciendum facilius demitti possit. Vo:
bis vero, quos ea calamitas, et nauigationis, ac demissionis
seu defluitacionis mercium, frumenti, aliarumq; rerum
per Vistulam necessitas, multum etiam contingit, districte
precipimus, vt cum per Seniores dictarum Insularum fuerit
requisiti, Vigniti quatuor Scaphas, et in qualibet illarum
tres viros, necnon quatuor nauiculas, Weißelkan vulgo
nuncupatas cum quattuor arietibus Rammen appellatis
pro palis in prenominata ruptura quatiendo figendis

absq; vlla renitencia et remoratione ad locum eiusdem ru:
pturē mittatis pro debito vrō et gracia nostra non ali:
ter facturi Dat

Marienburgen

Duas Nauiculas Veischelkan nuncupatas et in qualibet,
duodecim personas idoneas pro ramis et virgultis adduce:
dis necnon similem terciam Nauiculam Veischelkan cū
vno ariete qui Rammen dicitur, et quatuor lembos
lodzie nuncupatos pro terra, et Cespitibus herbosis et Pra:
tis succisis adducendis

Tolkemitenses

Quinq; Scaphas et in qualibet tres viros

Braunsbergen

Sex Scaphas et in qualibet tres personas

Jurati

Duas Nauiculas alias Rammen cum arietibus

De vnoquoq; laneo in Districtibus infrascriptis dari debet
vnum robur seu lignum magnum

Districtus itaq; Aneuen dabit quinq; sexagenas robo:
rum ex quibus triginta habere debent longitudinem pe:
dum sexaginta, reliqua vero longitudinis vltra pedes
quadraginta, ad rippam dicti fluminis

Districtus Stumen dabit vt quatuor sexagenas roborū

triginta videlicet robora longitudinis sexaginta pedum reliqua vero omnia vltra longitudinem pedum quadraginta ad rippam &c

Subditi domini Epi Wladislauien Item Abbatum Pelplinen et Olinen in Pomerania dabunt quinq sexagenas triginta longitudinis lx pedum reliqua vt supra

Nona Ciuitas cum Districtu dabit vnam sexagenam cum dimidia robor ex quibus decem longitudinis pedum lx reliqua vt supra

Oppidum Swiecgie cum Districtu et Subditi Abbatie Cozunovien dabunt 4 sexagenas ex quibus xxx ad pedes sexagnta reliqua vt supra

Districtus Crawdnicz et Roghauzen dabit quinq sexagenas ex quibus vt supra

Ciuitas cum Districtibus Thorunen et Bierglovien dabit sex sexagenas ex quibus xxx robora longitudinis pedum sexaginta reliqua vt supra

Districtus Culmen cum Arce Starigrod Papow et Junysław dabit quatuor sexagenas ex quibus vt supra

Districtus Colubien et Cowolovien cum Arce Lypno dabunt quinq sexagenas ex quibus vt supra

Districtus Brodnicen et Radzinen dabunt quinq sexagenas ex quibus vt supra

Castrum Brathiam cum Nouemiasto Lubowa et oppido

Curnik et Villas ad illa spectantibus dabit Sex Sexa:
genas ex quibus vt supra

Item ad Ebrehardum Ferber Capitaneum Dirschouien
vt mandet oppidanis et aliis hominibus Districtus sui
aduehere et deponere in locis rupturarum Insularum
Mariemburgen mille currus virgultorum et terre

Item ad oppidanos Dirschouien similiter vt ipsi videlicet
simul cum aliis oppidanis et hominibus in Districtu Dir:
schouien consistentibus aduehant mille currus virgulto:
rum et terre ad rupturas Agger Marienburgensium

De reficienda ruptura Aggeris Vislæ fluminis

Sigismundus .I. Rex Polonie

Vniuersis et singulis Dignitariis et Officialibus, Palatinis
Castellanis Capitaneis, Tenutariis, Nobilibus, ac Ciuita:
tum et oppidorum Proconsulibus et Consulibus ac commu:
nitatibus necnon Villarum Incolis in terris nris Prus:
sie, presertim vero in Districtu .N. vbilibet constitu:
tis Sincere et fidelibus dilectis gratiam nostram regiam
Magci Generosi Nobiles Famati et Prouidi sincere
et fideles dilecti. Non incognitum est vobis Consiliarios
istarum terrarum Prussie in Conuentu Elbingen proxie
preterito congregatos inter alia negocia illic per eos acta
specialem ordinacionem et constitucionem fecisse de re:
ficienda ruptura, que accidit, in vallo maioris insule
totam fere vim et molem aquarum Histule sustinente Qua
quidem ordinationem et constitucionem, quia tardius per
illos quorum interest exequi accepimus, non possumus ea

tarditatem et negligentiam non molesto et indignanti
animo ferre. Quia vero tempus hibernum iam iam
appetit, quod maiora incommoda predicto Vallo, afferre
solet nec vllam eius reparationem facile admittit, sumusq;
per officiales nros certiores facti, rupturam ipsam eius &
Valli nequaq; secundum ordinationem predictam Elbingen-
sem ante aduentum hyemis debite sarciri posse, nisi aliud
quoq; extraordinarium infrascriptum commune auxilium
ad illam sarciendam, hinc ad festum Sancti Martini pro-
xime futurum accesserit, hoc videlicet, vt interim quo-
libet die centum Currus terre atq; ramorum illuc ad-
uehantur, quo Pali in fundum fixi spissitate impenetrabili
assolidentur. Et Pro inde intelligentes, omnem laborem
et impensam circa predictam rupturam iam factam, cassam
prorsus et irritam fore, nisi illa eius pars, iam aliquantulum
restricta, quam adhuc vndq; continuq; lambunt modo pre-
misso, terra et ramis intertextis, duretur et fricmetur, In-
telligentes eciam quantum damni ea ipsa ruptura, nisi ad
vnguem reparetur, nedum Insulis, verum etiam totiusti
terre Prussie, esset allatura, huic q; incommodo tempestiue
obuiare volentes, mandamus strictissime, et vt omnino
habere volumus, vt ordinatio ipsa et constitucio Elbingensis
in toto debite executioni q; primum et indilate, anteq; ri-
gor hyemis aduenat demandetur et vt inspector omnes pos-
sessores et Incole Villarum, de vno quoq; Districtu, simul
per octo dies, de quatuor mansis agri, vnum currum cum
quatuor equis pro terra et ramis vehendis, illic circa rup-
turam Valli prefati ordine successiuo per Districtus habe-
ant, ~~habeant~~ terramq; ipsam et ramos continue per ipsos
octo dies, ad rupturam ducant, sub amissione bonorum
et gracia mea secus facere non audeant. Datum Cracouie
feria secunda proxima post festum Sancti Francisci Confes-
soris Anno domini. M°. D. XXVI°. Regni nri
anno XX°

Leo missę

Ad Districtum

Slumensem
Crisburgensem
Grandnijcen
Roggbensen
Nowensem
Gnevensem
Polsplmensem
Oliwensem
Dirschouien
Subuicen
Stargardien
Slochouien
Thorunen
Mirachowien

Radzinen
Rogosnen
Althebanß
Birglowien
Paponien
Cowalien
Brodnicen
Brathianen
Goluben
Swecensem
Thucholien
Dirschowien
Marienburgen
Pulhesen
Gdanensem

Contributio in Prussia Regi decreta

Sigismundus primus Rex Polonie

Vniuersis et Singulis Ecclesiasticis et Secularibus subditis nostris in terris nostris Prussie vbilibet existentibus ad: quorum noticiam presentes littere peruenerint et presertim in Palatinatu Pomeranie et Districtu constitutis Sincere et fidelibus dilectis gratiam nostram regiam Rndi in Chro Patres, ac Magci Generosi Nobiles, Famati, et Prouidi Sincere et fideles dilecti. Non est vobis incognitum, Consiliarios et Nunctios ipsarum terrarum nrarum Prussie, demonstrare volentes, suo, ac omnium ordinum et Statuum earundem terrarum nomine gratitudinem laboris et impendii mei non mediocris, in bello preterito, cum Magro et eius ordine per nos feliciter gesto pro ipsarum terrarum et earum Iurium conseruatione facti, et quod nos, intermissis aliis arduis negociis meis regnique mei, ad easdem terras Prussie, nunc demum ve: nientes de bono ordine, ac quieto et tranquillo Statu il: larum consuluerimus multiplicesque erros et abusus, qui tam in diuinis quam etiam humanis rebus molenerant, re: formauerimus non parcendo iterum magnis laboribus et expensis, statuerint nuper in Conuentu Gedanensi, in compensationem eorundem laborum et expensarum nos: trarum Contributiones infrascriptas. Inprimis quod om: nes subditi mei in ipsis terris Prussie degentes, tam spi: rituales quam Seculares soluere debeant de qualibet marca census duos grossos, et qui habent de censu decem marcas et vltra, dabunt de marca duos grossos. Qui vero minus dabunt de Aratro vnam marcam. Item omnes et Singuli habentes pensiones seu datias frumentarias, sol:

uent à quolibet Modio per vnum solidum / Lemanni vero
et Sculteti dabunt prout census in ea villa vbi habitant
soluuntur de Marca videlicet duos grossos. Item Rus:
tici prout suis dnis censum soluunt. dabunt de qualibet
Marca duos grossos / Simili modo et Tabernatores, iuxta
censum, quem dominis suis soluunt. dabunt de qualibet
Marca duos grossos. Item Lemanni qui non habitant in
villis sed duntaxat in Prediis, dabunt de Aratro vnam
Marcam / Item Molendinatores hereditarii qui censum
pecuniarium de suis Molendinis soluunt. dabunt à qualibet
Marca duos grossos, Molendinatores vero qui frumenta
de Molendinis pro censu pendunt. dabunt à quolibet modio
vnum Solidum. Item hii qui Mellificia possident, contri:
buent à quolibet Pokoff quinque grossos / à Tuma vero mel:
lis quindecim grossos. Item Arendatores agrorum et
prediorum, soluent à quolibet Aratro vnam Marcam / Que
Contributio suprascripta durabit ad vnum annum et intra
festum Sancti Martini proximum et festum Purificationis
Sancte Marie. anni proxime futuri Millesimi Quingente:
simi vigesimi Septimi pendi et colligi debet. Ea vero
Contributio que sequitur ad tres annos durabit, et a festo
Sancti Bartholomei Apli proximo initium sumet hec vcgt
Quod à quolibet Modio Brasei solui debent duo solidi
Item à qualibet Tuma Ceruisie peregrine seu aduecti:
cie quattuor Solidi. Item à quolibet vase vini magno
quod Dreylink vulgo dicitur due Marce pendentur
A medio Dreilinig vna Marca It a media Kuffa vi:
ni Hungarici etiam vna Marca It à qualibet Tuma
Mellis, ex quo medo coquitur decem grossi contribui de:
bent. Illi vero qui vinum sublimatum vendunt decem
grossos soluent. Vt autem supradicta ordinatio in exi:
gendis eisdem contributionibus facta, debite executioni
demandetur Generosus N. ad eas colligendas in
Palatinatu. N. et Districtibus et N. designauimus, ac

designamus et constituimus presentibus lr̃is nr̃is Man:
damusq; vobis omnibus supradictis vt in manus ipsius easd̃
Contribuciones persoluere curetis et persoluatis vobis
vero Capitaneis ac Ciuitatum et Oppidorũ Proconsu:
libus et Consulibus quorum interest mandamus vt pre:
fatis Exactoribus sub penis ad hoc Statutis de dictis
Contribuciõibus per eos ad quos pertinet responderi fa:
ciatis et vos ipsi respondeatis Negligentes vero in sol:
uendo et contumaces per pignorationes et alias penas
solitas, ad soluendum easdem Contribuciones compel:
latis pro officio vr̃o et gr̃a nostra non aliter facturi
Dat̃ in Arce nr̃a Marienburgen̄ die Sancti Ja:
cobi Apostoli Anno domini M°. D. XXVI°
Regni nr̃i anno vigesimo

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ottæ de Chodecz Palat° Podoliæ

Magce Sincere nobis dilecte. Perturbauit nos vehe:
menter aduersa Nouitas, quam nobis scripsit tua S.
de aduentu Thartarorum, quis iam Nouitas esse non de:
beret nobis omnibus, qui, pene quotannis ea calamitate
afflicti, hactenus tamen nichil ad illam repellendam cer:
tum et oportunum mutuo statuere curauimus. Nos etiam
si in regno adessemus, nescimus ~~quic~~quid aliud prestare
possemus vltra ista tenuia presidia in Conuentu gene:
rali decreta quam communem motionem neque vtilem neque
tempestiuam tamen pretermissis hic rebus omnibus multis
quidem adhuc inconfectis. properabimus, quantum ma:
xime poterimus isthuc ad regnum nrm et quicquid
oportunum fieri posse videbitur ad tuendum subditos
nros, nichil pretermittemus. Interim, premisimus
cursim nonnullos dominos qui nomine nro homines
quos possent colligerent, et qui S. tue, si quo pacto fieri
poterit adessent vel saltem dispersas hostium turmas
ne tam libere grassari possent, impedirent tua etiam
S. curet pro virili, vt hostis si non affligi poterit saltem
ne impune euadat et nos de omnibus quam diligentissime
potest certiores reddat Dat in Gdanstio

Sigismundus primus Rex Polonie Dominis Consiliariis Prussie.

Rde in Chrō Pr̄ sincere nobis dilecte. Allata est nobis insperata Nouitas, licet hoc tempore consueta Tartaros magnis copiis ad confinia regni nr̄i applicuisse et iam fortasse terras nostras depopulari, et quia indignum videtur illos nobis absentibus tam libere per regnum nr̄m grassari deberi, nollemus vllo pacto subditis illis nr̄is deesse hortamurq; P. vram vt citra vllam moram huc ad nos veniat vt cum illa et aliis Consiliariis nostris de negociis harum terrarum que restant constituimus Et bene valeat.

Restes contra Tartaros. : Scripte: sed non publicate.

Sigismundus .I. Rex Polonie.

Vniuersis et singulis ꝛc. Quia nos certiores fecerūt exploratores nr̄i Thartaros continuos hostes nr̄os ingenti vi regnum et Dominia nr̄a populari statuisse, iamq; illos prope fines nr̄os degere. Valachum item cum gentibus suis paratum esse et Arcem Camieniecz oppugnare velle. In Conuentu vero preterito decreta sunt tantum presidia ad leniores insultus hostium reprimendos, que illic in Russia tenemus quidem, sed que ad tantam potenciam propulsandam nequaq; sufficiunt Et proinde ne respublica grauem aliquam iacturam quam dominus Deus auertat accipiat aut in

magnum aliquod discrimen incidat. vobis omnibus
in commune et cuilibet seorsum qui expeditionem ge:
neralem, et seruicium nobis et reipublice debetis in
vim primarum restium notum facimus et mandamus
vt equos et arma, aliaq; omnia ad bellum necessa:
ria parata et disposita iuxta debitum et facultatem
vram habeatis, vt cum primum terciis restium lris
a nobis admoniti fueritis, possitis citra vllam moram
ad tuendam patriam et hostes propulsandos accurre:
re sub pena ammissionis bonorum omnium, Volumus
tamen vt interim Judicia publica terrestria, et Cas:
trensia non intermittantur vt fertones et alie Contri:
buciones in Conuentu generali decrete, de quibus dic:
ta presidia seruamus edantur, et processus reforman:
darum Jurium et Statutorum iuxta constitucionem eius:
dem Conuentus generalis non impediatur / Et ne qs:
piam de hoc mandato nostro aliquam ignorancia pre:
tendat. Volumus vt vnus ad alium sibi viciniorem
presentes lras cum illas perlegerit transmittat, vltimus
vero easdem loci Capitaneo representet pro gra nra
aliter facere non ausuri Ex Gdano

24 Julii Rex Sigismundus ex Gedano venit Ma-
rienburgum, Et illuc allatus est Nunctius Thartaros
maximo numero in terras Russie iussu Thmei ad-
uentare, qui ab ipso Turco, tunc submissi fuerant, vt,
Regem Polomie domi bello occupparent, ac distineret
ne Ludouico regi Vngarie, Rex Polomie auxilium ferre pos-
set, Nam ea Aestate. Tmeus cum maxima potencia
veniebat in Vngariam contra regem Ludouicu, In-
ter quos dies decollationis S. Joannis Baptiste, pugna-
tum est pauci Vngari et multitudine Tmeorum vicit
et cesi, Rex Ludouicus fugiens ex pugna desspera-
ta in luto submersus est et suffocatus.

Vngari hunc regem suum, iam dui perdere volebant
et perdiderunt, oderan enim illum quia Germanorum
mores induerat Germanos amabat, Hungaros sper-
nebat. et cum Germanis masculisabat.

Rex itaq; Sigismundus ad Poloniam ex Gedano va-
dens ad illam nunciationem de aduentu Thartarorum,
litteras restium scribi fecit, sed illas non misit, nec pu-
blicari fecit regnicolis, quia id vnum rex caucbat
ne si litterce restium publicarentur, regnicole a Contri-
bution sese continerent, Rex enim cupiebat a subdi-
tis Contribucionem exigere.

Thartari non magnum damnum dederunt Russie.

30 Julii Rex ex Marienburgo discessit in Polo-
niam, iter suum dirigendo in Masouiam Ducalem, que post mor-
tem Ducum Masonie Stanislai et Janussii iure feudi
deficiente illic prole masculina, ad regem, ac ad corpus
regni Polonie est devoluta, vt eius possessionem acciperet

Littere in vim primarum Et secundarum Restium contra Tartarorum : sed non misse nec publicate

Vniuersis et Singulis Palatinis, Castellanis, Capitaneis Dignitariis, et Officialibus, Burgrabiis, et Nobilitatum communitatibus, Aduocatis, Scultetis, ceterisq; subditis nris, terras regni nri vbilibet incolentibus presertim vero terram et Districtum de Jure et consuetudine ad expeditionem bellicam obligatis Sincere et fidelibus dilectis gratiam nram regiam. Magci, Generosi, Nobiles Famati et Prouidi Sincere nobis et fideles dilecti. Nō dubitamus iam omnibus notum esse Tartaros ingentibus copiis, ad depopulandum regnum et Dominia nra irrupisse. Notum est etiam vnicuiq; qualis defensio sit in Conuentu generali nouissimo decreta, et Proinde licet hec infelix nouitas, nos in his terris Prussie comperit, ex quibus etiam magnum reipublice discrimen imminebat, neq; illi aliter nisi presentia nra occurri potuit, tamen multis hic adhuc negociis intermissis proficiscimur ipsi, quantum celerius possumus, ad tantam regni calamitatem, tantiq; hostis conatus reprimendos non solum sumptum et laborem nostrum, sed etiam personam nostram regiam, omnesq; vires et facultates nostras, pro regni et subditorum nostrorum salute exhibituri. Quapropter presentes litteras nras, in vim primarum, secundarum, et vltimarum restium mittimus, Mandamusq; vobis, vt q; primum vos moueatis, et arma capiatis, ac quisq; vestrum, armatus, instructus, et comitatus, pro sua facultate, constituatur, vbi instructis exercitibus nris, nos hosti opponere, et regnum ab imminenti

ruina eripere et vindicare possumus et ne quispiam ves:
trum de premissis suam ignorantiam pretendat. Volu:
mus et mandamus vt vnus ad alium sibi viciniorem,
putes litteras nras, cum illas perlegerit qz primum trans:
mittat, vltimus vero easdem loci Capitaneo representet
sub ammissione bonorum omnium et gratie nostre no
aliter facturi. Dat in Arce nostra Mariemburg:
gen feria quinta proxima post festum Sancti Jacobi
Apostoli Anno domini M°. D. XXVI Regni
nri anno vigesimo.

Bone Sphortie Regine Polonie Consiliarii ac Senatores subscripti.

Serma Princeps, et domina, domina nostra clementis.
Post serviciorum nostrorum commendationem. Non dubi:
tamus cognitum esse Mti vre. domum Coschieliecz no
postremam esse inter Primores huius Regni familias, ex
qua cum multi alij insignes viri prodiissent, tum est in
presens Magcus dominus Palatinus Posnanien, singula:
ri fide, et virtute preditus, ac optime tam Sermo dno
nro, quam etiam Reipublice meritus. Quo factum
est vt iampridem illi Arx Marienburgen fuerit co:
missa, que vt summum est harum terrarum presidium,
et precipuum regni monimentum, ita hactenus non nisi ma:
turis, gravibus, et probatis credi solebat, In ea prefectu:
ra cum alias semper, tum in novissimo bello Pruthenico
egregie se ipse dominus Palatinus gessit, multum qz cure
laboris et impendij in eadem Arce conservanda susti:
nuit. nunc autem ambiunt quidam eam ipsam prefectu:
ram, et Satagunt, vt illi invito, et sine vlla causa adima:
tur, quasi homini culpa aliqua notato, quod hactenus nulli

contigit Et proinde qualem ignominiam hec res ipsi dno
Palatino, qualem item dolorem nobis omnibus amicis et
necessariis eius afferret, Mtas vra, vt prudentissima do:
mina, facile conijcere potest, et licet speramus. q Sacra
Mtas regia, que vsq hnc neminem etiam infime sortis
hominem exauctorare, aut suo officio priuare consue:
uit sine legittima, et magna aliqua vel racione, vel cau:
sa, non sit factura ipsi domino Palatino, et nobis om:
nibus hanc contumeliam, tamen plurimum nobis de gra
Mtis vre persuadentes, ei vnanimi, omnes studio, et vo:
luntate Supplicare, dignetur vra Mtas, pro sua virtu:
te honori optimi Senatoris adesse, et intercedere per Nu:
ctium, aut lras suas, apud Sacram Mtem regiam, ne
illi hec ignominia inferatur, Sed vt in ea prefectura,
quam et maiorum suorum, et suis meritis est assequutus,
quanq hactenus honeste et cum fauore, omnium hominum
administrauit, conseruetur, vnde etiam plurimum mome:
ti et Mti sue et Reipublice dependet, faciet vra Mtas
rem sua excelsa virtute et prudencia dignam, Quam et
ille et nos omnes cum eo vre Mti Serme, omnibus ob:
sequiis nris demereri curabimus, tanquam domine nre
clementissime, cui nos, et seruicia nra, etiam atq etiam
commendamus, Cupimusq, vt illam dns Deus seruet diu:
tissime sospitem et foelicem Dat Adam die Junij
Anno domini M° . D. XXVI°

obsequentmi seruitores

Petrus Epus Cracouien, et Vicecancellarius ffrt
Mathias Epus Cuiauien seruitor ffst

Joannes Epus Posnaniensis ss R F
Mauricius Epus Varmiensis ss
Andreas Epus Przemisliensis ss L
Joannes Epus Culmensis ss t
Cristoferus de S. P. O. Capit Crac. ac R. P. Canc ss t
Nicolaus Koszielieczki Palatinus Calissien
Joannes de Lusian Palatinus Culmen ss t
Georgius à Baisen Palatinus Mariemburgen ss t
Georgius de Conopath Palatinus Pomeranien ss t
Lucas de Gorka Epus Posnaniensis et Capit ss t
Nicolaus de Schidlowiecz rc manu propria ss t
Petrus de Visnicze rc R. Mtis Marschalcus ss t
Petrus de Sluzewo Castellanus Wladislavien ss t
Jamissius Swirczewsky Castellanus Visliceñ
Stanislaus de Sprowa Castellanus Biecen

Ordinatio in Conuentu Vngarico Bude acto conclusa xi Maÿ. .1526.

Sera. et iam non in tempore. ordinatio. Experrecti tandem Vngari. Turco regnum eis eripiente

Omnes prouentus Regie Mti debent dari et presentari ad manus Thesaurarii ita quod nullus a modo Spiritualium aut secularium dominorum audeat se amplius talibus intromittere

Articulus secundus

Omnes qui falsam monetam cuderunt minori gradu, quod regia Mtas, constituit, debent ad regiam Mtem cittari. et tales omnes, in collo et bonis, puniri debent.

Tercius articulus

Quod regia Mtas, nulli extraneo, à modo aliquod Castrum, aut maiores dignitates regni committat.

Quartus

Regia Mtas debet apud Reges et Principes Chriamitatis, auxilium contra Thurcas petere. talibus adeptis, regia Mtas manu potenti contra Thurcas inuadere debet.

Quintus

In tribus annis, nullum Rakoss amplius celebrari debet, nisi vrgente magna necessitate, regia Mtas habere voluerit

Sextus

Palatinus regni Vngarie, qui nunc in Sede sua residet, debet confirmari regiis lris, ita quod sine vrgente causa, à modo deponi non debet, secundum contentum vlteriorem decreti.

Septimus

Si Thurca interim manu potenti Regnum Vngarie inuaderet extunc debent, expedire, viginti persone, vnum, decem sex aut tres persone tercium, secundum exigentiam hostis.

Octauus articulus

Thesaurarius regni, debet prouidere duos homines, qui preerunt, vt naues admodum probent in Danubio, et secundum exigenciam facere et ordinare committant.

Nonus articulus

It duo potiores debent seruari, qui vndique prouidebunt pixides, pulueres, Stipendiariumque militem, secundumque regnum seruare et tenere debet

Decimus articulus

Regia Mtas debet ad suum consilium accipere, secundum placitum sue Mtis

Vndecimus

Regie Mti data est potestas ad gubernandum et puniendum prout sue Mti visum fuerit

Duodecimus

Octo domini Regni, debent continuo adesse lateri Regie Mti, pro capessendo consilio, ad puniendum excessus et inobedientes

Tredecimus

Omnes quicumque prouentus regie Mtis hucusque ad manus suas acceperunt, quos Emericus nominauerit, tales debent et tenentur, debitum compotum facere.

Quartus decimus

Regia Mtas, in Curia sua, continuo debet seruare quingentos Equites et in Castris finitimis, contra Thurcam eciam quingentos, ita tamen, quod hii qui medium annum circa Curiam Regie Mtis adessent, debent ad aliud medium annum, circa Castra finitima adesse, et hii qui fuerunt in

Confinitimis Castris, debent ad Curiam regie Mtis redire ita q alternatio anuo quolibet fiat.

Decimus quintus articulus

Omnes prouisiones et Dominia, que Extraneis hucusq cõcessa sunt, debent, cassari, et presertim Andree de Burga, et coeteris

Decimus Sextus

Omnes Religiones et Beneficia, Prepositure, debent per regiam Mtem solam tribui.

Decimus Septimus

Moneta hec noua, debet accipi vsq ad festum Sancti Jacobi duo denarii pro vno. Demum post festum Sancti Jacobi, debet presentari et cambiri ad Cameram regie Mtis, Ita, q vnus denarius Vngaricalis, pro tribus dabitur, ex quo argento, moneta bona cudi debet, que tenebit nouem lotos

Decimus octauus

Nullus amplius audeat monetam cudere, excepta regia Mte que tantum in tribus locis cudi debet

Decimus nonus

Secundum primum decretum, vt regie Mti prouentus soluãtur, demum profesto Sancti Martini proximo instanti, a quolibet domo, medium florenum, bone monete soluere debent

Vigesimus articulus

Regia Mtas debet seruare, debitum numerum contra Thurcas, secundum quod lacius in decreto continetur

Vigesimus primus

Item domino Adam de noua domo, debet Regia Mtas dare

pro damno suo quatuor millia florenorum in auro, et omnes tales, qui aderant tali facto, puniri debent

Vigesimus Secundus articulus

Item oues, Boues, Cutes, admissum est de Regno euehi ita q̄ à quolibet boue tricesima solui debet monete bone vnus florenus, et à centum ouibus quinq̄ florenis, aut secundum quod vnus cum Tricesimatore melius componere poterit.

Stefanus de Bator Palat^s regni Vngarie. Sigismundo primo Regi Polonie.

SEr^me Princeps domine, domine michi clementis^me, Puto non esse incognitum M^ti vr^e quanto studio, quanta ue diligencia, M^tas domini mei graciosissimi superioribus diebus: tum per Oratorem suum: tumq̄ per l^ras suas commendauerit M^ti vr^e negotium Ducatus Masouien: Et item quam obnixe cuncti Status et Proceres huius regni Hungarie superinde apud M^tem vr^am intercesserunt Cum quibus simul et ego per homines et nuncios meos M^ti vr^e humiliter Supplicaui vt M^tas vr^a Ill^mas domina Zophiam Consortem meam, ac Annam Sororem suam, deuotas M^tis vr^e Ancillas, in dominio ipsius Ducatus pacifice permittere dignaretur, Et licet non dubitem eam esse M^ti vr^e animi integritatem Eam erga M^tem ipsius domini mei graciosissimi beneuolencia, Et item eam fore gracia suam erga domum et familiam Masouien: que M^ti vr^e semper fidelis et obsequens fuit, vt peticionibus M^tis sue domini mei graciosissimi Simulq̄ intercessioni omnium Statuum et Procerum Regni tandem et mee supplicacioni ex voto respondere dignabitur. Tamen Supplico, et nunc M^ti vr^e tanq̄ domino meo graciosissimo, cuius in me clemenciam summam: in omnibus rebus meis ampliter sum expertus dignetur ipsas M^tis vr^e ancillas: habita racione aequitatis

quam Mtas vra vt Princeps iustissimus presefert. in Du:
catus ipsius dominio relinquere. Oratoresq; ipsos opta
ta et graciosa relacione remittere. Quid autem pre:
stancius, quidue apud deum gracius esse potest: q̃ si hec
familia Masouien ab olim clarissima Mati q̃ mancipa:
ta ~~gracia~~, eiusdem gracia integra conseruabitur. ma:
nebit autem Mti vre, Serme Princeps, eadem digni:
tas, idem imperium, amplior tamen apud omnes Pri:
cipes Christianos laus et gloria, pro qua quidem Mte
vre Summa clemencia, enitar ego, dum viuam.
vna cum tota familia q̃ maxime inseruire. Quam
Deus optimus maximus conseruet diutissime sanum
et incolumem. In cuius graciam me et seruicia mea
perpetua iterum commendo. Ex Buda vndecima
die Mensis July Anno domini M° D. XXVI°

Responsum a Ser^mo Sigismundo primo regni Polonie
Datum or^ri Lodouici regis Vngarie: et Nunctiis
Stephani de Bator Palat° Vngariæ: 15. July 1526.

Rnde domine. Quia legatio. D. vre vnum et ide
negotium continet cum Nunctiis Spectabilis et Magci
domini Palatini Vngarie Sacra Mtas regia comit:
tere michi dignata est vtrisq; in commune respondere

Non ambigit Mtas sua regia ita persuasum habere, cu
Sermos D. regem et reginam Hungarie et Bohemie,
dominosq; Consiliarios Mtum suarum, tum vero Spe:
ctabilem et Magcum dominum Palatinum Regni Hun:
garie, quod Ducatus Masouie mera fuisset hereditas
Illtrium olim dnorum Ducum Masouie, eaq; ratione ins:
te ad relictas Sorores eorum Illtres dominas Zophia
et Annam deuolui deberet.

Verum res longe aliter habet, Ducatus enim iste mera est hereditas et corpus regni Polonie, possessusq; est ab initio a prefatis Ducibus Jure feudi quo quidem iure iam maior pars ipsius Ducatus antea successive ad predecessores Mtis sue, et regnum Polonie recidit, Nempe terra Rauen, terra Sochaczouien, terra Gostinen terra Plocen. terra Visnen, que omnes terre sunt Masouie, sed eo iure ad regnum deuolute: atq; id non solum mascula stirpe non defficiente, Sed etiam fratribus superstitibus partitis inter se bonis, et sine prole mascula decedentibus, ita vt nec fratres, diuisis bonis, sibi inuicem vnq; succedere potuerunt, quo, magis nunc cum vniuersa stirps mascula defecit Qd scientes et intelligen domini Duces nouissime defuncti obtinuerant a Mte sua graciam magnis precibus et seruiciis suis quod ipsi duo fratres sibi inuicem succedere potuissent, et concessum illis erat hoc Priuilegium a Mte sua, non sine magne clemencie testimonio prout littere satis declarant

Vnde liquido patet hanc non fuisse meram hereditatem ipsorum dominorum Ducum defunctorum, qui tantum de sua sibi inuicem successione erant solliciti, nulla vnq; facta mentione de Sororibus, pro quibus, id alioqn nunq; obtinere potuissent

Et proinde vt Mtas sua cuilibet iusticiam, libenter administrat et administrare hactenus consueuit, ita et sibi regnoq; suo iniuria esse nec vult nec esse potest, habitura est tamen Mtas sua dignam racionem commendacionis Sermorum dominorum Regis et Regine Hungarie et Bohemie dominorumq; Consiliariorum suorum, et postulatorum Spectabilis et Magci domini Palatini Vngarie in transigendo hoc negotio et quid:

quid gratie et fauoris exhibere poterit ipsis Illtribus dominis Zophie et Anne Ducibus citra offensionem iurium Regni sui id eius Mtas est quam libentissime factura.

Referet vra Do. Sermis D. Regi et Regnie Hungarie et Bohemie nomine Sacre Mtis regie plurimam Salutem et amorem, quodque Mtas sua regia optat ex animo, vt illius vtrique Mti omnia ex animi sentencia et bono Statu Regnorum suorum succedant

Idem refferet et Rmis ac S. et Mgcis Dnis Prelatis et Baronibus Regni Hungarie Salutem et beniuolenciam Mtis sue Regie et quod illis Mtas sua omnia fausta, optat et fauet.

Reffert vra Do. Sermis D. Regi et Regnie Hungarie et Bohemie, nomine Sacre Mtis regie plurimam salutem et amorem

Domino Palatino Regni Hungarie et pariter Illtri sue Coniugi dicetis vos Nunctii suarum D. vtrique fauorem et Salutem Mtis sue regie dicetis et hoc respõsum Mtis sue quo ad negotium eorum, in quo et in omnibus aliis, vult illis Mtas sua, tantum gratie et beniuolencie sue regie exhibere, quantum maxime illi licebit

Petrus Tomicius Eps Cracouien. Regni Polonie Vicecancellus

Vngaro

Magce domine Ex lris Mgcie vre nobis nuper reddi:
tis intelleximus, quanto studio cura et sollicitudine
Regni Bohemie, Similiter Marchionatus Morauie
horum temporum res edem Mcia vra prospicit et perpe:
dit, tum eciam ex earundem litterarum prefatione:
in qua et ex Sacris et ex prophanis scripturis gra:
uissime et prudentissime, bonum pacis concordie vni:
tatis commendat, atq ex aduerso, dissensionum et dis:
cordiarum incommoda execratur et damnat, habun:
de perspeximus, Dumq tocius iuris et æquitatis or:
dinem et disposicionem conculcari, et aliter q oppor:
tet, tractari conspicit, quanto animi dolore ob id ipsu
afficiatur Mcia vra, vel ex Phinces exemplo quod
aptissime ex XXV nmi capite in medium adduxit
animaduertimus & deniq nulla ratione alia q Se:
renissimorum dnorum Hungarie, Polonieq Regum
mutuo congressu tot iam vrgentibus et imminentibus
malis mederi posse significat, & q earum terrarum
salus, tenui admodum filo pendeat, ceteraq omnia
que prudentissime atq copiosissime explicat et pro:
uidet, animo comprehendimus, et iterum atq iterum
reuoluimus, Quibus rebus omnibus studiosissime a
nobis circumspectis, et cognitis Magnitudo animi
egregia fides in Principem pietas in patriam Mcie vre
tametsi iam pridem et nobis et omnibus fuerunt notis:

sima tamen nunc precipue in hac temporum acerbitate
enituerunt Nos quidem malmissemus iucundiora au:
dire. Sed cum deo immortali (cuius nutu et volunta:
te cuncta fieri credimus) ita collibuerit, eo eqniori:
bus animis omnia ferre debemus. Quantum vero ad
congressum regum attinet. Sciat M.ta vra ipsum Sere:
nissimum dnum nrm regem, nichil eque tam arden:
ter desiderasse qz cum charmo Nepote suo congredi, et
de optimo Statu regnorum datis vltro citroqz con:
siliis agere, Sed tot obices, totqz impedimenta interue:
nerant, vt sine maximo discrimine dominiorum suorum
sua Mtas id hactenus perficere nequiuit, inter que, vel
vnius Ciuitatis Gdanen ditissime et populosissime, per:
turbatio et motus satis cause prestiterunt, quominus
sue Mti hoc tempore cum Mte illa congredi liceret.
que Ciuitas furore et peruersitate insane plebis con:
citata, in tot errores et hereses prolapsa erat, vt etiam
de prodenda Vrbe consilia inierit. Et nisi ipsa Mtas
regia tempestiue se huc contulisset, tot difficultatum nodi
toti terre Prussie incumbuissent, vt explicari et dissol:
ui sine maximis periculis non potuissent sed (gra
deo) eadem regia Mtas vtpote sapientissimus et pro:
uidentibus Princeps hic existens, ita rem exorsus est
eaqz fundamenta religionis instaurande, simul pacis co:
munis constituende, iecit, vt perfectis hic et absolutis
rebus, curabit, vt Serm Nepotis sui regnis etiam pro
summa sua prudentia, subueniret Et si e re visum fue:
rit etiam vna conueniret, quam ad rem Nos eciam
pro virili nra operam nauare non negligemus, dabimus:
operam quantam maiorem poterimus, vt iusticia equitas
omnis deniqz splendor et Mtas (id quod M. vram ve:
hementissime cupere videmus) auctoritate Serm dni
nri Regis, illis dominiis restituantur, Duo vasa vini

alterum rubri alterum albi à M. vrā nobis allata, et dono data sunt, habemus pro eo dono M. vrē summas gratias, eoq; maiores, q̄ à tanto amico profectum est pro quo tum etiam pro reliqua beneuolencia eius (quā tum ex lr̄is tum etiam aliis certis argumentis didicimus) quicquid ad dignitatem et decus M. vrē siue apud Sermūm dnūm nr̄m regem, siue alibi pertinere arbitrabimur, Et si qua in re M.ta vrā opera nostra vti voluerit, id sine omni dubitacione libentissime impertiemur eidem M. vrē, Cui nos commendamus quamq; felicissime et diutissime valere Cupimus Dat.

Ad Sigismundum I. Regem Polonie Comendatio more diutine in Gdano. quam tum consilia perplexa: tum puelle ex ~~Ge~~ Dania mari aduecte regis videndi ac salutandi causa: a Duce Prussie: Gdanum veniens: produxerat.

Cum tua discutio rex inuictissime gesta:
Quidq; sibi Gdani tam mora longa velit:
Cuncta geri video celesti numine, lapsam
Dum reparas Vrbem, restituisq; fidem
Nondum ingressus eras, ceptis diffusa fauebant
Flumina, et infidis damna dedere viris
Que tibi, queq; tuis, Satrapis intenta fuerunt
Spicula, confudit Nuncius arte deum
Quando venis Vrbem, fraudes mox Juppiter omes

Vistula Villas Prutenorum sub: mersit: fractis aggeribus

Dissipat, arbitrio subdit et omne tuo
Nil restare vltra visum, nisi dicere verbo
Sic volo, sic iubeo, iussaq; facta sequi
Facta sequuta quidem fuerant radicitus acta
Sed cito qui mutat, nil nisi littus erat
Ista videns Pallas variis hinc inde Senatu
Innolueris ducit, nectit et arte moras
Jam ducendi artes vbi deffecere Minerue
Visus et est rebus finis adesse suus
Solus adhuc metuens, mala ne firmata relinquas
Omnia Neptunus que bene structa videt
Syrenes mittit, blando modulamine, que nos
Destineant, fessis vt mora grata foret:
Hec mora que sanctamq; fidem, populumq; labantem
Erigit exemplo firmius ipsa tuo
Quis tibi nunc obstare potest Sanctis^me Princeps
Quando regunt actus numina cuncta tuos

Sub eo tempore: quo Rex Sigismundus primus in Gdano agens religionem in Gdano: collapsam: et ciuitatem cōfusam in bonū statum restituebat: Adducta fuit ex Dania vxor, Alberto Marchioni Brandeburgen duci in Prussia, filia regis Danorum. Quam aliquot Consiliarii: et femine matrone insignes, et puelle virgines formosissime: ex Dania per Mare comitate sunt ac ad Monte regium in Prussiam: sponsam duci ipsi Prussie adduxerunt. Hec, absolutis nuptiis. ex regio monte, Gdanum diuerterunt in nauibus: regem honorifice salutarunt: octo diebus Gdani comorate sunt. Singulis diebus conuiuiis excepte per optimates et Senatores regni dies festos ac letos egerunt. Gratissimus nris erat earū adventus. gratissima mora in Gdano. Gratissimum vicissim eis fuit rege et splendorem Curie regie vidisse. Ex Gdano, nauibus per Mare in daniam sunt reuerse. cum omni suo comitatu.

Petro Tomicio Epo Cracouien. Vicecancello
Joannes Zamboczki Aulicus regius

Rme domine, domine graciosissime. Post solitam ve:
tustamq; perpetue seruitutis mee commendacionem. Red:
dite mihi sunt littere R. D. vre, quibus inter cetera, vir:
tutis humanitatis clemencie atq; precipui et singularis in
me fauoris sui argumenta mirari se scribit, q ei de de:
tractione Stipendii mei pnsq; hinc discessisset, nichil dixe:
rim. Ego quidem et iam pridem sepius coram, clara et
aperta voce confitebar, et nunc q fctm non fuerit. ingemisco
R. D. vram propter eius eximias et innumeras virtutes
ea esse auctoritate, potencia, sapiencia, et gra, vt nutu suo
duntaxat et vmbra, suos quoq; dignos presertim, ad am:
plissimos honores euehere posset, nedum me abiectum et hu:
milem homunculum, in assequendo iustissimo Stipendiolo
meo iuuare. Q autem de detracto Stipendio nihil dixi
duplex causa fuit, vna, q. R. D. vram sanctioribus curis
distracta, querelis meis interturbare nephas ducebam
altera q casus meos aduersos, quibus per totum fere tempus
vite mee concutior, me solum exautlare, satius existima:
ui, q; queritando aliquem eis admiscere, quantum vero
mihi detractum sit nescio l neq; n. a dno Thesaurario, ma:
gnis precibus id impetrare potui vt me de ea re certiorem
redderet) illud scio q aliis omnibus in singula capita per
20 flor. numeratum est, michi cum maximo dedecore
et damno meo duntaxat per x. proficiscor tamen nichi:
lominus Piotrkouiam, vt possum, quo cum R. D. vra fe:
lix saluaq; peruenerit, et audire dignabitur, fatiam ea
de causis quas suspicor, coram certiorem, nunc interim

prout hoc etiam in litteris suis me commonefecit, feram id quod accidit, eo animo, qualem michi Deus concesserit. Existimo tamen inuidiam, qua premor, magna ex parte iam esse saciatam, cum et veteri hospicio pulsus sum et Stipendium, quo egestatem meam sustinebam, diminutum michi est, restat, vt me in aliquem locum abdam. (quod eciam iam dudum facere constituerat) vbi in: glorius reliquum eui transigam, modo id cum dignitate michi assequi liceret, non tam Juno Herculi inclemens fuit, in iniungendis laboribus et erumnis, q̃ est mihi ipsi, quos ego, nunquam, ne in minima quidem re offendi. Sed satis prolatum. R. D. vram Incolumem et vegetam, foelicissime valere Cupio Cracouie iiiª hora noctis, cras enim sub lucem profecturus sum. Dominico die xxviiª Nouembris Anno. Mº. D. xxvº.

Sigismundus I. Rex Poloniæ Alberto Marchioni Duci in Prussia

Illtris Princeps Nepos charmé, Scripsimus alias Illti vrē pro Canonicis Ecclesie Quidzinen, postulantes vt vrā Illtās illos in ritu veteri et Catholico conseruaret, et illis prouentus eorum restitui mandaret id ipsum nunc ex animo optamus. Nam non intelligi qua ratione aut quibus scripturis auferri cuiquam debeat aliquid, quod ex donatione illorum, cuius erat proprium, est traditum et concessum, faciet Illtas vrā rem sua virtute dignam et nobis gratissimam quē valeat foeliciter Dat

Sigismundus primus Rex Poloniæ Errardo Qweiss nominato Epo Pomezanien Luterano.

Rndē in Chrō Pr̄ Sincere nobis dilecte. Quādo fuit apud nos Nepos nr̄ Illtris Princeps in Prussia, egeramus cum sua Illtate vt Canonicis Ecclesie Prtis vrē Pomesanien bona ipsorum restitui, et illos in ritu et religione sua veteri conseruari faceret, cuius Illtas pollicita nobis fuit, id negotii Prti vrē demandare vt honesto et decenti modo prouiderentur, Nunc autē intelleximus non solum non prouisum esse illis à vrā Prnitate, de victu competenti, sed eciam illos in vincla coniectos esse, et ob hoc in fide et religione sua constantes sunt, indignissime Contumeliosissime q̄ haberi et puniri, Nobis Christiano Principi et superiori dnō piaculum videtur tollerare, vt tanta contumelia religioni nrē Catholice inferatur, vt q̄ ad deseranda illam, aliquis subditorum nrorum ea vi cogatur, que ne Judeis quidem à Chriānis hominibus inferri solet. Quare hortamur Prtatem vram, vt ipsos Canonicos suos, liberos dimittat, eosq̄ in ritu ipsorum Catholico conseruet vel illos aliis racionibus, quam hiis ‡ nri non nisi in preuaricatores vtuntur, neminē q̄ à sua religione in qua natus est discedere compellunt, alioquin nos hanc Catholicorum hominum oppressionem in illis terris diutius ferre non poterimus cum intelligamus hanc rem aliquando ad maximas turbas deuenturam esse Dat.

‡ quibus Lictores solent, ad Euangelium suum pertrahat. Nam hiis

Sigismundus. I. Rex Poloniæ Errardo Qwayss nominato Epo Pomezanien: Luterano.

Rnde in Chro Pater Sincere nobis dilecte. Accepimus lras. P. tue quibus ad ea respondet, que illi pro captis Canonicis Pomesanien Ecclie scripsimus, huiusq captionis causam partim in Illtrem dominum Ducem in Prussia refert, partim Euangelium obtendit, et rationes moderne professionis sue confert, vel doceri postulat. Quod ad Illtrem dominum Ducem Nepotem nrm charmum attinet, nos vehementer dolemus eius Illtem hoc genus doctrine sectari, quod et nota perpetuam ignominie Serme familie nre inurrere, et illi, ac nobis in posterum maximas difficultates et turbas parere poterit, quodq illos potius sibi sequendos constituit, quia summis non solum Religionis sed etiam orbis christiam verticibus ac gimmasiis sunt damnati, quam sanissima consilia nra; quam instituta vniuersalis Ecclie et regnorum omnium christianorum consensum approbatam. De tua vero Prte hoc plurimum miramur, quod tociens gestorum suorum nobis Euangelium obiectet, quasi nos qui quotidie Euangelium audimus adeo obtusi simus, vt non intelligamus quantum intersit inter vestrum et Chri Euangelium, quod nobis, qui Ecclesiam non audierit, habendum esse pro Ethnico et infideli decantat, quodq vni claues regni celorum, que sunt Ecclie, vni munus Pastorale traditum nos apertissime docet, vt ab vno in singulos hec auctoritas et potestas deriuaretur non sibi quisq honorem et iurisdictionem Ecclicam

vsurparet, vtq; in omnibus vnitas et consensus obserua:
retur, pro cuius fide orasse Chrm̄ vt non defficeret.
aduersus hanc non preualituras portas inferi Chrm̄
promisisse Euangelium testatur, et res ipsa tot secu:
lis indicat, quibus, vrm̄ Euangelium longe diuersa
ceu zizania tritico super seminat. Quod autem
P. tua rationem fidei sue se redditurum offert, et
doceri postulat. Nos neq; exigimus rationes eius, quē
notissime sunt omnibus neq; operepreciu arbitramur
doceri a quoquam, eos, quos non solum post vnam atq;
alteram admonitionem et correptionem, sed etiam post
condemnationem Ecclie Catholice, et clarissimiorum
gymnasiorum, vitandos potius quam docendos scriptu:
ra precipiat, Si tamen ex animo doceri velit, habet tot
insignia cum Priscorum tum etiam recencium volumina
aduersus hereticos edita, ex illis vel sanam doctrinam
hauriat, vel si libeat, cum illis luctetur, nos fidem et
religionem nram̄ ita obseruare, manutenere, ac defē:
dere pro debito Christiani Principis curabimus, vt Ec:
clesia Catholica tradidit et profitetur, vtq; a maio:
ribus nris accepimus, neq; ipsam fidem et religionem
nram̄, que res summi est apud mortales omnes momēti
pro equis desultoriis habere volumus, Proinde captiuatio:
nem et vim illatam Canonicis Ecclie Pomesanien̄, ob
constantem illorum in religione Catholica fidem, quod
Apostatis et preuaricatoribus digne fieri solet, non
possumus non molestissimo ferre animo, hortamurq;
tuam P. vt quemadmodum illos ad hec indigna et
immerita vincula coniecit, vel coniici procurauit, nō
legittime sed violenter, ita illos rursus in libertatem
extricet, et in bonis ac religione sua, in qua fundati
et constituti sunt, libere et quiete manere permittat
pro gratia nostra et bene valeat Datum

SIgismundus primo Regi Polonie Erhardo Qweÿss nominato Epo Pomesanien: Luterano.

Rnde in Chro Pater Sincere nobis dilecte. Credimus non latere vram P. quanto studio nixi fuerimus hactenus, nitamurq etiam num ne quid eius labis ad regnum et domina nostra permanaret, qua hoc infoelici et turbulento tempore omnia diuina et humana misceri et cōfundi videmus, edocti satis cum Priscis exemplis, tum vero hiis que pre oculis sunt, quantas turbas et insolencias pariant, hii qui sibi censuram corrigendi orbis sumpserunt, qualemq fructum afferant rebus contempta et violata Sancte religionis Catholice instituta. Quare grauissimo animo ferentes irrepsisse, hanc pestem in terras nras Prussie eisq pro virili nra consulere volentes q ob hoc iam apud alios reges Principesq et nationes chrianas, quodam modo non recte audire incipiamus, et nollemus vllo pacto nos et decus nrm regiu vel minima eiusmodi suspicione ne dicamus nota inquinari postulamus a vra Prte vt huic studio nro manutenende istic religionis Catholice ita vt illam per manus accepimus adsit et subscribat. Quod si ea res illi non perinde sit cordi. hortamur eam curet saltem ne quid inter subditos nros Diocesis sue contra normam vniuersalis Eccliē innouetur, nam inde facillime paccatis iam istic rebus nris aliquid nouarum turbarum et suboriri possit, quod maximum aliquod detrimentum et perniciem secum afferret. Quod nos equo animo ferre aut tollerare nequaq possemus factura vra P. pro sua prudencia sueq professionis debito

Sigismundus I. Rex Poloniae
Cardinali S. Quatuor
Coronatorum. regni Polo^e protectori

Rx Me. Occupat Epatum Pomesanien Erhardus qui:
dam a deo vti se nominat vocatus, Lutherane factionis
in Prussia antesignamus, qui non modo non curat a Sede
Aplica confirmari sed etiam modis omnibus illam detesta:
tur et herrenda illic sub alis domini Ducis in Prussia per:
petrat. Et quia pars non modica eius Diocesis nobis ime:
diate subest, nollentes subditos nros hac labe infici
prohibuimus ipsi Erhardo, nequam Jurisditionem exer:
ceret in subditos nostros, donec a Sede Aplica confirma:
cionem obtineret, quam dum ille plane contemnit. Ro:
gamus vram Rxmam Prtatem efficere velit, vt ipa
pars eius Diocesis que nra est, committatur et comende:
tur Jurisdicioni domini Epi Culmen vicini, vnde et
Sacramenta Ecclica, et alia necessaria subditis nris
ministrari possint, nam summum hoc est horum heretico:
rum studium vt nostros subditos corumpere possent,
quod nisi diligentme prouideremus haud dubie voti sui
compotes fierent, adeo suauis est viscus iste hoc seculo ple:
risq;

Clemens PP. Septimus
Petro Tomicio Epo Cracouien
Regni Polonie vicecancello

Venerabilis fr Salutem et Apostolicam benedictionem,
Exposuit nobis Venerabilis fr nr Laurencius, Epus
Prenestin, Cardinalis Sanctorum Quatuor nuncupatus,
istius regni Polonie protector ex parte charmi in Chro
filii nri Sigismundi Polonie Regis Ill: q cum fere Ciues
omnes incole et habitatores Ciuitatis sue Gedanen,
illius Eccas et templa omnibus paramentis spoliassent,
ac Sacra omnia profanassent et lutherane heresi adhesi:
ssent, Rex ipse (vt Chrianissimum Principem decebat)
pretermissis omnibus arduis suis negociis, vt vindicaret
ea que in diuine Mtis offensam per eos gesta fuerant,
ad dictam Ciuitatem se contulit, et ad omnipotentis Dei
laudem et gloriam ac sue Mtis honorem, purgatis om:
nibus eorum erroribus, et abnegata per eos Luthera:
na heresi orthodoxam et Catholicam fidem a qua re:
cesserat per eos perpetuo seruari, ac templa, monaste:
ria, Ceremonias, iurisdictionem Epalem, aliaq omnia
diuina in pristinum Statum restitui mandauit, nunc
vero totum regnum suum a dicta pestifera Lutherana
heresi illibatum et illesum omni exacta diligentia cus:
todiri et conseruari cupiens, videnscq q quidam Er:
hardus qui fetido et polluto ore ausuq temerario, se
a Deo vocatum esse temere affirmare et palam dicere pre:
sumit, ac Lutherane factionis in Prussia antesignanum
se iactans, Eccam Pomesanien detinet occupatam, cum
post Electionem de persona sua ad dictam Eccam facta
pro obtinenda confirmatione dicte Electionis infra te:
pus debitum ad Sedem Apostolicam venire et confir:

tionem ipsam habere negligat, quodq; multa nefanda ac horrenda, secundum illos qui Lutheranam hæresim profitentur, non solum temere dicere, sed etiam confisus fauore illius qui pro Duce Prussiæ se gerit, facere, ac perpetrare audet, sanctæq; matris Ecclesiæ à qua nutritus fuit, manifesta palam negligit, propterea idem Rex cum nō modica pars Pomesanien' Dioc' temporali dominio suo subiecta existat, ne eius subditi in dicta parte Dioc' existentes labe qua ipse Erhardus Electus pollutus est, polluantur, cum dicatur q; morbida pecus totum ouile inficit, neue subditi ipi' in spiritualibus detrimentum patiantur eundem Erhardum Electum per nos moneri desideraret, vt pro confirmatione Electionis de persona sua facte infra tempus sibi præfigendum ad Sedem ipsam venire, ac super præmissis se expurgare debeat, Quo tempore elapso si nō venerit, et se non expurgauerit, partem Diocesis in Regno huiusmodi existentis donec ipse Erhardus Electus Lutheranam hæresim abiurauerit, et confirmationem huiusmodi obtinuerit, ab Epo Pomesanien' separari, et Epo Culmen' applicari, Quare idem Rex nobis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis oppo~~rtune~~ portune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes beatum Georgium dicere, q; mundus sacerdotibus plenus est sed tamen in messe dei rarus valde operarius inuenitur quia officium quidem suscipiunt sacerdotale, sed opus officij non implent, Considerantesq; Ro: Pontificem Jesu Chri in terris vicarium ad conseruationem fidei et extirpationem quarumcunq; hæresum, et hæreticorum intendere debere, ac ea quæ ad laudem et gloriam diuini nominis, ac fidei Catholicæ, vnitatem pertinent, præcipue ad extirpandam Lutheranam hæresim prædictam ac

dentius inuigilare teneri, ipsius regis mentem et animum
plurimum in domino commendan, eiusque sancto et honesto desi:
derio annuen, F. tue committimus, et mandamus, vt de
premissis te diligenter informes, etsi per informationem hmoi
premissa vera esse repereris, eidem Erhardo Electo ali:
quem terminum quem duxeris competentem auctoritate
nra prefigas, infra quem ad dictam Sedem se personalr
conferre, et super premissis expurgare, et confirmationem
Electionis de persona sua facte huiusmodi petere teneatur,
quo termino elapso nisi venerit, et super premissis se ex:
purgauerit, partem Diocesis Pomesanien infra limites
dicti regni existentem, a reliqua parte dicte Diocesis se:
parare, ac diuidere, eamque Dioc Culmen huiusmodi
ad nrm et dicte Sedis beneplacitum applicare et assig:
nare dicta auctoritate nra procures, ad hoc vt ipsius
Regis subditi dicte heresis lutherane labe non polluan:
tur, eisque a Catholico Epo vczt Culmen Ecclesiastica
Sacramenta ministrentur. Et quia idem Laurencius Eps
et Cardinalis nomine eiusdem Regis et nobis exposuit,
quod due Moniales ordis Ste clare professe, Monasterio
Sancti Andree Cracouien Diocesis vigore lrarum a
Sacra penitentiaria obtentarum exire, et ad Seculum
redire posse cupientes, lras ipsas ad Suffraganeum tuum
dirigi procurarunt, propter quod Scandalum in dicto
Regno propter lutheranam heresim huiusmodi ~~grauari~~ generari
posse videtur, mandauimus lras ipsas examinari, et in:
uenimus illas si narrata forent vera a Sacris Canonibus
non deuiare, sed iuxta stilum dicti officii concessas fuisse:
tamen vt ipsius regis desiderio ad Scandala huiusmodi
vitanda fiat satis, eidem F. tue et per presentes commit:
timus atque mandamus, vt lras diligenter examines, Etsi

repereris Moniales predictas minus vera narrasse, ipsas litteras surreptitias fuisse, eas eisdem Monialibus minime suffragari debere, ipsasque Moniales in dicto Sancti Andree Monasterio, prout tibi videbitur perpetuo remanere debere, ac religioni obligatas fore, dicta auctoritate nostra declares, atque decernas, non obstantibus, ~~non obstantibus~~ lrīs penitentiarie huiusmodi, ac constitucionibus et ordinationibus apcis. ceterisque contrariis quibuscumque Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die prima Decembris M°. D°. XXVI° Pontificatus nostri Anno Quarto

Cardinalis .s. quatuor coronatorum. Protector.

Sigismundo primo Regi Polonie

Serma Regia Mtas humill commendacion. Animadverti sepenumero, que per magnos Reges et Principes bene foeliciterque geruntur, prius rumore et fama, quam ipsorum lrīs nuntiari, sicut nuper evenit in his que Mtas vra in Gdanen Civitate sua contra pestem Lutheranam prospere Sancteque operata fuit, nam aliquot diebus, anteque lre Mtis vre michi reddite fuissent, omnia hic in Rro. cu. non sine summa eiusdem Mtis vre gloria et laude divulgata fuerunt, que posteaque Mtas eadem vra per suas lras die viiij^a Septembris datas michi significare dignata fuit, incredibili sum leticia affectus, maxime postque vidi ac diligenter examinavi Sanctissimas eius constitucionis ad extirpandam heresim Lutheranam cum primis necessarias et opportunas, quas cum Sanctissimo dno nro pntassem ac premissa omnia enarrassem, Stas

inde
ſua maximam ꝛ̃ lẽticiam atq; animi ſatisfactionem percẽ-
pit, ſperatq; eidem dñi nr̃i de ſcta dei Eccliã et ortho-
doxa fide optime merenti mnq; ceſſanti, omnia fauſta et foe-
licia ſucceſſura fore, preſertim quod regni Hungarie impe-
ratoris recuperationem, ac illius regis contra, Tyrannum
Turcarum vindictam. Quibus dubitas vrã. vt S.mi D.n. ac
omnium xpi fidelium ſpei et deſiderio ſatisfaciat, accinge-
re ſe debet, certiſſime ſibi perſuadens, ac in diuina proui-
dencia ſperans, q; ſicut ex Tartaris et Saſmaticis perpetuis
ſuis et chriane fidei hoſtibus, plures inſignes victori-
as reportauit, et nullum hactenus ad hanc ſanctam Se-
dem miſit fauſtum et lẽtum Nunctium miſit, noueriſſimeq;
Lutheranorum furorem repreſſit, ita contra dictum Tur-
carum tyrannum, optimam victoriam reportabit, et vniuer-
ſam chriamitatem maximo periculo et metu liberabit.
Quod ad Priuilegia ordinariorum iſtius regni de quibus
dubitas vrã per eaſdem litteras ad me ſcribit plurib⁹
iam menſibus elapſis, anteq; in Cruciam proficiſceret
ſupplicationem in ſignatura .PP. Signari fecit Quam ſo-
llicitator hactenus non miſit, quamſtimuerit, ne mihi ne-
ce perderetur. Et propterea ego aliam ſimilem deuer-
bo aduerbum ſignari feci, qua penes ſe retenta, ſollici-
tator ipſe originalem mittet. Quia vero .PPa manda-
uit in ſignatura vt in dicta ſupplicatione per Referẽ-
darium qui illam propoſuerat, adderetur q; ordinarij
collatores, poſſent de beneficiis iſtius regni diſponere
iuxta concordata Germanie. propterea iſti dñi Cpi. po-
terunt uidere Priuilegia quæ per concordata huiusmodi
fuerunt Germanis conceſſa, quia eadem ſibi pariter
conceſſa intelliget quibus Sanctiſmus. D.n. nr̃. minime
derogare intendit. Et ego quantum in me erit ſemper vi-
gilans ero, ne quid per errorem tranſeat per quod illis
preiudicium aliquod inferatur, niſi alr̃ dubitas vrã ma-
dauerit.

Quoad reseruationem beneficiorum dn̄i Bernardi, cum per eius obitum vacabunt per eundem Smum D. N. Rdo domino Epo Cracouien benigne concessam vt illa personis Mtis Vre gratis conferre possit, et breue indulgentie plenarie pro quibus eadem Mtas Vra gras mi agere, non dedignatur nichil a me sed totum ab ipso Sanctissimo D. N. recognoscendum est, cuius Stas, ita Mti Vre propensa est, vt eis desideriis, quantum cum deo potest annuere semper cupiat, et quod sibi negaret, nulli regi etiam Imperatori concederet, ac propterea eidem Mti Vre supplico, vt quotiens gras aliquas a Ste sua petendas michi committet, ad eam lras saltem credenciales scribi mandet, vt appareat, gras ipsas ab eadem Ste sua vt equum est, recognoscere velle, Ego namque simplex relator et purus minister esse volo, eorum que ipsa Mtas Vra ab hac Scta Sede consequi optabit, quibus obtentis nulli parcam labori vt suum debitum sortiantur effectum. ac bulle seu breuia que desuper expedienda erunt, meliori que fieri poterit modo et forma expediantur, firmumque et inconcussum robur obtineant.

Quoad separationem partis Dioc Pomesanien que temporali dominio Mtis Vre subiecta existit a reliqua Dioc Ecclie Pomesanien cuius Electus in Lutherana heresim prolapsus dicitur, ac etiam de Monialibus istis que vigore lrarum Sacre penitenciarie e monasterio egresse fuerunt, minutam breuis, confeciq breue ipsum Rdo dno Epo Cracouien directum expediri, curariq per quod Mtas Vra intelligere poterit ipsius desiderio quantum cum honore huius Ste Sedis fieri potuit, plene satisfactum fuisse. Quoad Nuntium dni

Epi Plocen ad Ro. eu. pro ca. xmaz noualium desti:
natum, ita illi fauebo, atq; assistam prout eadem Mtas
vra mihi per suas lras mandat.

Rdo dno Archiepo Rigen cum propter se qui dignus
et vere Catholicus Prelatus, ac mihi iam plures annos
optime notus est, tum maxime quia Mtis vre, negocia
fideliter amplexatus est, me totum exhibui, et cum eo
coram Smo. D. nro libentissime fui, et continue illi ade:
sse non ommittam, cuius lris circa ea que simul apud eu:
dem Sanctissimu D. nrm tractauimus in totum me refero.

Coeterum proximis diebus elapsis decessit in Curia quondam
Thomas Voznitzki quem in familiarem meu intuitu Mtis
vre acceptaueram, cuius bona in personam meam obtinui
mox ea inter Polonos hic in Curia existentes, ac mihi
per diuersas Mtis vre litteras commendatos, ea tamen
conditione q Mtas vra distributionem huiusmodi,
ratam et gratam habeat, alioquin cogantur beneficia ipa
in personas per eandem Mtem vram nominandas, resig:
nare, et ita coram Notario se obligarunt. Mtas igitur
vra mandabit prout sibi videbitur, ego namq; de bene:
ficiis istius regni que hic in Curia vacabunt, non intro:
mittam me nisi vt Mtis vre voluntati paream

Dominum Martinum Gorinski Gonrischii in familiarem meum re:
cepi, prout Mtas vra suis lris me requisiuit. Quoad no:
uissimas lras Mtis die viij^a mensis octobris Dat. qui:
bus acerbissimum casum Serm Regis Nepotis ac horren:
dam calamitatem illius regni merito deplorat, incredi:
bile est, quantopere Sctissimus D. Nr et Sacrum colle:
gium Cardinalium doluerit, cum ob alia tum q predictus
Rex per eius genitorem, cum animam Deo redditurus es:

set, vna cum Regno ipso sub tutela Sedis Apostolicæ et
sedentis in ea relictus fuerat, Ego certe pro seruitute qua
eidem Regi ac eius genitori dum in humanis agerent, ac
ipsi Mti vre semper astrictus fui, maximum dolorem
ex huiusmodi casu concepi, prout aliis litteris meis eidem
Mti vre significaui, certiorem illam faciendo de his quæ
in Vrbe Roma contra Statum et personam Sctmi dni
nri impie nefarieq; attemptata fuerunt, Somnum et qui:
etem capere non possum Rex Serme, dum mecum ipse cō:
sidero rempublicam Christianam tot et tanta non solum
in membris sed etiam in ipso capite pati, nec video quod
remedium supersit, postq; Chriani reges et Principes
pacem quæ sola tantis malis mederi posset ita odisse vide:
tur, vt eius nomen vix audire possint, Non stat certe
per Sctimum D. nrm quin lris et Nunctiis dictos reges
et Principes ad pacem ipsam continue hortetur, ac mone:
at, omnia sedulo et diligenter procuret, quæ ad verum
Pontificem et Chri in terris vicarium procuranda per:
tinent, nec aliquid prætermittit eorum quæ pro defensione
dicti Regni Hungariæ consilio humano excogitari ac
prospici potuerunt. Quod vt clarius eidem Mti vre
constet ad eam mitto copias litterarum quas Stas sua Nū:
ctiis suis ad Cesaream Mtem, et Regem Franciæ pro
vniuersali pace concludenda destinatis initio sui Pontus
ac etiam illarum quas proximis mensibus ad Nunctium
suum ad prefatum Regem Hungariæ pro illius re:
gni defensione missum scripsit. Ex quibus Mtas vra
intelliget quot et qualia remedia Pontus ipse pro dicti
Regis eiusq; regni defensione excogitauerit, Si ea prout
Stas sua mandauerat per ipsius Regni Prelatos ac Pro:
ceres adhibita fuissent, Sed cum iudicia dei occulta sint
persuasum habeo permissione diuina euenisse, vt dictum

Regnum ammitteretur quo maior gloria ex illius re:
cuperatione Mti vre accrescat simulqz Christiani Princi:
pes prefati Regis miserabili casu admoniti tandem resi:
piscant, ac similia et fortasse etiam graviora sibi accidere
posse cogitent, nisi ab intestinis odiis et bellis cessantes
aduersus communem hostem arma conuertant, Quod vtinam
diebus videre ac Mtem. v. de Thurcis ipsis triumphan:
tem audire possim. Quam foelicissimam et semper inui:
ctam omnipotens deus ad vota conseruet Rome Die
vij^a Decembris Anno. M^o. D. XXVI°

Cardinalis. s. quatuor coronatorum Petro Tomicio epo Craconiensi et Regni Polonie vicecancello.

Rnde in Chro Pater vti fr honoran. Non sunt no:
bis agende gratie de facultate per Sctissimum
D. nrm concessa super conferendis beneficiis domini
Bernardi Regii Secretarii quandocumqz illa per eius
obitum vacare contigerit, cum idem Sctissimus. D. nr.
huiusmodi gratiam concesserit, vt Sermo Regi dunta:
xat ostenderet quanti eius Mtem faciat, illa conce:
dendo que aliis Regibus denegauit, Sciat nanqz Rda
Prtas vra q Stas sua considerans prefati regis bo:
nitatem, ac eximia eius in Rempublica Chrianam
merita nichil Mti sue quod cum suo et huius Sancte Se:
dis honore concedi possit vnqz est denegatura, cui vt
gratam rem etiam in his faceret, seperationem partis
Diocesis Pomesanien que temporali eius donio subest,
a reliqua Dioc Ecclesie Pomesanien, camqz illarum Mo:
nialium ordinis Sancte Clare que vigore litterarum
Sacre penitenciarie e Monasterio egresse fuerunt super

quibus idem Sermus Rex instanter ad me scripsit per
suas in forma breuis lras eidem Rnde Prti vre co:
misit de cuius prudencia et integritate Stas sua ita co:
fidit vt persuasum habeat, nichil eam facturam q co:
ram Deo vel hominibus reprehendi possit. Quoad bul:
lam in fauorem ordinariorum quam Rnda Prtas
vra nobis enixe commendat, dicens plures suppli:
cationes per Sollicitatores datas ac necessarias in eis
clausulas, per nos deletas fuisse, non possumus equidem
satis mirari cum Sollicitator ipse cui negotium deman:
datum fuerat, dicat nunqz talia scripsisse quinimo
plures copias supplicationis signate misisse, ac diu
expectasse pecunias pro lrarum expeditione et nunqz
responsum nec pecunias habuisse, nunc originalis ipsa
supplicatio mittitur, retenta alia simili quam signari
fecimus, et ipse Sollicitator penes se habere vult, ne ori:
ginalis ipsa in itinere perdatur, in qua Rnda P:
vra videre poterit, an aliquid per nos additum vel de:
tractum fuerit, per eam conceditur q ordinarij istius re:
gni quoad beneficia conferenda gaudeant Priuilegiis
ordinariis Germanie collatoribus per concordata Ger:
manie concessis. Volumus autem Rndam P. v. pro
comperto habere nos eandem fidem ac diligenciam in re:
bus istius regni adhibere, quam in Sanctis^mi D. nri
negociis prestamus, presertim in his que Regiam Mtem
ac Regni Prelatos tangunt. qui cum adeo singulare
erga nos animi affectum gerant, vix tantum facere pos:
se putamus, Quantum ipsorum et presertim Rnde P^tis
vre fides et humanitas meretur, plura ad Rndam
P. vram non scribimus, persuasum habentes eam ex
litteris quas ad Regiam Mtem scribimus, reliqua
intellecturam fore, ad cuius beneplacita nos continue para
tos offerimus que bene valeat ac nos eidem Sermo regi et
Regine comendatos reddat Rome die vij^a Decembre M^o D. XXVI°

Sequantur

Immunitates damnatorum ad Carcerem Glanensem:
et vinculis solutorum:
Epistole de eisdem liberandis.

Petrus Tomiczki Ep̄s Crac: R.P. Vicecancell^s Proconsulibus & Consulibus Torunensibus

FAmati domini, amici nr̄i dilecti, fecit tandem Mtas regia ad postulationem nostram et aliorum dnorum, gratiam captiuib... Gedanensibus, qui ad carceres erant deputati et commisit dominis Joanni Balinski Castellano Gdanen et Achacio Czeme Capitaneo Slochouiensi, vt cum cōsilio dominorum Palatinorum illos per Ciuitates et Oppida istarum terrarum Prussie distribuant et collocent sub firma cautione. Quare et eos quoq captiuos quos dari ad Ciuitatem vestram peciistis, Mtas sua regia vobis dimisit facultatemq illis concessit, vt possint domicilium et Incolatum suum apud vos habere, prout clarius ex litteris Mtis sue cognoscetis quas cum presentibus mittimus optamusq vos bene ac foeliciter Valere Dat

Petrus Tomicius Ep̄s Crac. Vicecancell^s Joanni Fisser Capit^o Pretorii Gdanensis

FAmate grate nobis dilecte. Impetrauimus vobis à Mte Regia Quadraginta Marcas Pruthenicas leues, propter diligentiam et sollicitudinem vestram quam prestitistis in reducendo bono ordine istius Ciuitatis et castigandis maleficis et factiosis hominibus. Mittimusq vobis cum presentibus Quitanciam ad dnum Balinski Castellanum Gedanen à quo easdem quadraginta Marcas leues accipietis quas grato animo suscipiatis, et sciatis quod negociis et rebus vris libenter semper patrocinari volumus Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Joanni Balinski Castello Gdanensi

Generose domine, amice nr charme Salutem. Fecimus diligentem operam pro captiuis et è Gedano proscriptis, qui Marienburgi detinentur, vt sub cautione fideiussoria sufficienti dimitterentur. Verum quia domini Consiliarii terrarum Prussie adhortati sunt Mtem suam, vt eos ipsos captiuos qz otius in intima Regni sui, aut magni Ducatus Lithuanie, procul à Prussia deportari mandaret, non desunt item nonnulli qui per Ciuitates et Oppida Prussie que desolatiora existunt locandos censeant, Mtas sua rē hanc omnem de eisdem captiuis, in Conuentu proximo Marienburgen agitandam et expendendam delegauit, et tandem huc ad Craccouiensem Conuentum refferenda Quare interim priusqz discussa fuerit, vult Mtas sua vt hii ipsi captiui in locis suis adseruentur. De Georgio item Klock, sua Mtas ita constituit, qd qzuis ei ita vt ceteris eius sortis in Elbingo Sedem figere concesserat, tamen, cum ipse Marienburgum sibi Sedem (prout scribitis) preoptat, vosqz eum sub cautione quiete et tranquille mansurum et nihil tumultus attentarum promittitis, permittit ei, eadem Mtas Marienburgi residere.) De Sacerdotibus et Canonicis Ecclesie ‡ Pomesanien quibus hortatur eū Mtas sua vt illos liberos dimittat. Quod si honestis monitis Mtis sue obtemperare neglexerit queremus aliam viam, eamqz deo fauente reperiemus, qua illos liberabimus.) Que censuistis significanda esse dominis ad Conuentum Marienburgen pro bono et commodo Regie Mtis ac reipublice ea omnia litteris Mtis sue scriptis ad omnes ordines istarum terrarum perstrinximus

‡ Pomesanien: misit Mtas regia lras: ad Episcopum.

Cum autem rogaremus Mtem suam vt quemadmodum aliis Consiliariis suis istarum terrarum suam gratiam exhibuit ita vos quoqz aliquo pecuniario munere condonaret. Respondit Mtas sua se in illos tantum respectum benignum habuisse. qui cum ea Mariemburgi et Gedani manentes et consulentes pro bono Communi, non parvum sumptu fecerunt eundemqz sumptum illis gratia sua compensare voluisse. vobis vero qui alteri oneri obstricti, ire in Gedanum cum Mte sua non potuistis, dixit subridendo opus nõ esse eiusmodi prouisione, vtcumqz est vos qui seruus estis et officialis Mtis sue. nichil de eius in se gratia dubitare debetis, modo administretis et curetis res Mtis sue ea fide et diligentia qua hactenus fecistis, bene valete Dat

Sigismundus .I. Rex Polonie
Alberto Duci Prussie .S. P.

Illtris Princeps. Nepos nr charme. Meminimus. Cum Illte vra Gdani coram contulisse, eamqz nos adhortatos esse et petiisse. ne Gdano, ob Atrocia scelera proscriptis, in Mõte Regio vel alias in ditione eius, receptus vsqz pateret, qqz vero, secus fieri audiamus, tamen id de quo hiis diebus à Senatu Gdanensi per lras certiores sumus facti, magis nos permouet. Significatum quippe est nobis Quenda Mauritium Figulum, eundemqz è Gdano profugum ad Montem Regium se recepisse, et illinc mutato vestitu, Gdanum frequenter commeasse, et tandem cognitum, atqz comprehensum in vincula coniectum esse. Is Mauricius, nec dum questioni traditus est, sed sponte, nulla sibi adhibita vi, confessus est, se in animo habuisse, cedem et incendium Gdani facere, confessus preterea est, nonnullos suos complices Gdano proscriptos, in Monte Regio esse, qui Vrbi Gdanensi,

et Incolis eius perniciem moliantur, prout hoc Illtas vrā ex Scheda his litteris inclusa (in qua confessata eius descripta sunt) plenius intelliget. Quodsi quidpiam tale in ditione Illtis vrē fit, non dubitamus, quin id inscia, et invitta ipsa Illtē vrā fiat. Quare hortamur eam et Rogamus, velit talibus rebus intendere, et proscriptis è Gedano, receptum apud se non permittere, eos vero qui nominatim in Scheda descripti sunt, ab dicto Mauricio nominatos, ad cautionem fideiussoriā adigi mandet, vt dum et quando, à Gdanensibus iudiciāliter requisiti fuerint, in Iudicio sese sistant et quicquid de eis pronunciatum fuerit, id subeant. Si quidem id vtique debere Equitas ipsa, tum vicinia nostra et mutuus amor, non modo persuadet, sed etiam cogunt. Illtem vram foeliciter Valere optamus Dat

Sigismundus .I. Rex Poloniē
Senatui Gdanensi

Magnifici fideles dilectē. Plures his diebus à vobis accepimus literas quarum quedam adhuc Februario mense, reliquae paulo posterius scriptae sunt. Scribitis in prioribus literis, idem etiam posterioribus repetitis, denunciantes nobis, quo modo Procurator vr̄ quem ad insectandos eos, quos Mauricius Figulus prodidit. Kingisperegum misistis, ibidem comprehensus esset, atq; in Carcerem coniectus, adhuc detineretur super quo opem, auxilium et consilium nrm implorastis, Nos hunc casum vrm, atq; Procuratoris eiusdē vri non satis Equo animo ferimus, Sed in tam perplexa, prout nunc rationis, rei ipsius patitur, non aliam presentiorem opem vobis ferre nouimus, q̄m si ad Illm Dm Prussiē Ducem super eo negotio, literas scriberemus, prout fecimus, easq; ad vos misimus, certo nobis persuadentes, Illtatem suam, ipsum Procura-

torem dimitti mandatura. Quod cum factum fuerit, ad:
monebitis eundem Procuratorem, vt deinceps cautius ne:
gotia vra agat, ne in similem laqueum, rursus incidat,
Scripsimus item ad eundem Illtrem dominum Nepote
nostrum prout fecistis in causa Andree Maess Ciuis
Kingispergen', Significantes sue Illti id quod ex lris
vris didicimus simul admonentes eam, vt ipsum Andre:
am Maesch, ad causam suam hic coram nobis contra
vos agendam, et Sentencie nostre standum, huc mittat
aut saltem si ipse Andreas id facere recusauerit, eu
tali cautione coarctet constringatq3 quo contra vos nihil
vltra tale attentare posset, vt vobis incommodare que:
at, quod nos Illtatem suam facturam confidimus.

In causa Monachorum et Monacharum Sancte Brigitte
cum Elbingensibus, designauimus certos commissarios, lit:
teras3 Commissoriales dari mandauimus. Ita enim am:
babus partibus, commode consultum censuimus Quantu
vero ad causam Georgii Schnöpper Consulis attinet
meminimus quidem. Cum in Lithuania agentes senten:
ciam super eiusmodi re ferremus, partem aduersam a no:
bis contendisse vt eundem Georgium Schopper ad re:
fusionem expensarum cogeremus, Sed cum in Judiciis
meis hic mos obseruari solitus sit, vt quilibet litigator
assecuta principali causa, ea sit contentus, nec ad repeti:
cionem expensarum procedat eam ob causam actedente
quoq3 peticione vra nos eund Georgium Schopper
ab impeticione eiusdem persone, ratione dictarum ex:
pensarum, absoluimus, liberumq3 mittimus.

De Bertholdo Branth non aliter fieri iubemus q3 pront
littere mee sibi a benignitate mea concesse, de eo dispo:
nant, eas ommino obseruari volumus.

Quod ob victoriam de Thartaris, nr̄is, diuinitus con:
cessam, Solennes Supplicationes deo Immortali habuistis
libenter ex lr̄is vr̄is cognouimus, Sed scitote maiorē
partem captiuorum Thartarorum in Lythuania relic:
tam esse, hos autem qui nobis huc Cracouiam adducti
sunt, amicis nr̄is Regibus, et Principibus dono di:
misimus. Quamobrem, quod à nobis peciistis, nunc
fieri non potest. Id quod vos boni consulatis Dat

Sigismundus primus Rex Poloniē
Alberto Marchioni, Duci Prussiē.

Illtris mē Princeps, et dnē Nepos nr̄ char mē, Subditi nr̄i
ciues Gdanen, binis lr̄is nobis questi sunt, Quomodo
cum Procuratorem suum (ad agendum contra eos qui cō:
fessionē Mauritii Figuli Gdani comprehensi Maleficii
et coniurationis contra ꝫ se notati sunt) Kingispergum misis:
sent, Idem Procurator eorū, iussu Iudicū Kingisperge:
sium in Carcerem ductus sit, ibidemq; adhuc detineatur
in grauem contumeliam ignominiamq; Gdanen Ciuita:
tis, Significauerunt q; nobis idem subditi nr̄i, Eum ipsū
Procuratorem suū, non alio pretextu captum esse, nisi q; ad
pēnam talionis subeundam, se cautione fideiussoria astrin:
gi renuebant, Quod si ita est, nequaq; probare possumus
vt is qui contra notoriē damnatos (quiq; partim proscri:
pti sunt, partim conscientia scelerum eos stimulante, vrbe
profugerunt) agere velit, ad pēnam talionis artari debe:
at, cum ea pēna duntaxat in eos sit Legibus constituta
qui hominem integre fame, et nulla infamia notatum, capi
tis accusare voluerint, quod tamen de istis, à Gdanen:
accusandis secus esse manifeste apparet, Equius erat et

mutui beniuolencie magis consentaneu, Si dignitatis nre
racione habita et accusandorum manifestis sceleribus per:
pensis contra eos simpliciter et de plano, sine Strepitu et
figura Judicii procedi, permissum fuisset, vt cumq res
acta est postulamus a vra Illtate mandet suis vt dic:
tum Procuratorem confestim dimittant, eiq liberius co:
tra tales agere permittant et id quod ius et iusticia suadet
contra illos decernant, alioquin eos ex ditione sua, pellat
proculq arceat vra Illtas, rem virtute sua, mutuaq
nostra beneuolencia dignam, in hoc factura.) Preterea
vertitur iam dudum differencia quedam, vel rixa pocius
inter dictos subditos nros Gdanen, et subiectum Ill: vre
quendam Andream Maß pro quo eadem Ill: vra ad
nos eciam non pridem scripserat, idq ob intercepta na:
uiculam eius, acida Ceruisia vilibusq pelliculis quibus:
dam (vt Gdanen aiunt) onerata, Cumq nos admo:
niti litteris Illtis vre, Gdanen, vt eidem Andree
sua restituerent, requireremus, satis iustas et probabi:
les raciones in medium attulerunt, cur ad id minime
tenerentur quas describere non est huius temporis, Illud
tamen perspicuum est, causam hanc, haud facile, immo im:
possibile explicari posse, nisi ambe partes, hoc est, ipse
Andreas, et Gdanen coram inuicem contenderint, No
licet nobis Gdanen ad simplicem alicuius assercionem
ad aliquid restituendum cogere, donec in eo pro quo argu:
untur legittime conuicti fuerint. Itaq vellemus cau:
sam ipsam, inter eos, ipsi cognoscere, quandoquidem ipsi
Gdanen id a nobis lris suis summopere flagitent, hor:
tamur igr vram Illtatem mandet eidem Andree qua:
ttinus coram nobis hic se sesistat, nos e diuerso, Gdanenbus
mandabimus, vt aliquem cum pleno mandato huc mit:
tant, vel ipi compareant, non est dubitandum Illti vre

si Gdanen ipsos, Andree aliquid debere compererig
quin eos ad satisfaciendum compellemus Quodsi ipse
Andreas cognicionem nram subterfugere conabitur
suspitio erit eam calumniam nostris struere magis, qz
rem equam postulare. Ideo vra Illtas cum tali cautio:
ne cohercere velit, ne ipse ausu temerario, et vi sub:
ditis nris incommodet, id enim et rei racio, atqz equ:
tas et mutua nostra necessitudo exigere videtur
Ill: vram optime et diutissime valere optamus Dat

Sigismundus. I. Rex Polonie
Alberto Duci Prussie.

Posteaqz ex Confessione libera, Mauricij Figuli, Gda:
ni deprehensi compertum acceperamus certos profugos
atqz bannitos in Monte Regio agentes exitiosi eius:
dem Mauritii moliminis conscios ac complices esse
volentes tanto destinato pestiferoqz malo occurrere.
Nostra permissione ac iussu accedente fieri voluimus
vt complices illi, criminali actione in ius Ciuile per
Gedanen nros, in Monte Regio traherentur Quo
facto, non modo dictos complices pro delicti exigen:
tia, in Carcerem merito coniectos, Sed et Gdanen
Procuratorem, citra spem, similiter istic certo tempo:
re detentu fuisse accepimus, verum illo tandem
nescimus quo modo quaue ratione dimisso, illico et
alij de crimine accusati nulla vel sponsion vel Cauti:
one pro rei conditione accepta sunt absoluti, Quum
autem homines illi suspecti, tanta permissa indulgen:
tia vel non contenti vel deteriores (vt fieri solet) fa:
cti ausint interminari quasdam hostilitates Ciuitati

nrē Gedanen magnifica quedam iactantes in eius perniciem utcumq; certo nobis persuadeamus quod vrā Illtas nullum eiusmodi hominem ex Ciuitate nrā Gedanen profugū aut proscriptum foueat in terris et ditione sua, hortamur tamen illā vt tales omnino cōmunis pacis turbatores rerumq; nouandarū studiosos stricta aliqua et firma cautione obstringat, atq; eo redigat vt communis quies confoueatur, et Ciuitas nrā Gedanen eiusq; omnes Incolē, sint vbiq; ab illorum improbitate securi et tuti, et valeat foeliciter vrā Illtas Dat

Sigismundus. Rex Poloniē Gdanensibus.

FAmati fideles dilecti Commendamus plurimum curam et vigilanciam vrām in peruestigandis auctoribus Schedarum et aliarum rerū, ex quibus posset rursus plebs in Seditionem concitari, et non dubitamus si debitam diligentiam adhibueritis q emergent tandem aliquando qui huiusmodi famosos libellos spargere adhuc non verentur, Si quidem nihil est occultum, quin non reuelatur. Scribimus vt censuistis Illtribus dominis Ducibus Pomeraniē de transfugis Concionatoribus vt ex copia litterarū quam vobis mittimus cognoscetis, vos vero nichil pretermittatis, quod attinet ad explorandos et castigandos tales, qui occultis modis mittuntur vulnus per nos obductum, refricare, pro fide et prudencia vrā ac grā nrā facturi

Sigismundus primus Rex Poloniæ Alberto Marchioni Brandeburgensi Duci in Prussia.

Illtris Princeps Nepos nr charme. Accepimus litteras ab Illte vra, manu eius scriptas in quibus, de Gdanensibus, qui nra sentencia damnati Gdano exulant, et in Ducatu eius agunt, facit mentionem, se videlicet, nullum talem qui in vrbe nostra authores seditionum fuerant retinerent, duntaxat quosdam clericos, qui preter id, quòd duxerunt vxores, ab reliquis criminibus essent immunes, neq; se credere significat eam mentem nram esse, vt probi Ciues tradi deberent, et alia in hanc sentenciam Illtris Princeps Nepos nr, probe existimat Illtas vra nunq; fuisse talem mentem nram, vt probi Ciues aut tradi, aut penis adfici deberent. Sed facinorosi, et publici pacis ac constitucionum violatores, vt Carceribus exiliis, morteq; mulctentur. Id duntaxat nos velle et cupere. Quantum autem ad Gdanen exules attinet meminimus, dum Gdani res componebamus, ita fuisse a nobis et constitutum et firmatum, vt in eos omnes, qui nobis ab vniuersa Ciuitate pro noxiis Iudicati et designati erant, animaduerteremus, siue fuerint layci siue clerici, Nam et Clerici ipsi, suis tumultuosis Concionibus adhortacionibusq; haud secus deliquisse dicebantur, q; turbulentissimi quiq; layci, omnes itaq; tales Iudicauimus proscribendos, et a Prussia procul arcendos, Etiam eos, qui penarum metu sponte profugerunt, habet igitur Illtas vra, de talibus quid fieri velimus mentem nram, hoc est, q; equo animo ferre non possemus, si tales in Ditione Illtis vre receptum habere deberent. Quandoquidem

et nrã et Illtis vrẽ maxime interest, tales q̃ longissiẽ ab subditis nris abesse, nec quenq̃ talium in ditione Illtis vrẽ locum habere, quod eandem vram Illtem pro singulari nrõ erga illam amorẽ facturam non dubitamus. Quam foeliciter et diu valere optamus Dat

Sigismundus .I. Rex Polonie Senatui Gdanensi

Famati fideles nri dilecti. Binas a vobis vno tempore litteras accepimus Quarum alteris de quodam Jeronimo Horn Ciue Cracouien querimini, qui istic degens multis in locis in quibus diuersari consueuit suis affectibus indulgendo, multa loquutus est et egit, ad excitandum furorem multitudinis contra ordinem vrm qui Ciuitati preestis, ex quibus eius sermonibus et actionibus timẽtes vos ne quid eueniat quod non solum vobis sed et Reipublicẽ tocius Ciuitatis immo vero tocius regni dispendium et detrimentum sit allaturum, publicẽ custodiẽ illum tradidistis, Nos quidem hanc vram istius rei exactam et diligentem considerationem, in presenti temporum varietate et turbacione, quo par est animo accepimus, eaq̃ cognita, iussimus quosdam ex Consulibus huius Ciuitatis Craccouien, ad nos q̃ primum accersiri, vt ab eis percontaremur de homine, an sit prius Conciuis eorum, morum denique et vitẽ seriem eius indagare cupientes qui mox cognomine eius audito, narrarunt nihil noui se audisse, Postq̃ eius actorum racio eis explicata est, qui hic degens et loqui et facere similia multa consueuerat, non aliqua nature et ingenii malignitate impulsus, sed leuitate et petulantia quadam ad quam bibẽdo

et insaniendo per longum vsum ita deuenit vt ea tam
quam quodam genuino morbo laborare videatur. Quem
si quadam malignitate naturem, ab eaque insita fraude
id agere cognouissemus, sciremus vobis dare consi:
lium quo pacto sit in eum animaduertendum. sed cum
sit talis qualem eorum relacione qui mores hominis
norunt descripsimus, non possumus eum Judicare tali
pena dignum, qualem mereri videretur si mentis com:
pos esset, nec eo impetu ferretur, ad quem eum ebrie:
tas, et inde nata leuitas impellit. Attamen vt eum
pene metus coherceat ab hiis desistere quem homini pe:
regrino in aliena reprca versanti non conueniunt,
non improbamus si eius verborum licencie talia fre:
na imponantur, quem posthac eum absterrerent ab hiis
abstinere quem in vna quaque ordinata republica ma:
gnis penis puniri solent Reliquis vero litteris signi:
ficastis nobis quosdam Concines vrō Berlini in di:
cione Illmi Joachimi etc. iureiurando esse adactos

SIgismundus .I. Rex Polonie
Martino Oborski Capitº Varsseuien

GEnerose fidelis dilecte. Post allatas et redditas no:
bis litteras tuas, accurrit huc Nunctius cum literis
Magnifici Laurencii de Prasmow Palatini aliorumque
dignitariorum Ducatus istius Masouie ac Venera:
bilis Stanislai Strzelcza Canonici et officialis Var:
shouien qui omnes longe aliter referunt nobis de Sar:
tore istic detento quam tu perscripsisti. Scribunt enim illi
eum ipsum Sartorem criminis blasphemie accusatum,
datum esse tibi per officialem ipsum Varshevien non
vt de crimine hereseo conuictum ad supplicium ali:

aliquod de illo sumendum, sed duntaxat in custodia
tu vero putans forte illum per Sentenciam officialis pre:
fati condemnatum iam esse, tradideris illum ad Carce:
rem Ciuitatis, vtumqz est factum, cum repetat illum a
te ipse officialis Varscheuien' et ex depositionibus co:
tra illum factis, quas nobis huc misisti non videtur
subesse iusta causa propter quam in eum seuere anim:
aduerti deberet, ipsum ex carcere Ciuili predicto vi:
sis his mis litteris dimittas et coram officiali prefato
sisti iubeas, coram quo si probabitur sufficienter ipsu
quidpiam grauius contra ritum Sancte matris Eccle:
sie designasse ac commisisse et labe ac heresi luthe:
rana infectum esse, et ob hoc per sententiam condem:
natum eum Ciuitate exigas, ne conuersacione sua cete:
ri homines inficiantur, si vero nichil aliud contra il:
lum producatur, preterquod habetur in ipsis depositi:
onibus huc transmissis, velitqz redire ad cor et ex:
voces suos abiurare, ac amplius in verba blasfema
non prorumpere, cum Ciuitate vti paciaris. Ecclesiasti:
ci vero isti iniungant ei pro hoc ipsius blasfemie et ma:
ledicende delicto penitenciam, quam habent in suis Ca:
nonibus de hoc expressam, quam ipse suscipiat et com:
pleat, demceps vero iuxta ritum Sancte matris Ecclesie
viuat, seqz vt bonum Christianum decet conseruet. Datu
Cracouie feria secunda ante festum Sanctorum Philip:
pi et Jacobi Apostolorum

Edictum regium: vt fiat inquisicio super Luteramismo Cracouie: et libri hereticorum querantur in domibus Ciuium

Et ne iidem libri legantur imprimantur, vendantur

Sigismundus. I. Rex Polonie.

Manifestum facimus omnibus, et singulis cuiusq; Status ac ordinis subditis nris, ac etiam aduenis quibuscumq; Quia cum humanis ingeniis presertim vulgi ad res nouas et insolentes propensis, necesse sit, aut alia plerasq; mala, tum vero hereses emergere, necesse item sit illas per eos qui diuinis ac humanis institutis prepositi sunt tanq; pestem ac virus nocentis mali a subditis ipsorum arceri, si quidem sola religio est que legibus ac institutis suis homines ni disciplina, in virtute, ac in fide erga deum et homines continet ac regit, quaq; in norma et obseruatione sua vetezi turbata et dissoluta, turbari ac dissolui necesse est vniuersa, quod postea vt multis exemplis constat in seditionem vergere: ac in perniciem rerum publicarum earumq; rectores redundare solet, Nos pro officio Christiani Principis ea ipsam religionem, a Sanctis Patribus ordinatam ac per Sanctam Romanam Ecclesiam directam, nobisq; a maioribus nris per manus traditam, ac per nos demiq; agentes mas multo sanguine et clarissimis gratia dei victoriis hactenus defensam, etiam a labe hereticа his temporibus in vicina emergente, integram et immaculatam in Regno et Dominiis nris conseruare volen, publicis edictis mandauimus: ne qui libri, Luteri cuiusdam, eiusq; sequacium quorumcumq;, quos sua insolentia in reprobum egit sensum: quiq; pretextu libertatis Christiane, pretextu vitiorum ordinis Ecclesiastici et scandalorum: que in hominibus fieri necesse est: tanq; sub melle virus suum in vulgus spargunt, et scriptis, ac sermonibus famosissimis, non solum mores salubres, ac instituta Ecclesiastica, sed

ipsos etiam sanctos patres turpissime proscindunt et Sa:
cra prophanis miscent: nequaq ad regnum et dominia
nra inferrentur aut legerentur, neue quis dogma
ipsum pestiferum approbare vel tueri auderet, sub pena
capitis et confiscationis bonorum omnium, ad que postea
edicta nra exequenda: modum etiam opportunum statu:
ere volentes delegauimus in Pretorium Ciuitatis nostre
Regie Cracouien nonnullos Primarios nros tam Spi:
rituales qz etiam Seculares Consiliarios, qui cum Consu:
libus ac etiam Officialibus Ciuitatis sic edicta ipsa nra
exequenda statuerunt, vt imprimis quandocunqz oppor:
tunum videretur Rndo dno Episcopo Cracouien fie:
ret per inquisitores eius cum decurionibus quos Consula:
tus in tota Cracouia ad huius negocii aliorumqz excessuu
tollendorum custodiam delegit, per omnes domos testudi:
nes ac cistas diligens scrutacio, et vbi aliqui libri heretici
inuenirentur illinc pena edicti exigeretur. Deinde vt
impressores librorum nichil prorsus imprimere et Bi:
bliopole vel alii quicunqz exponere ac vendere deinceps
audeant ex libris vndecunqz adductis nisi illos Rector
vniuersitatis prior viderit et tam imprimi q vendi permiserit
sub pœnis predictis. Vt autem et reliquae Ciuitates nre
hoc exemplo insistant, ac vnusquisqz tempori premoue:
retur, ne ipsa mandata nra transgrediantur et igno:
ranciam pretendere possit, nos hanc ipsorum Consiliario:
rum simul ac Consulatus Cracouien ordinationem per has
lras nras omnibus testatam esse volumus Mandantes om:
omnibus aliis Ciuitatibus Regni et dominiorum nrorum
vt ad eum modum edicta nra exequi faciant cum loci
ordinariis aut eorum delegatis ordinaciones opportunas,
easqz diligentissime exequatur pro gratia nostra non alr
facturi Dat Cracouie

Sigismundus .I. Rex Polonie Poznaniensibus

Ne germanus Concionator predicet:

Famati fideles dilecti. Certo edocti sumus quod istic in Ecclesia Collegiata Sancte Marie Magdalene Jurispatronatus nri fuerint iam aliquot Predicatores Germanorum per vos ordinati et suscepti, qui contra veram et rectam Orthodoxam fidem et Religionem ac aduersus edicta nra errores Lutheranos palam in suggesto profiteri non vererentur, sed et modernum etiam Predicatorem ipsorum Germanorum quendam Joannem de Bamberga intelleximus ex eorum esse calculo, multumque de ipsa Secta Lutherana suspectum ac infamatum quem hactenus ferre et fouere in scandalum et periculum animarum Christi fidelium ac subditorum nrorum plurimorum non veriti estis, quod nos indignatis me ferimus, volentesque prouidere ne ea perniciosissima secta, que non aliam quam summam peccandi licenciam, motusque et seditiones intestinas parit, ac diuine Mtis iram et vindictam prouocat, isti Ciues et alii subditi nri inficerentur per ipsos Concionatores Germanos, qui si in aliquos errores ipsi prolabuntur reliquos secum suis imposturis in eosdem errores ducere et in precipicium perfricta fronte trahere, hominesque pretextu libertatis Christiane absurdissimo simul ac petulantissimo sensu, vt vnusquisque quod velit, et quatenus velit credat et faciat inducere non formidant, sed et contra deum et beatissimam virginem matrem eius blasfemias fieri faciunt, ritusque ac ordinem Ecclesiasticum qui non ab Apostatis, sed a Priscis sanctissimis patribus vita et miraculis clarescentibus est institutus, confundunt et penitus tollunt, ad extirpandum omnino, hoc perditissimorum hereticorum genus et eorum secta que in aliis vicinis locis iam immo plus

inoleuit animum omnino induximus comissimusq; Pre:
posito vrō Venerabili Jacobo de Obornikі, vt nul:
lum amplius Predicatorem Germanum Secularē
in Ecclesia sua Concionari permitteret. verum ad
munus predicandi aliquem fratrem de ordine pre:
dicatorum aut minorum Sancti Francisci regularis
obseruantie, qui adhuc sinceram seruant fidem ordina:
ret. vobis vero strictissime mandamus, et inhibemus
ne contra voluntatem ipsius, contraq; ~~populi~~ prepositi vel eius
Comendarii seu Vicegerentis hanc ordinationem no:
stram, aliquem deinceps Predicatorem Germanū
in ipsa Ecclesia Parrochiali statuere presumatis, Sed
eius statuendi prouinciam illi precipuam relinquatis
omnesq; et singulos Ciues vrōs et alios istic agentes
quoad vrā interest de hac heresi Lutherana suspectos
ac illi fauentes, debita animaduersione iuxta conti:
nentiam priorum mandatorum ac edictorum nrōrū
puniatis, pro officio vrō, sub graui indignatione nrā
secus facere non ausuri Dat

Sigismundus primus Rex Poloniæ Duci Slesiæ.

Ill. Quidam ex subditis nris qui sua intereße nõ ignorant talibus in rebus vigilare detulerunt ad nos quendam Abbatem de in ditione vrẽ D. posthabito dei timore et pudore deposito ad multa enormia facinora deflexiße, ac se ipsis contaminasse, cum magno suo et sui ordinis sueq; professionis dedecore, multorum deniq; hominum scandalo, qui ex quacũq; occasione id querunt vt suis affectibus satisfacere possint oblato pretextu licencie cui suos animos deuouerunt et addixerunt, quem cum iam conscientia sua remorderet et videret superiorem suum Abbatem de Ruda ad animaduertendũ in eum animum appuliße vt securitati suẽ prospiceret ad vram̃ D. dr̃ confugiße atq; sub eius protectione sic delitescere vt non sit facultas superiori suo in eius excessus debita animaduersione vti. Cum igitur non ignoremus vram̃ D. eius animi semper fuiße et esse vt ab ineunte ẽtate virtutes colere didicerit, odisseq; vicia. Rogamus dignetur hũc Abbatem de Ruda et consilio et auxilio iuuare, vt quod cepit ad vtilitatem publicam et honorem dei, vrẽ D. beneficio et grã prosequi et perficere posset, Coeterũ idem Abbas de Ruda per suos fautores causam monasterii sui ad nos deferens supplicauit nobis, vt eam vrẽ D. per litteras commendemus qui ab I. dnõ Ducẽ Valentino Ratiborien̄ nouum Priuilegium impetrans Posteaq; vetus conflagrasset in cõmuni incendio Ratiborien̄, ea conditione illud ab eo obtinuit vt eo viuente

pateretur Subditos Monasterii sui ea ferre onera ad vsu
ipsius Ducis que nominatim in Priuilegio erant expressa,
quo mortuo postq̃ vrã D.o hereditatem eiusce Ducatus adiit
inductu fortasse et suasu iniquorum suorum refragatur eius vo:
luntati tanq̃ istud ipsum Priuilegium suspicione inordinate
cuiusdam concessionis non careret. Rogamus itaq̃ di:
gnetur vrã D.o talium virorum vti consilio in hac ipsa
actione, quos ab omni affectu alienos esse cognoscit vt
animum suum ita instituere possit, quod vti ceteris in re:
bus solet, ita etiam in hac nichil videatur ab recto et
equo deflexisse et vt Priuilegium viris Relligiosis con:
cessum relinquatur vt hi ipsi fratres eius firmitate et ro:
bore freti, officiis diuinis liberius vacare queant. faci:
et autem vrã. D.o rem se dignam et Deo omnipotenti
cuius res agitur acceptam, nobis etiam non ingratam
Que bene valeat Dat

Petrus Tomicius eps Crac. vicecancell
Achatio Ceme Succam.o pomera.e: Slochouien
et Stargardien Capit.o

Generose domine, amice nr̃ char.me Scripsi vobis paulo
ante quod non videmus adhuc tempus opportu:
num agendi et intercedendi apud Mtem regiam pro li:
berando Joanne Niempcz et donando pristine libertati, cu
enim Mtas sua fecit illi non pridem singularem gratiam
quod eum ex Turri obscura extrahi iussit, et collocari
in Castro superiori Slochouien in habitacione lucida et cõ:
moda sub cautione fideiussoria, si peteremus tam subito
pro illo in toto a captiuitate liberando plus irritaremus
meo iudicio Mtem suam, q̃ vt illi adessemus. Quare ex:
pectabimus aliud tempus ad eam rem accommodum venit
huc nuper Secretarius Gedanen, sed nondum est au:
ditus nec scire potuimus hactenus, in quibus negociis sit
missus. Qui si aliquid agere voluerit in damnum et

maiorem pe'nam miseri Joannis Niempcz, curabimus ob-
stare conatibus illius pro vizibi mea. Dabimusqz opera
suo tempore vt is ipse Niempcz maiorem gratiam Mtis
regie obtineat, et restituatur pristine libertati. bene
valete. Dat

Petrus Tomic. Cps Crac. Vicecancells Philippo Bisshoff Burgrabio et Proconsuli Gdancensi.

Famate' domine' amice charme. Magister Jacobus Secre-
tarius Ciuitatis vre' Gedanen, tametsi diligentem
operam fecerit, quo hinc cito absolui potuisset, tamen pro-
pter magna et ardua negocia, quibus in hoc generali re-
gni Conuentu Regia Mtas erat districta, non potuit
adhuc vsqz tempus absolui, expeditus est tamen tandem
et que accepit in responso a Mte regia, vobis plane re-
feret. Qui notati fuerunt crimine tumultus istic in Vra-
be vra excitati, Mtas regia, exratum illorum libere
dimiserit nigz suam gram illos susceperit, Nemo id eis
Jure exprobrare potest aut audeat, Et si quis in contrarium
fecerit, equum et necessarium esse videtur, vt grauipe-
na puniatur. Que enim preterita et transacta sunt,
amplius in ignominiam cuiusquam trahi et reuocari no
debent. De rebus nouis quas ad nos perscripsistis, agi-
mus et habemus vobis magnas gratias, optamusqz vos
bene et feliciter valere. Dat

Petrus Tomicius eps Vicecancells
Eggerdo de kempen Consuli Gedanen

FA mate dne, amice charme. Accepimus litteras vras
quas reddidit nobis Mgr Jacobus Secretarius Ciuita:
tis vre, quibus commendastis nobis negocium domini
Joannis Furste, Consulis Gedanen. Id quod nos et pro:
pter illius afflictam fortunam, et ob commendacionem ves:
tram, ac aliorum amicorum nostrorum diligenter apud
Mtem promouimus, obtinere tamen non potuimus, id
quod optabamus, et vos cum ipso dno Joanne Furste et
aliis vris amicis postulastis, putamus vero et certo nobis
persuademus q Mtas sua regia non tam facile bona sibi
prosecuritate peccunie per dominum Joannem Furste de:
bite, assignata, distrahere permittet, prout de hoc Mgr
Jacobus plene enarrabit. Cui commisimus etiam decla:
rare vobis sententiam et desiderium animi nri Episcopa:
lis in quo in precipuis festiuitatibus anni vesperas et
matutinas cantare solemus, rogamusq vos, vt illi in
hiis et aliis omnibus nro nomine referendis, plena
ac indubiam fidem adhibeatis. Sicq vos exhibeatis, et
id quod optamus prestare ac exequi curetis, prout be:
niuolentia erga vos nra ac vicissim vra erga nos pro:
pensio, postulare videtur. Nos vero et grati erimus ope:
re et officii vri, et omnia que nobis fieri et adduci ex
Flandria procurauerit is, cum gratitudine debita exol:
uemus optamusq vos cum vestris omnibus bene ac
foeliciter Valere Dat.

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell. Joanni Choienski Archidiac. Cracouien. Secretario regio

VEnerabilis domine, frater in Chro charme. Proficiscitur isthuc ad Regiam Mtem Generosus D. Achacius Czema Qui inter alia negocia que cum sua Mte est acturus supplicabit nomine multorum Consiliariorum terrarum Prussie Mti sue, vt miser ille Joannes Niempcz Ciuis Gedanen, tandem liberetur, huic rogamus adsitis diligenti opera et auxilio vestro. Jampridem enim hoc negotium curatur à nobis, et vt finem accipiat, operepreciu videtur multos adhiberi intercessores. Scripsimus aute et Mti Rli vt sua authoritate adiuuaret preces nras videbitis quid in ea re Mti regie scripsimus, et ad illud vos, quando cum nro nomine cum Mte sua agetis, accommodabitis, agatis tamen diligenter rogamus, et optime valeatis Dat

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell. Joanni Balinski Castell. Gdanensi.

MAgce domine, amice charme. Acta Conuentus Elbingen, que ad manus meas misistis legimus Regie Mti, approbauit Mtas sua omnia, et diligentiam vram comedauit De rupture Aggeris restauracione, quid deinceps agendum erit, Ex litteris Mtis sue intelligetis. Captiuorum cause prodesse nunc non potuimus, instantibus vehementissime Gdanensibus ne dimittantur, protestantibusq palam, Si dimittentur, et Gedani aliquid sediciones oriri contigerit, se ita futurum fore premonuisse, tamen conabimur si forte cum tpe Re Mtis animum placare poterimus.

ferant ipsi pacienter, adhuc aliquantisper et deum suppli:
citer innocent, et miserebitur eis. fratrem Ambrosiu
fouebitis ita prout ad vos à Mte sua scriptum est, Nos
verò aderimus libenter, Si modo tale aliquod beneficiu
vacare contigerit, quo idem frater Ambrosius à sua Mte
digne prouideri poterit id quod cure et diligentie vre per:
mittimus et rogamus vos, cum aliquam Ecclesiam Parro:
chialem istic vacare cognoscetis, que alere eundem dnum
Ambrosium possit pro decencia Status ipsius nobis id qz
primum significetis, curabimus enim vt ei conferatur.

Sigismundus primus Rex Polonie Proconsulibus et Consulibus Gdanen bus

FAmati fideles nri dilecti. Accepimus lras vras quibus
de Captiuis Ciuibus vris qui in Arcibus nostris nris is:
tic iussu nro asseruantur, sentenciam vram perscribitis, pos:
tremo verò postulatis, vt quid de Joanne Niempcz facere veli:
mus, Generosum Achacium Czeme Succamerarium Po:
meranie et Capitaneum nrm Slochouien instruamus de me:
te et voluntate nra. Jam à longo tempore et mox post disces:
sum istinc nrm, Consiliarii nri istarum terrarum admone:
bant nos et suadebant vt eosdem captiuos vinctos et detetos
non seruaremur sed per Ciuitates et Oppida sub firma et su:
fficienti cautione collocari faceremus, verum nos nihil preci:
pitanter in hoc agere voluimus, experiri pns volentes, qz
quietus futurus sit populus Ciuitatis istius, post discessum
nrm et sumptum de facinorosis supplicium. cum autem in:
tellexissemus deo sit gracia, quieta et tranquilla esse oia
apud vos, accedente presertim iugi cura et sollicitudine vra
induximus iam tandem in animum nrm, vt hii ipsi captiui di:

mittantur et per Ciuitates et oppida istarum terrarum sub
cautione debita distribuantur, Commisimusq; hoc nego-
tium Generoso Joanni Balinski Castellano Gdanensi
dispensatorique mro Marienburgen et Achacio Czema
predicto, vt illi de consilio Palatinorum istarum terrarum
designent auctoritate nostra et statuant in qua Ciuitate
et oppido quisq; eorundem captiuorum domicilium fir-
mum et stabile habere deberet, pns tamen sufficienti cauti-
one obstrictus videlicet de non adeunda Ciuitate mra
Gedanen, de non mutando domicilio, et de parendo in
omnibus, constitucionibus et statutis nostris Et nihil
dubitamus quod illi quibus negocium hoc demandauri-
mus non omnes aut plures captiuos ad vnum locum
sed in paruo numero illos per plures Ciuitates et oppida
distribuere curabunt, Nam ita et non aliter illis pre-
cepimus, Intelligimus enim ipsi quod non esset satis se-
curum in vno loco homines factiosos et rebelles simul
manere, Pro Joanne Niempcz multis et assiduis pre-
cibus magnorum virorum fatigamur, vt illum liberum
dimitteremus: Verum nos facere id hactenus noluimus
nec volumus. Achatiumq; Czema de illo plene edocuimus
Dat' in Niepolomicze feria secunda proxima post fes-
tum Exaltacionis S. Crucis Anno 2c 1527

Luterani Gdanen, damnati, soluuntur Carcere: quorum octo, Elbingi conceditur domicilium. reliquis, in aliis minoribus oppidis incolatus admittitur

Sigismundus .I. Rex Polonie.

GEnerosis Joanni Balinski Castellano Gdanen ac terrarum nostrarum Prussie Thesaurario et Achacio Czeme Succamerario Pomeranie et Capitaneo Slochouien fidelibus dilectis graciam Regiam. Generosi fideles dilecti Non est incognitum vobis q cum anno superiore eramus in Ciuitate nra Gedanen et multi Ciuium tanq authores et patratores factionum et sedicionum intestinarum aliorumq multorum flagiciorum aduersus fidem Sanctam Catholicam et auctoritatem nram indignissime comissorum inculpati, nobisq ad penam delati essent, visum fuit nobis et vniuerso Senatui, resq ita fuit constituta vt aliqui ex delatis eorundem delatorum, penam capitis non admodum commeriti Carceribus manciparentur per Arces istarum terrarum sub libera custodia asseruarentur prout et hactenus sunt asseruati. Quia vero multociens iam supplicarunt nobis pro eis per tras et Nuncios suos Consiliarii terrarum istarum, vt videlicet ire et indignacioni nre temperare, eorumq criminis et dure captiuitatis satis alioquin longo tempore per illos iam perpesse misereri dignaremur. Nos qui vt testatum est vnicuiq plus propensi ad pietatem et clemenciam q vindictam et seueritatem esse solemus Supplicationibus prefatorum Consiliariorum nrorum acclinati et ipsorum captiuorum miserti arbitrantes q iam sunt compuncti et pro excessibus suis satis puniti captiuitatem illarum soluendam ipsosq libertati restituendos duximus/et.

quia persuadent nobis idem Consiliarii nri q aliqui eo:
rundem captiuorum non pauco vsui et vtilitati esse pos:
sent Ciuitati nre Elbingen, vbi in illa domicilia col:
locaret, committimus et mandamus vobis vt ex eis ipis
captiuis omnibus octo qui nobis magis idonei et ipi
Ciuitati Elbingen non inutiles futuri videbuntur eli:
gatis eosq in Ciuitate ipsa Elbingen collocetis et vt
domicilia illic habeant permittatis, ea tamen lege et
condicione vt Proconsules et Consules eiusdem Ciui:
tatis nre Elbingen, caueat et fideiubeant pro eis
q pacifice et tranquille viuent, et Statutis et consti:
tucionibus nris parebant eaq in omnibus conserua:
bunt seq ita gerent prout fidos et obsequentes subdi:
tos decet, quod cum fecerint volumus vt in omnibus
eque ac alii Ciues gaudeant et pociantur Juribus
Priuilegiis et libertatibus Ciuitatis ipsius Elbingen
Gedanensem tamen Ciuitatem nunq deinceps attin:
gant, nec se negociis illius commisceant at Comercia
vel sodalitates aliquas cum Ciuibus illis ineant aut
habeant. Committimus preterea et mandamus vobis
vt communicato cum Palatinis istarum terrarum co:
silio, reliquos omnes captiuos Gedanen, demptis
hiis octo supradictis per alia parua Oppida istarum
terrarum vbi id magis commodum vobis et ipsis Pa:
latinis factu videbitur collocetis, domiciliaq in eisd
habere illis permittatis, accepta tamen ab eis prius
cautione fideiussoria sufficienti, q non alr q vt probos
fideles et pacificos subditos decet deinceps se conserua:
bunt et constituciones nras in omnibus obseruabunt
Quod cum facient volumus vt perinde ac alii Ciues
et subditi nri censeantur, Juribusq et fretus eque po:
ciantur, ad Ciuitatem tamen Gedanen similiter nul:

lo vnq̃ tempore vadant aut illam attingant, Que oĩa supradicta volumus vt solerter et pro rei necessitate ac istarum terrarum bono et tranquillo Statu perficiatis et exequamini pro gratia nostra Dat

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Balinski Castell° Gdanensi
Achatio Ceme Succamer° Pomerae

Generosi fideles dilecti Heri accepimus litteras Ciuium nr̃orum Gedanen̄ quibus multis et satis efficacibus racionibus ostendunt, q̃ periculosum foret Ciuitati nr̃e Elbingen̄ si multi captiui seu proscripti Ciues sui Gedanen̄, ibi collocarentur, Quorum rationes et causas nos diligenter nobiscum expendentes censemus et volumus vt non plures q̃ sex ex hiis dem captiuis et proscriptis ad ipsam Ciuitatem Elbingen̄ relegentur, computatis in hunc numerum Adriano Flinth Laurentio Moler, et Georgio Holczhutter, Cum enim iam alias sint illic Georgius Czimerman Jacobus Flinth, et Joannes Ostendorp non videtur esse satis tutum, eiusdem farine et factionis homines plures sil in vna Ciuitate commorari, ea vero lege volumus et precipimus captiuos predictos tam in Elbingen̄ q̃ in aliis Ciuitatibus et Oppidis istarum terrarum collocari vt prestent sufficientem cautionem sub pena capitis seu decem millium marcarum pecunie comunis, de non mutando domicilio, de non adeunda nec attingenda Ciuitate Gedanen̄ et eius Districtu, de obser:

uandis Statutis et constitucionibus nr̄is, et q̄ erunt fi:
deles et obedientes suo Magistratui sub cuius Jurisdi:
cione domicilium habebunt. Quamuis autem nihil
dubitamus vos pro nr̄a dignitate et istarum terrarum tra:
quillitate munus vobis iniunctum diligenter et circum:
specte obituros vt tamen illud melius et cum maiori
maturitate et iuditio perficere possitis mittimus vobis
Schedam presentibus inclusam, quam Ciues nr̄i Geda:
nen̄ conscripserunt de consilio vt ipsi scribunt, Magnifici
Georgii de Baisen Palatini Marienburgen̄, ex qua
id quod vobis melius et vtilius visum fuerit, accipietis
pro fide et prudencia vr̄a et gr̄a nr̄a facturi Dat
in Niepolomicze feria secunda proxima post festum Exal:
tacionis S. Crucis Anno etc 1527

Donati libertate: infrascripti captiui

Sigismundus Rex

Significamus tenore presentium, quibus expedit vniuer:
sis et singulis. Quomodo, Cum superioribus annis
perturbata ab sediciosis Ciuibus Gdanen̄ Ciuitatis
republica, plurima atrocia facinora, tam erga Christi
Religionem q̄ etiam erga nos emerserant, ita vt no:
bis necessitas incubuisset, Nos in propria persona Gda:
num conferendi, quo cum venissemus, Sublatis e medio ca:
pitibus sedicionum et omnium malarum rerum auctoribus,
reliquos etiam similium scelerum delatos, Vrbe submoueramus
et concessa eis vita in perpetua vincula damnaueramus. Cum
autem successu temporis pro talibus captiuis, crebre et assidue
cum ab amicis, tum eciam a Consiliariis nr̄is preces, nobis
porrigerentur, supplicaretur q̄ nobis quottidie vt eorum mi:
sereremur, quasi iam satis penarum dedissent per tam longum

longum tempus in squallore et pedore Carcerum detenti, per-
moti sumus, tum precibus, tum misericordia, Et quosdam eo-
rum vizt Ludouicum Phus qui detinebatur in Schlure
Jacobum Huffner, Joannem Bollen, Andream Bulmá
et Petrum Cremer ex captiuitate, et vinculis dimittẽdos
liberandosq; duximus, dimittimusq; et liberamus per pntes
ea condicione et lege Si Senatus Elbingen' pro eis cauc-
rit, vt deinceps in fide et subiectione' mrá firmiter per-
sistant, Legibusq; et institutis mris vt reliqui omnes
Ciues Elbingen', per omnia pareant, qua cautione, fa-
cta, Concedimus eisdem, sic dimissis in Oppido mro
Elbingo domicilia habere illicq; cum vxoribus et libe-
ris atq; familia vniuersisq; rebus eorum, se cõtinere
morari secure et tranquille, equoq; iure cum Elbingen'
viuere. Dantes eis potestatem, et facultatem negotiandi
Mercandi, Nauigandi, terra, Mari, fluminibusq;, extra
et intra Regnum nrm. Mercaturæ siue aliarum rerũ
causa, libere peregrinandi vnica Gdanen' Ciuitate ex-
cepta qua eis penitus interdicimus, nec omnino volumus
vt eam aliquatenus attingant. ideo vobis vniuersis sub-
iectis nris et precipue Ciuibus Elbingen' id significare
voluimus, vt supascriptos homines iam à nobis dimissos
et absolutos sciatis, eosq; libere in Oppidum vestrum
suscipiatis, benevolenciaq; et amicitia vra prosequamini
harum, quibus Sigillum nostrum est subappensum tes-
timonio litterarum Datũ 1527

Joannes Ostensdorff damnatus, ad Ciuitatē Elbingensem permittitur

Nouerint vniuersi presentes lrās inspectari. Quomō anno superiore, Cum componendis tumultibus, qui partim ob immutatam Relligionem, partim ob plebis erga Magistratus rebellionem in Vrbe nrā Adano, exorti erāt incumberemus, inter complures aut reos, aut criminum suspectos, delatus eciam nobis fuit, Joannes Ostendorff tunc Adanen Ciuibus, Sed cum pro atrocitate facinorū, variis pēnis aut capitis, aut Carcerū, aut exilij, nocentes puniebamus, dicti Joannis Ostendorff facinus, quia leuius fuit, qz vt in eum seueriori supplicio animaduerti deberet, ideo cum eo clementius mitiusqz agendum esse duximus, Et eò magis, q ab amicis et vicinis Regibus et Principibus pro eo lrīs nobis est supplicatū, itaqz Adanen Ciuitate sibi interdicta, in Ciuitate nrā Elbingen quemadmodū et aliis tribus eius collegis domicilium seu Sedem illi designauimus, et presentibus lrīs nrīs designamus permittimusqz illi et concedimus vt ibi cum vxore, liberis, familia, suppellectili, Mercibus, vniuersisqz rebus suis morari, illiusqz Ciuitatis nrę, iuribus, libertatibus et Priuilegiis, sub protectione nrā regia, vti et gaudere possit dantes ei facultatem, illic, Mercandi, negociandi, Mercatura, nauigatione, siue quocūqz opificii genere, victum remqz familiarem querendi, et augendi non modo per vniuersam ditionem nrām, verum eciam foris, terra, Mariqz, et fluminibus, sine metu et periclo

ita tamen vt Ciuitatem nram Gedanen nullo vnqz tem:
pore adeat, Constitucionibus vero per Consiliarios nros
de mandato nro in Elbingo edictis et sanccitis pareat
harum quibus Sigillum nostrum est subimpressum testi:
monio litterarum Dat Cracouie feria sexta in vi:
gilia Petri et Pauli Anno doi. M°. D°. XXVII°

Sigismundus. I. Rex Polonie Georgio et Bermino Ducibus Pomeranie.

Illtres Principes et domini Nepotes nostri charmi. Sa:
lutem et plurimam foelicitatem, Senatus Ciuitatis
nre Gedanen, misit nobis certarum litterarum ex Di:
tione Illtatum vrarum ad se scriptarum exemplum qui:
bus nonnulli illarum subditi suscepto cuiusdam Jacobi
Lang Ciuis Gedanen cause patrocinio quadatenus eidem
Senatui minari videntur Si dicto Jacobo Lang in assequendo
quod suum est, opem non prestiterit, prout hoc ex exem:
plo talium litterarum (quod vna cum scribentium nomi:
nibus in Schedula hiis nris litteris inclusa) plenius in:
telligent, Cum autem perspicuum vnicuiqz sit, nos neqz
tam iniquos, neqz tam negligentes Officiales vel iudices
in Regno et Vrbibus nris habere, vt hominibus
nostris, ad externa auxilia confugere opus sit, horta:
mur Illtes vras rogantes, agant cum suis, eisqz impe:
rent, ne rebus minime ad eos pertinentibus, se implicent
et immisceant, neue Ciuitati nre, quiete alioquin et pa:
cate scriptis suis, metus suspicione incuciant, Quin id
Mathias Lang Gedanum redeat, siue ad nos confu:
giat. Justiciam omnem Si in aliqua re iniuria affectus

est, hic experturus Ita necessitudo mutui amoris nostri
Juraq; vicinie qua Ditiones nostre se contingunt inuio-
lata permanebunt. Quod libenter facturas confidi-
mus Ill. vras, quas optime valere optamus Dat.

1526

Sigismundus Rex. ex Marienburgo venit ad Sochaczow et illic quatuor Septimanas comoratus, vocataq; ad se Anna Virgine Duce Masouie: cum Consiliariis Masouie: habitisq; per quatuor septimanas et conclusis tractatibus cum eisd: iussoq; funere Janussy ducis sepeliri: Rex ipse venit ad Warsseuiam. et illic possessionem. ac Jusiurandum a Masouitis accepit

Sigismundus primus Rex Polonie Anne virgini Duci Masovie

Illtris Princeps, nobis vtifilia dilecta. Accepimus lit-
teras tue Illtis quibus nobis obitum fratris sui Illtris do-
Ducis Janussii declarat, quo Nuncio magnu sane dolore
accepimus, amissis hiis Ducibus, quorum domus et qz
optime fuit semper de nobis merita, et magno decori ac
ornamento nobis et regno nro exhibit. Verum cum ita se
habent res humane, quas ille regit et gubernat, cui le-
gem imponere aut eius voluntati resistere nemo potest
non licet nisi hunc tristem casum equo animo ferre. Ro-
gamusqz tuam Illtem vt dolori et lacrimis suis modu
imponat, quibus et sibi nocet et defuncto nihil prodest.
Nos postqz in Curam nostram recidit, volumus illam
omni gratia et paterna dilectione complecti, illiusqz om-
ne bonum non secus curare et prospicere qz si mea esset fi-
lia Quę valeat foeliciter Dat

Saluus conductus. Joanni Alantsee Veneto Aromatario Plocensi: de Ducibus Mazouie veneno per eum submiistrato sublatis, inculpato Datus:

Sigismundus primus Rex Polonie

Significamus tenore presentium vniuersis. Quia ex certa sciencia et voluntate nrā. Saluum Conductum nrm Regium et ommimodam securitatem Famato Joā: ni Veneto Apotecario seu Aromatario Plocen' dedi: mus et concessimus, damusqꝫ et concedimus tenore pñtiū mediante huic ad festum Natiuitatis Sancti Joannis Ba: ptiste proxime futurū vt idem Joannes Apotecarius cō fectus ad Ciuitatem ipsam Plocen' et ducatum Maso: uie aliasqꝫ Ciuitates Oppida Regni Ducatusqꝫ pre: dicti terrarum Prussie et alia loca Dominiorū nrorū secure venire in illisqꝫ morari subsistere negotia et ac: tiones suas licitas causasqꝫ Judiciarias agere illisqꝫ dispositis vel indispositis inde quocūqꝫ voluerit recede: re possit secure ac sine omni impedimento et perhorre: scentia quarumlibet personarū de Regno Ducatu Ma: souie et aliis dominiis meis predictis, personaqꝫ rebus: qꝫ suis omnibus sub mea regia protectione saluis vbiqꝫ remanentibus ea tamen lege: q de se conquerentibus co: ram indicio competenti respondere teneatur, prout et hic satis longo tempore existens vnicuiqꝫ de aliqua re culpa aut excessu, et quocūqꝫ alio facinore eum inculpare volenti coram nobis respondere innocentiamqꝫ et iusticiam suā declarare volnt, ad idqꝫ se sponta: neē et libere faciendum obtulit, nemoqꝫ tamen hacte:

nus hic coram nobis de aliqua re illum accusauit nec
inculpauit. Quocirca vniuersis et singulis Status
vtriusq; tam Regni Ducatusq; Masouie terrarum Pru:
ssie et aliorum dominiorum nrorum Consiliariis Dig:
nitariis et Officialibus, Pallatinis, Castellanis, Capita:
neis, Nobilibus ac Ciuitatum et Oppidorum Proconsu:
libus et Consulibus Necnon Ciuibus et quibusuis aliis
communitatibus, Cæterisq; subditis nris in Regno Du:
catu Masouie, terris et Dominiis nris vbilibet existē:
tibus districte precipimus et mandamus vt hunc Saluum
Conductum nrm in omnibus punctis clausulis et articu:
lis firmiter obseruetis, eoq; durante ipsi Joanni Vene:
to Apoterario Plocen predicto, nullam vim per se aut
Consanguineos amicos fautores familiaresq; et subdi:
tos vros et alios vobis adheren et perquascumq; alias
personas directe vel indirecte quouis quesito colore vl
pretextu inferre presumatis aut permittatis nec aliqs
vrm presumat aut permittat pro gratia nra non alr
facere ausuri harum quibus Sigillum nrm est impres:
sum testimonio litterarum Dat in Arce nostra Ma:
riemburgensi feria Quinta proxima ante festum
Sanctorum et Valeriani Martirum
Anno domini M°. D°. XXVI°

Ad vitandam falsam monetam in Valachia excusam

Vniuersis et singulis Dignitariis et officialibus ac eorum vices gerentibus, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis, Aduocatis, Scultetis, ac Ciuitatum et Oppidorum Proconsulibus et Consulibus, ni terreis meis Russie vbilibet existentibus, Sincere et fidelibus nobis dilectis gratiam nram Regiam, Mgcam, Generosis, Nobiles Famati et Prouidi Sincere et fideles mei dilecti. Ad noticiam nram certo deductum est, non mediocrem falsе monete summam sub signis meis seu ad exemplum monete mee, excusam esse in Valachia, et aliquam eius partem iam forsan emissam in fraudem magnum et detrimentum et in commodum Reipublice regni mei, quam quidem monetam declaramus et decernimus, ex isso regno, dominiisq meis bannendam et ejiciendam nec quouis modo publice vel occulte recipiendam fore volentesq indemnitati, ipsius reipublice Regni et subditorum nrorum prospicere ac eosdem subditos meos Prouidos et cautos in euitanda predicta falsa moneta reddere, mandamus vobis districte vt quatenus per loca Ciuitates et oppida, et apud Ecclesias Parrochiales, diebus festis, per publicas proclamationes hanc excussionem falsе monete in Valachia, omnibus subditis meis notificare eosq admoneri faciatis quatenus omnes et singuli huiusmodi monete receptionem

omnino diligenter caueant, et si aliquos deprehenderi:
tis, qui illam inuexerint, vel ea vsi fuerint, illos de:
bita animaduersione puniatis pro gra nra, et sub
penis contra negligentes Officiales decretis non ak
facturi Dat in Ciuitate nra Sochaczow feria sex:
ta intra octauam assumptionis gloriosissime dne nre
virginis Marie Anno M°. D°. XXVI°

Laurentius Miedzilefski Epus Camenecen Sigismundo primo Regi Polonie.

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime
Post humilem fidelium obsequiorum nrorum recomissione
dum ad munus nobis iniunctum per Mtem vram ex com:
posito diuersis itineribus proficisceremur Varsseuia
Dumque finibus Ducatus Masouie appropinquaremus, vterque
nrm singilatim diuersa a diuersis audiuimus territamenta,
per Incolas eiusdem Ducatus ad racionem belli gerendi
vel seipsos vti illi aiebant pro iusticia sue Ducis veluti he:
redis derelicte, atque pro libertatibus defendendis preparata.
Ego etenim Epus tam in Sieprcz quam in Ploczka consti:
tutus ab aliquibus Ecclesiasticis et Secularibus ad me
id ceu pro fide in Mtem vram deferentibus, accepi ad
octo iam millia idoneorum militum delecta ac scripta fuis:
se in deffensionem tam Castrorum, quam tocius Ducatus si
aliqua vis per Mtem vram illis inferri debeat, quodque
quererent auxilia et presidia a Duce Prussie et ab aliis
vndecumque, quodque nos Nuncios Regios Varschouiam
non admittendos concluderent, Rem ego floccipendeba

et pro more meo vanam atq; similem somno putans reici:
ebam, infracto pergens animo.

Ego autem Castellanus dum venißem in Cuthno plures
illic de Districtibus Raven', Gostinen', et Sochaczouien'
Nobiles calculum exactionis preterite facientes deprehendi
de quorum numero nonnulli Dignitarii et Officiales mihi
retulere, complures iam Incolas ex Ducatu Masouie cum
suppellectili et vxoribus suis ad amicos ac fratres in
vicinis Dominiis Mtis vre agentes commigraße, timo:
re belli contra eos ex parte Regni mouendi ad id ad:
ducti, et quòd, ~~et quod~~ nos Nuncios Varschouiam non
intromittendos statuerent quodq; custodiis et preparamentis
bellicis armata eßet.

Dum itaq; Sabbato Sancti Vitalis proxime lapso in dimi:
dio miliari ante Varschouiam conuenientes vna progre:
deremur longe prius prodromo premißo demulcentes cor:
da hominum vbi secus euenit q; rati sunt relatores. Nam
quattuor ex Consiliariis Sczt Palatinus vnus. Castella:
nus, et duo Capitanei cum pluribus Aulicis, obuiam
nobis mißi, nos Nuncios Regios, honorifice vti par est
excepere. Cum autem reducti ad hospicium nos contulis:
semus, omnes ferme Consiliarii nos inuiserunt, tam
Illme dne Ducis virginis q; suis nominibus congratu:
lantes ~~aduentui~~ nro. Quos ibidem resalutatos omni
procul mota mora optauimus vt opera eorum cras apud
Illmam Ducem nobis audiencia daretur. Quòd licet
infirmitatem Ducalem allegaret tamen obtinuimus, Na
m Crastino ante meridiem auditi sumus, vbi posteaq;
primam legacionis nobis iniuncte partem recensuimus
vtpote breuibus, gratiam et dilectionem Sacre Mtis
vre, tam erga viuos q; mortuos Duces vti suos et Re:
gni sui feodales pro eorum fidelibus obsequiis Mti vre

diuisq; antecessoribus, et Regno eiusdem Sertis vre dili:
genter exhibitis; Et q conturbata erat de morte Ducis
Janussii nuper è vita excessi; Et quòd ex gratiosa su:
perioritate et innata benignitate sua miserit nos Con:
siliarios suos vra Mtas ad leniendam etiam pertur:
bationem Illutis sue, atq; ad reuisendam et consolandam
eam quam gratia sua amplectitur perinde ac filiam. Cum
enim commune sit omnibus hominibus mori, omnemq; huic
Legi subiacere oportet, ratione ipsa in casu huiusmodi te:
perandum esse censet sua Mtas tam sibi q Illuti tue.

Et quia Oratoribus Illutis vre nuper apud Sacram
Mtem Regiam in Mariemborgk agentibus, et genus
mortis qua ipse dominus Dux absumptus est notifican:
tibus et orphanitatem Illutis tue, Sertati sue in gra:
tiosam tutelam ac protectionem comittentibus, sua Mtas
feriam secundam proximam post Sancti Vitalis, que est cras:
tina, Sepulture Ducali prefixit, atq; Conuentum om:
nibus huius Ducatus terris indici voluit Ad quam qui:
dem honestandam Sepulturam, et ad prestandum vltimu
honorem funebrem pro amore quem gerit in hanc Illtrem
domum Ducalem stirpis antique Regni Polonie gracio:
se promiserat suos mittere Consiliarios ad idem tempus
pront nos ipsos misit, volens et mandans sua Sertas vt
eiusmodi Sepultura pro Statuto tempore perficiatur &c.
perfecta autem Sepultura alia que à Sacra Mte accepig
in mandatis vobis dominis Consiliariis et Officialibus
huius Ducatus declarabimus, h breuiter et alia ita
ediximus.

Ad hec vniuersi Consiliarii communicato inter se consilio
ad dominam Ducem accedentes tale responsum per Vice:

cancellarium nobis dedere. Quia deliberatione facta narrabuntur Dominacionibus vris cause et raciones legittime ab Illma dna Duce ob quas hec Sepultura non potuit nec potest fieri tempore isto a regia Mte prefixo Conuentus autem institutus pro hoc tempore tenetur etc. Sic abiimus. hanc autem totam diem domini Consiliarij vnacum omniterrarum Nunciis quorum magnam multitudinem perlustrauimus vnanimiter Consiliariis adherentibus: comiciis exegerunt.

In crastino autem missi sunt ad nos mane ex Consilio quattuor duplicem rem perferentes atque arbitrio et Electioni nris donantes. Quia si non molestum videretur nobis, adiremus palacium Ducale vbi sunt domini Consiliarii cum tocius milicie huius Ducatus Nunciis congregati, vbi si quid specialis per Sacram Mtem Regiam ad eos in mandatis haberemus explanaremus, quos tamen locus hospicii nri non caperet et sine quibus domini Consiliarii in eiusmodi rebus nichil agere possunt, vel si placeret vti par est pro honore Mtis vre venirent ad nos vti ad Nuncios Consiliariosque Regios, duntaxat Consiliarii, et causas legittimas non facte Sepulture dicerent Annuimus ad hoc vt venirent ad nos prius cum sua declaracione, et tandem si opus intellexerimus non abnueremus eciam et nos totam adire comunitatem, ad grande stratum Ducale quia sic conueniencius ac honestius pro conseruanda dignitate Sacre Mtis vre faciendum fore videbatur.

Aduenientibus itaque ad hospicium dominis Consiliariis et causas non facte Sepulture recensentibus potissimum tres quod nondum redierit Nuncius a domina Duce Naderspanowa que propria in persona huc speratur venire. Item deffectum pecuniarum in Thesauro Ducali, Item egritu:

dnem Illme Ducis Anne, simulq; supplicantibus vt boni consulamus ac ad Sacram Mtem vram intercedamus equo dignetur ferre animo presertim q hec Sepultura debeat esse libera non coacta, tum nobis replicantibus id agi cum diminucione et iniuria iusticie regie, qua mediante he terre non extante amplius masculina prole de Ducibus, deuolute sunt ad suam Mtem et Regnum suum duplicabant et ipsi, Nos equidem recognoscimus superiorem dominum nrm esse Regem Sermu, Nondu tamen cognitum esse nec constare, circa quem sit maior iusticia, an circa Regiam Mtem vel circa prolem foeminea ex domo Ducali relictam, et Iure naturali ac diuino in bona hereditaria succedentem, opusq; desuper esse alia longiore disputacione, Iudicio et cognicione, et speramus q nihil ea in re sua Mtas aget, tam cum Illma dna Duce virgine q nobiscum per vim ac precipitanter Sed omnia iuste ac misericorditer &c

Ad quod nos triplicauimus sic esse, q Sacra Mtas Regia dnus nr clementismus non consueuit alicui quicq; auferre per vim, Sed sicut dignatur Ill dominam Ducem et vos omnes in suis iuribus iusticia et libertatibus graciose conseruare, ita eciam non licet sue Mti, suam et Regni sui iusticia deserere, immo vult prosequi ac exequi, Sicq; alia nobis vltro citroq; conferentibus, Consilio inter nos vtrosq; capto spe demulcendoru animoru popularm, cum Consiliarii absq; illis nihil sibi tuto agendu dicerent, processimus cum eis in palacium, ad sollicitandos eorum animos

Vbi venientes magnam Nunciorum multitudinem fremementibus animis, micioribusq; tamen et honestioribusq; in Sroda, vt fit inter vulgus, deprehendimus, cuiq;

consedißemus, nec dum respirauimus, vnus dictus Sluzen:
skij nomine eorum prorumpens ita de repente fatus est
Mi domini Nuncii Regii, nomine tocius Nobilitatis
huius Ducatus oro dominaciones vras dicant hic do:
minis Consiliariis et nobis omnibus eam Regie Mtis
Legacionem de qua meministis coram Illma dna Duce
et propria herede nra, quam nos ad vite et Sangui:
nis effusionem non derelinquimus, quaqz legacionem
peracta Sepultura polliciti estis.

Quibus communicato secreto consilio visis eorum accensis
animis, et ne illis maior turbande rei causa daretur
consulto ab enarracione alterius partis legacionis to:
talis prout per Sacram Mtem vram iniunctum erat
nobis abstinuimus, Nihilominus tale illis responsum
dedimus, presertim ego Epus dixi ad eos ceu ad fres
meos, Quia ex quo non satis factum est, mi dni fra:
tres charmi, priori mandato et voluntati Sacre re:
gie Mtis domini nri graciosißimi in Sepultura Du:
cali nec forsan misto posteriori satisfactum foret, vti
clare cernimus ex gestibus et sermonibus vris, Ideo
quis sua Mtas indubiam habeat iusticiam ad hunc Du:
catum, velletqz vos omnes huius Ducatus Incolas be:
nigne gracia sua prosequi et in iuribus ac libertatibus
conseruare, modo id libere faceretis quod debetis, et
quod iubet sua Mtas, vti verus ac legittimus iam do:
minus et heres huius Ducatus, Sed ex quo non vultis
Sepulturam facere, nos quoqz aliam Legacionem iuxta
instructionem nobis datam non declarabimus, Sed si:
gnificabimus Sacre Mti Regie has voluntates ve:
stras sue Sertatis mandato contrarias, et quid deni:
ceps hic agere debeamus instructionem expectabimus
a sua Sertate et vos certiores reddemus.

Sic itaq; compluribus hinc inde altercationibus viciss im in charitate et veritate habitis discessimus. Alteram q̄ diem Sanctorum Philipi et Jacobi Apostolorum in colloc: cionibus priuatis contriuimus, ex nonnullis q̄ percepimus quod presentibus insinuare operepreciu duximus

Quòd mallent omnes vitas perdere q̄ Sepulturam Du: calem ante perficere q̄ non viderent Supplicium suum de veneficis in Regno agentibus, quorum maleficio Dux eorum periit, allegantes quòd sepius in regno so: lent dimitti malefactores, etiam in notorio facinore de; prehensi q̄ q̄ libenter parcitur malis propter acceptione personarum.

Item ferunt alijm clam. licet non ommino autentici, q̄ ad primum nos hinc exiuerimus cogunt suam dominā Ducē vt hinc exeant, ob munendam presidiis Varschouiam quam velint tueri ab omni impetu nec quēq̄ in eam mittere. Sed omnes et Singuli armis instructi in campū exire. ob quod et fora hic non celebrantur celebrariq̄ sunt publica proclamatione prohibita

Propter quod indixerunt Conuentum in Zakrocim vni: uersis et Singulis Nobilibus hinc per duas Septimanas tenendum, et propterea consulimus, dignetur Sacra tua vrā nos certiores reddere, quid agere amplius agere de: beamus Etenim vterq; nr̄m suos hic seorsum et secreto alloquitur, in partem Sacre tue vre amicos

Nam heri ante meridiem in presencia Illme domine Du: cis expediti sumus his verbis Rnde domine Epe et vos domine Castellane, Illma dna Dux nra maxi: mas grabias agit et habet Serme Mti Regie quod

dignata sit sua Sertas eam per vras dominaciones Con:
siliarios suos gratiose reuisere ac consolari ceu clementissimus
dominus Rex patronus et pater filiam suam, pro qua qui:
dem gra sua Illtas non solum sicut filia Sed vti ancilla
humilis minima et orphana quibus modis potest mere:
bitur sue Mti et studebit semper mereri presertim
oracionibus suis lachrimosis ad Deum omnipotente
in quo primum et tandem in sua Sacra Mte Regia
vti in patrono et pre pientissimo spem omnem colloca:
uit.

Et pro tanto supplicat sue Mti per vras dominaciones
dignetur sua Mtas benigno ferre animo et absque omni
indignacione quod non perfecerit hanc germani sui Se:
pulturam ad quam ornandam sua Sertas dignata est
Dnes vras mittere, propter causas legittimas satis abun:
de iam Dominacionibus vris declaratas quarum est po:
tissima sue Illutis vti cernunt egritudo. Dignetur que
sua Mtas tanque pientissimus pater non deturbare suam
Illtem veluti filiam suam ab hereditate naturali et pa:
trimonio suo, Sed eam gratiose in iusta successione here:
ditatis sue conseruare vti alie virgines in Ducatibus
Masouie, in simili casu conseruabantur, pro quo eciam D.
vre velint intercedere ad Sacram Mtem Regiam
Qm boni patris atque tutoris est et tueri, et in oibus
bonis ac secundis fortunis conseruare filiam suam qui:
bus in rebus mittit sua D. suos Nuncios, Quam sue
Mti intime commendent et ipse bene valeant.
Sicque accepto responso et valedictione perfecta discessimus
Vidimus autem illic quattuor Phisicos, inter quos eciam
vnum a Rmo dno Archiepo Doctorem Jacobum,
plura essent scriben sed veremur ne ambigua fide sint
suspecta

Et quamuis iam expediti sumus et dimissi, nichilominus
tamen adhuc manemus hic et manebimus etiam propri:
is impensis quoad poterimus et permissi fuerimus, eque
enim est nobis hic manere in obeundis fideliter ac dili:
genter negociis Sacre Mtis vre ceu alibi vel Gedani
omnes hic amant Sacram Mtem vram, ceu et ipsa Illtris
Dux Sed nollet dimittere Ducatum Sertii vre asserens
eum fuisse paternum et ad se iure hereditario pertine:
re, tota vero milicia preseferens, dicit q nullum ius:
tum feudum Rex et regnum habeat, pro eo quod is
Ducatus semper fuerit hereditarius et libere disposi:
cionis ac iurisdicionis, nec vnq reuersales lras de:
derunt Duces regno semper feudum, excepto quod per
vim hoc habere voluit Regnum Eciam dato quod
dedissent, vtiq Duces Nobilitatem liberam non posset
absq eorum speciali mandato et consensu infeudare
Et quod nunq iusto Judicio de hoc cognitum est Quia
hii qui aliquando iudicabant, nunq erant pares Curie
quia debuerunt esse pares genere et iure, quod nun:
quam fuit etc hec que hic quasi explorato accepig
fideliter notificamus Sacre Mti vre, pro cuius
foelici ac longeua salute atq pro exterminacione ne:
fandissime ac spurcissime secte lutherane altissimum
suppliciter exoramus Et nos in graciam commen:
damus. Rogamus eciam cito responsum Dat Var:
schouie feria Quinta in die Inuencionis Sancte
Crucis Anno domini M°. D. XXVI°

Quo modo Mazouia scissa fuit a corpore regni Poloniē: et qua rōne rursus ad corpus regni redit.

Satis constat Meschkonem Polonorum Principem, qui Christianam fidem vereq; pietatis cultum cum oī gente sua populariter est complexus amplum habuisse dominium: eundemq; Gneznen̄ Archiantistitē inde Cracouien̄ Wladislauien̄ Posnanien̄ Vratislauien̄, Plocen̄ Caminen̄ et Culmen̄ cum Lubucen̄ Ecclias fundasse ac dotasse: Manifesto argumento postq; Plocen̄ Cpatus per eum erectus fuerit q; Masouia nullum tunc alium Ducem quam Principem Poloniē habuerit. Post quem Boleslaus cognoto Chabri indulgencia Othonis tercii Romani Imperatoris in Polonia regnauit, qui maiore aliquanto ausu ad Kyouiam vsq; et ripam Boristenis fines Imperij sui propagauit

Mescho inde habenas Regni suscepit qui haudquaq; pari foelicitate aut virtute Rempublicam administrauit.

Casimirus cognomento Monachus Meschoni est surrogatus qui Regnum collapsum in integrum restituerat

Boleslaus quarto loco à morum feritate tirannus appellatus qui et Sanctum virū Stanislaū Antistitem impie trucidauit apud Polonos regnauit ob quod nefandum facinus à Romano Pontifice cum toto regno

si ei paruissent spiculo anatematis notatus: ab omnibus destitutus et contemptus, in voluntarium exilium Vngariam versus abiit vbi quo casu perierit incertum

Vladislaus inde Boleslai tiranni frater Regnum arripuit: solo Ducali nomine contentus: Ex quo Ro: Pont. eum inungere et Coronare Antistitibus Regni vetuerat ob cedem Sancti viri per frem suum patratam: Qui iam annis grauis, pessimo exemplo, inter legittimum et naturalem filios Regnum Polonorum exequo viuens partitus est: Sbigneo illegittimo et Bastardo Maiorem Poloniam Pomeraniam Cuijauiam et Masouiam atribuit, Boleslao legittimo matrimonio procreato terram Cracouien, Sandomirien, Siradien et Lublinen omni Slesie tractu habere permisit.

Vladislao nō multo postea vita functo, Boleslaus Monarcha ab omnibus est salutatus qui Sbigneum duplicis prodicionis reum primo cum Pomeranis inde cum Bohemis regno eiecit, per fratrem regno pulsus Sbigneus, in Bohemia aliquamdiu delituit: inde postliminio reuersus ab optimatibus Polonie iurgio ex industria cum eo suscitato est interemptus et tunc maior Polonia cum Masouia demum ad Monarcham frem redit fueratque Regnum redintegratum.

Boleslo demum morte ex humanis sublato maior aliquanto clades et Calamitas Regnum inuasit Quatuor eius filiis Vladislao Boleslao Meschone et Henrico Principatum ambigentibus, Vladislaus natu maximus, a fribus apud Posnaniam victus in Slesiam concessit f. Slesiam quam terram multiplicata sobole

Ducibus repleuit qui ob pulsum patrem Principibus Polonie infensi ad regnum Bohemie aperta defectione declinarunt

Tres alii fres residuum Regni inter se partiti, Boleslaus Cracovien Satrapiam, cum Masouia fuit sortitus, Mescho maiorem Poloniam: Henricus Sandomiriam: et eo tum primum tempore, feda regni Scissio secuta est que transiuit in successores. Processu temporis maioris Polonie ducibus, fatali necessitate de medio sublatis ad Vladislaum Lokietkonem Regem tota regni moles fuit deuoluta: preter Masouiam apud quos Ducum progenies ad nra vsqz tempora perduravit: quem cum iam defecerit, vt alii Ducatus, ita et iste Masouie, ad regnum merito retrahi debet, et equo cum aliis iure censeri: et hec est summa æquitas

Omnia hec in Dlugosio quam fideliter tam vere adnotata sunt, que si opus erit demonstrari poterunt

Masouienses Ducales, in Castro Varsseuien simul conuocati, iurarunt fidem, obedientia et subiectionem Regi Sigismundo primo. et regno polonie: vno ex consiliariis Juramentu eis pronunciante

Ego S. spondeo et iuro quia Sermo Principi et dno dno Sigismundo dei gra Regi Polonie Magno Duci Lithuanie Russie Prussieq; ꝛc. domino et heredi, dno meo graciosissimo eiusq; Mtis Successoribus Regibus Polonie. fidelis obsequens et subiectus ero ac omne bonu et commodum sue Mtis et Successorꝝ ipsius regu et regni Polonie procurabo ac promonebo et que sensero illis nocitura fore precustodia et precauebo ac pro posse meo auertam, omniaq; fideliter et obsequenter curabo et faciam que ad bonum et fidelem subditu pertinent. Ita me deus adiuuet et omnes sancti

Ja S. Slubuię i przisięgam iß naiasnieißemu Kxiążęciu a panu panu Zigmunthowi zbozei milosczi Croleui Polskiemu wielkiemu Kxiązenczu Lithewskiemu Ruskiemu, Pruskiemu panu y Dziedziczu, panu memu Milosczinemu, i ieo Crolewskiei Mczi potomkom Crolom Polskim, bendę wierzen poddan i posluschen a iego Crolewskiei mczi i vzitecz: ne i iego Crolewskiei Mczi potomkom Crolom Polskich będę iednal i obmislal, aczo bendę wiedzial bicz Schkodliwego ieo Crolewskiei Mczi i potomko iego Crolewskiei Mczi a Corunie Polskiei to ostrzegę

a wedlie moznosczi moiei ochronie i odwrocze i to wschitko bende iednal y czinil czo na dobrego a wiernego poddanego przislusche takomi panie boze pomoß i wschisczi Swianczi

SIgismundus .1. Rex Polonie promittit confirmare priuilegia Masouien: in proximo regni Conuentu.

Sigismundus. Rex Polonie

Significamus tenore presentium vniuersis Quia cum post obitum Illtrium olim dominorum Stanislai et Janussii Ducum Masouie, et defectum prolis eorum masculi Ducatus ipse Masouie, Jure feudi, ad nos regnumque nrm esset deuolutus, nosque ad capiendam eius possessionem in illum venissemus, supplicassentque nobis dignitarii Officiales et Nobiles, eiusdem Ducatus, vt eorum Priuilegia Jura et libertates, a prefatis Ducibus Masouie et ipsorum predecessoribus concessas, confirmare, illosque in eisdem iuribus, Priuilegiis et libertatibus conseruare dignaremur, Nos et propter temporis angustiam ac plurima alia negocia, que dilationem non patiebantur confirmare predictas libertates, Jura et Priuilegia in pns commode nequentes illorum confirmationē ad Conuentum generalem regni proxime futurum distulimus et harum serie lrarum differimus, promittentes in verbo nro Regio, quod in eodem Conuentu regni proximo, ipsis Dignitariis Officialibus et Nobilitati ac aliis ordinibus huius nri Ducatus Masouie, eorum Jura et Priuilegia iusta et honesta, legittimeque emanata, ac libertates eciam iuste et legittime concessas, a Principibus Masouie defunctis legittime imperantibus, in quorum vsu ac possessione

antiqua, continua et pacifica fuerunt confirmabimus
et in eisdem Priuilegiis Juribus ac libertatibus illos
conseruabimus. Harum testimonio litterarum Quibus
Sigillum nrum est impressum Datum Vayssouie 1526

Donatio bonorum Illt Anne virgini Duci Masouie orphane pupille, tam diu donec marito nupserit.

Sigismundus primus Rex Polonie

Manifestum facimus tenore presentium, vniuer-
sis. Quia cum placuit diuine dti, Illtres dominos
Stanislaum et Janussium Duces Masouie ex humanis
auferre, et post eam vltimam stirpem virilis sexus,
Ducatus ipse, iure feudi, et vigore veterum inscrip-
tionum, ad nos, et regnum nostrum recidisset, et vo-
lentes pro debito meo, et pro meritis obsequiisq huius
familie Ducalis, erga nos, et maiores nros, exhibitis,
Illtri Duci Anne virgini, Sorori ipsorum dominorum
Ducum superstiti, cuius tutela ad nos pertinet, gram et
beneficenciam nostram singularem exhibere, et statum
eius pro conditione sua decenti, donec innupta manebit
honeste prouidere, illi de consilio Consiliariorum Regni
mei, et Ducatus Masouie, bona infrascripta, in vsum
fructum tamdiu tenenda concessimus, et pntibus lris
nris concedimus, donec in Connubium fuerit collocata
videlicet Castrum Liff, cum vtroq oppido, et Villis

ad ea ab antiquo pertinentibus que libere sunt et non op:
pignorate seu quouis modo inscripte. ac cum censu nro
ex villis Nobilium. terre seu Districtus Liven proue:
nire solito. Item Oppida. Lathowicz. et Garwolin. cu
villis ad ea spectantibus, Item Oppidum Goszin cu
predio in Banthkow, et villis ad id spectantibus, necnō
Oppidum Piaseczno, cum Villis, Slonino. Lazi, et aliis
villis ad id pertinentibus, Item fortalicium Osieczko
cum prediis in Ossieczko et Dambi et villis ea con:
cernentibus cum omnibus et singulis eorundem Oppi:
dorum et bonorū suprascriptorum censibus fructibus
redditibus. prouentibus, Theloneis, et aliis pertinenciis
agris, Pratis. Campis. laboribus, Nemoribus. Siluis
Mellificiis. apiariis, et melle ex eis proueniente, fluuiis. la:
cubus, Piscaturis, Piscinis, piscationibus, molendinis, et
eorum emolimentis, Colonis, hortulanis, venationibus
aucupationibus, seruiciis, stacionibus, Daciis mellis et
auene, tributis consuetis, et aliis vtilitatibus, que nunc
sunt et in posterum, humana industria, quomodolibet li:
cite excogitari possunt, pront dicta Oppida, et bona
extendunt se in longum et latum in suis limitibus, Scopu:
lis, et signis, ac pront illa Illtres domini Duces Ma:
souie, predecessores nri tenuerunt et possederunt, ac cu
toto et pleno Jurepatronatus, omniū et singularū Eccle:
siarum Parrochialium et aliorum beneficiorū Ecclicorū
ad collationem Ducalem, prius in predictis, Oppidis,
Villis. et bonis ipsi domine Anne Duci per nos re:
seruatis, ac pro victu ac Statu eius decenti designa:
tis, spectancium siue per cessum seu per decessum vacan:
cium, et vacaturorum, Que omnia et singula bo:
na superius descripta, seu eorum vsufructū, ipsa dnā
Dux Anna, cum omnibus et singulis eorū redditibus
prouentibus, et vtilitatibus, quibuscūq; nominibus nri:

cupentur, nullis prorsus pro nobis exceptis seu reserua:
tis, tenebit, habebit, possidebit, tamdiu, donec vt pre:
missum est innupta permanebit, absq; omni nro, officia:
liumq; nrorum, et aliarum quarumlibet personarum impe:
dimento, promittentes in verbo nro Regio, q ab ipsa
dna Duce Anna, q diu in hoc statu virginali mane:
bit, bona predicta, aut aliquod illorum, ex nulla cau:
sa, ratione et necessitate, nra, et reipublice, quantucumq;
ardua et vrgenti, ammouebimus. sed eius Illtem, in eisd
bonis, ad tempus, quo in Connubium tradetur, conserua:
bimus, successoresq; nri non ammouebunt, sed etiam il:
lam, in eisdem bonis ad prefatum tempus sui Connubij
conseruabunt, manutenebunt, et tuebuntur a quibuscumq;
personis cuiuscumq; Status, gradus, ordinis, et preeminen:
tie existen. Volumus autem, vt quiuis Capitaneus
Castri Liuen pro tempore existens, Juramentum fidelita:
tis nobis et Successoribus nris prestare teneatur, de
obseruando et custodiendo fideliter eodem Castro Et q cu
Illtris domina Dux Anna nuptii tradetur, aut si for:
te concederet ab humanis, quod dominus Deus procul
auertat ipse Castrum Liff predictum, pro nobis et Succe:
ssoribus nris diligenter seruabit, et illud nobis dun:
taxat, et ipsis Successoribus nris ad nostrum, et eorun:
dem Successorum nrorum mandatum resignabit et li:
bere dimittet, Idem Capitaneus Liwen nomine et au:
ctoritate nra, iurisdictionem exercebit solitam, quam
simul et alia iura superioritatis nre in omnibus et si:
gulis bonis suprascriptis nobis, et successoribus nris
reseruamus, Concedimus preterea ipsi domine Anne
Virgini, et Duci vsum liberum domus, seu Curie Du:
calis minoris in qua nunc manet, in Ciuitate nra
Varschenien vt in illa pro arbitrio suo manere, eaq;
vtifrui possit, absq; quouis nro, et Successorum, ac offici:
alium nrorum, impedimento ad tempus predictum, In:
super Concedimus illi, liberam demissionem, per fluuium

Vistulam frumentorum et aliarum rerum que colligentur
et prouenient seu excrescent in Predijs, et bonis supra:
dictis, quorum vsufructum illi concessimus, et que erunt
eius proprie, et non aliene, absq; vlla solutione Thelone:
orum nostrorum Regalium, et omni impedimento, et liberam
excisionem lignorum, et roborum in Nemoribus nostris Stro:
miecz ad necessitatem duntaxat Predii in Bantkow
Eximimusq; eandem dominam Ducem Annam ab omni
seruitio, et expeditione bellica generali, et particulari
contra quoscumq; hostes nostros, et Regni nostri, per nos in:
dicta et indicenda ita q; quamdiu bona predicta te:
nebit, nullam omnino, de illis expeditionem bellicam
etiam, per alias personas facere debeat, aut teneatur
Harum testimonio litterarum Quibus Sigillum nos:
trum est appensum Actum et Datum Varscho:
wie feria secunda intra octauam Natiuitatis Sancte
Marie Virginis Anno Jesuchristi Millesimo
Quingentesimo Vigesimo Sexto Regni nostri
Anno Vigesimo etc.

Rdo Petri Tomicy Epi
Vicecancellarij

Locumtenens regius in Masouia creatus.

Significamus tenore presentium vniuersis Quia nos, volentes Ducatum Masouie, ad nos post obitum Illtriu dominoru, Stanislai et Janußii Ducum ipsius, legittimo Jure feudi deuolutum, in bono quietoq; et tranqllo Statu constituere, priusq; de ipso eius Statu, ordinatione debitam in Conuentu generali proximo, cum Consiliariis ipsius Regni nri faciamus, ac prouidere cupientes ne aliquē insolentie, aut enormes excessus interim in absentia nra, in eodem Ducatu Masouie emergerent quē plerūq; per impunitatem euenire solent, illis presertim qui absq; aliorum, maxime vero Prefectoru et officialiu presidio, se ab iniuriis tueri commode nequeunt, constituimus locumtenentem seu vicegerētē nrm in predicto Ducatu nro Masouie Magcu Felicem de Brzesczie Palatinum Masouie dedimusq; illi et concessimus ac damus et concedimus harum serie litteraru plenam et omnimoda auctoritatem, omnes et singulos homines maleficos, homicidas, domoru inuasores, pacis violatores et alios quocumq; exceßu notatos, citandi ad se, illosq; cum Consiliariis huius Ducatus Masouie iudicandi, et puniendi absq; omni reuocatione ad Districtu, Ita q tales citati per ipsum Palatinum, comparere coram illo debeant et teneantur, in secundo termino tanq; peremptorio, nullis dilationibus, diffugiis, Juribus ac prerogatiuis, quomodolibet concessis se tuendo per que comūnis iusticia, quo ad ipsa maleficia et alios excessus predictos puniendos

impedirei possint aut quoquo modo differri, quibus ad pre-
sens derogamus et derogatum esse volumus eidem, hac
autem ordinationem meam et facultates supradictas du-
rare volumus ad conuentu generalem Regni nostri
proxime celebrandum. Hazum testimonio litterarum qui-
bus sigillum meum est impressum Datum in Ciuitate
Varschouia feria quinta in vigilia Sancti Mathei
Apostoli et Euangeliste Anno dom. M° D° XXVI°

Confirmatio priuilegiorum Ciuitatis Varsseuiensis. per regem.

IN Nomine domini Amen ad perpetuam rei memoriam Regum et Principum virtus in tempora perpetua illustratur, cum fidelium subditorum incrementis consulunt prospiciuntque, Cumque eosdem iusticia dirigunt et in iuribus ipsorum eos tuentur et conseruant, vt autem talium regum et Principum laus et virtus ad posteres transferatur solent litteris suis ea que subditis suis bene et laudabiliter pro eorum incrementis concesserint memorie posterorum commendare Et proinde nos Sigismundus dei gratia Rex Polonie Magnus Dux lithuanie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Russie tociusque Prussie Pomeranie et Masouie etc dominus et heres, Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis presentibus et futuris harum noticiam habituris. Quia cum per clemenciam et ordinacionem diuinam Ducatus Masouie post mortem Illustrium olim Principum Stanislai et Janussii eiusdem Ducatus Masouie Ducum ad nos regnumque nostrum iure et legittime recidisset, mente et affectu integritatis nostre concepimus vt omnes et singulos subditos nostros in ipso Ducatu Masouie degentes Status et condicionis cuiuslibet gratia et fauore condigno complecteremur ac complexos

seruaremus iusticiaq; nrã debita illos pro virili nrã di:
rigeremus, necnon immunitatibus Juribusq; omnibus
ipsorũ et Priuilegiis munimentis donacionibus inscri:
pcionibus et aliis id genus legittime emanatis concessis
et obseruatis, quibus ex munificencia et donacione prede:
cessorũ nrorum Ducũ Masouie vsi et potiti sunt ac
vtuntur et pociuntur conseruaremus atq; manutenereq;
Cum autem Ciuitas nrã Varschenien' in ipso Ducatu
Masouie primaria et precipua existat et predecessoribus
nris omni studio fidei et obseruancie subisse et obseqni sẽ:
per solita sit volentes propterea eandem Ciuitatem cũ
omnibus et singulis incolis suis grã nrã Regia prosequi
supplicationem per eosdem Ciues nobis factam pro innouã:
dis et confirmandis eorũ Juribus libertatibus donacio:
nibus immunitatibus et prorogatiuis per Illtrem olim
Principem dominũ Joannem Masouie Ducem ipsis cõcessis
et in litteris ipsius descriptis quas predicti Ciues coram
nobis originaliter exhibuerunt eiusdem Ducis Sigillo
maiore appendenti communitas ad exaudicionis gram'
admisimus prefatasq; litteras innouari ac pntibus de
verbo ad verbum inseri mandauimus, sub hoc qui se:
quitur verborũ tenore, In nomine Sancte et indi:
uidue Trinitatis amen Industria memorialis hom' nõ
est tante virtutis quod ea que aguntur in tempore possit
perpetue memorie commendare Quapropter Principũ
auctoritas ex sua Ducali pietate serie litterarũ autẽ:
ticarũ consueuit ei cum effectu subuenire. Nos igitur
Joannes dei grã Senior Dux Masouie et Russie terrarũ
dominus et heres Czernen' ad noticiã vniuersorũ pre:
sencium et futurorũ quibus expediens fuerit deducig
et deduci volumus pncium per tenorem Quod ex pre:
cordiis nris semper cupien' bona Ducatus nri indesi:
nenter ampliare et presertim Ciuitatem nram Varscho:

uien' iuribus et libertatibus inferius descriptis et notatis
illustrare, vt ceteri pulcherrima spe refecti ad ipsam Ciui:
tatem nr̄am Varschouien' eo maiore cum diligencia stu:
deant conuolare et incolato suscepto poterint cū ipsorū suc:
cessoribus eo vberius permanere, peticionibus vniuersitatis
predicte Ciuitatis Varschouien' racionabilibus acclinati
nutu dei omnipotentis ipsi vniuersitati Ciuium Ciuitatis
predicte Varschouien' et ipsorum successoribus in eadem
Ciuitate et ipsius pertinenciis locatis et locandis iura in:
frascripta per nos et nr̄os successores perpetuis temporibus
inuiolabiliter obseruanda ex nunc prout extunc et extūc
prout ex nunc duximus concedenda, atq; p̄ntibus dedig
damus concedimus asscribimus appropriamus et incorpo:
ramus que sequuntur primo quod predicti Ciues Var:
schouien' et eorū successores in omnibus et singulis
causis tam magnis q̄ paruis vcz̄t furti homicidii in:
cendii membrorū mutilacionis violencie Stupri false
metrete ponderis et mensure, ceterisq; viciis quibuscūq;
nominibus nuncupentur secundum exigenciā excessus
ac delicti maleficiorū et maleficiorū ingraniciebus
gadibus et metis memorate Ciuitatis Varschouiensis
et ipsius pertinenciarū perpetratorū et perpetrandorū
siue perpetrancium inter homines inhabitatores ipsius Ci:
uitatis necnon inter sexus vtriusq; ad ipsam Ciuita:
tem pertinentibus iudicandi sentenciandi diffiniendi,
puniendi et condemnandi habebunt et ex nunc habeāt
plenā et totalem facultatem prout ius ipsorū Teuto:
nicū originale Culmen' in omnibus et singulis suis
punctis condicionibus et articulis postulat et requirit
ea nichilominus condicion' adiecta penitus et inclusa
quod si aliquem ex Nobilibus vel comūnibus militi:
bus quod absit quibuscūq; nr̄i dominij aliquod scelus
vel delictū ex descriptis et aliis quibuscūq; quocūq; vo:
cabulo recitari videantur in Ciuitate iam dicta vel in:

suis metis contigerit facere et patrare ad Iudicium Ciuile prē:
dictum minime attrahatis quos nos per nos vel Barones
nostros pro tribunali nrō residen' iudicandos et senten:
ciandos iuxta eorundem demerita reseruamus et iudica:
re volumus deo propicio suffragante, Si vero in aliquo
maleficio peracto, siue peragendo aliquis extraneus puta.
militaris rusticus Episcopalis vel Monachalis homini:
bus dicte Ciuitatis Varssenien' valuerit detineri ipō
iudicio Ciuili iudicetur, si autem peracto maleficio idē
extraneus vt predicitur detencioni predictorum Ciuium
effugerit et Iuri Ciuili antedicto parere contempserit
extunc causa de ipso more solito iudicialiter diffinita
tamdiu malefactor ingressu Ciuitatis prēdicte et sua:
rum granicierum carebit libero, quousq; sufficiens sa:
tisfacto per ipm' malefactorem eidem Ciuitati et suis
rectoribus fuerit exhibita et impensa, alioquin si ipse
malefactor contumax et rebellis in ipsa Ciuitate et
graniciebus suis per predictos Ciues et ipsorum successores
quociensq; et quandocūq; temporibus vite sue pote:
rit detineri iuxta excessum ipsius et delictum quemad:
modum ipsum ius Ciuile decreuerit faciendum punietur.
preterea homicidio quodabsit inter dictos Ciues occur:
rente, sine aliquo impedimento Procuratorum et Offici:
alium nrōrum reus tam in corpore q; in rebus et bo:
nis suis more consueto Ciuili iudicetur et puniatur
Item damus predictis Ciuibus Varssenien' et eorum
Successoribus à Macellis Carnificum, bancis, cellariis,
Sutoribus, Pannicidis, institoribus, Mercatoribus et
aliis quibuscūq; mechanicis et ipsius Ciuitatis et suarum
pertinenciarum hominibus quibuscūq; nominibus vo:
citari mercantur tanq; nominatim expressis tam int'
muros q; extra muros ad pns existentibus et Christo

Duce per humanam industriam accrescendis quomodolibet
in futuro omnes et singulos census exactiones. Contribu:
ciones fructus redditus et prouentus recipere tollere
et leuare ac pro ipsius vtilitate iuxta eorum discretionem
conuertere Item de hortis in suburbio et de aliis in
silua vulgar Lang dicta vlt Turrim nram inter de:
clinitatem montis et rippam fluminis dicti Visla com:
prehensis in gadibus et metis dicte Ciuitatis iacentibus
reformatis et reformandis et ad vtilitatem in pratis
Piscinis humaletis et ceteris vsibus quibuscumque per ipos
nros fideles et ipsorum posteros quouismodo deducendis
predicti nri fideles et eorum posteri ex eisdem census fru:
ctus, redditus et prouentus tollent recipient et pro
vtilitate Ciuitatis conuertent, cui Ciuitati insuper ad:
iungimus Villam Solech vulgariter dictam que vil:
la gaudebit eodem iure in omnibus suis articulis quo
ipsa Ciuitas fruitur atque gaudet, Denique excipimus
Nouam Ciuitatem cum vniuersis suis pertinenciis pre:
dicte Ciuitati antiqui adiacen et homines vltra Turri
nostram predictam in Areis et locis situatas inter li:
mites factos et designatos ac eciam censibus nris de ma:
sis circumquaque predicte Ciuitati adiacentibus de quibus
predicti Ciues et eorum posteri se intromittere non pre:
sumant Sed pocius nobis et Successoribus nris secundum
consuetudinem antiquam subiaceant et soluciones ac de:
bita consueta reddant / demum prefatis nris fidelibus
per omnia loca Theloneorum nrorum in dominio nro an:
tiquitus obseruata cum omnibus rebus et Merciis pro:
priis sine aliqua exactione Theloneorum indulgemus
transitum liberum et securum ita quod cum extra metas
Ducatus nri cum eorum rebus et mercibus quibuscumque
versus partes extraneas proficisci voluerit et disposue:
rint tunc Thelonea iuxta consuetudinem ante vigente

in Ducatu nrō dare et soluere tenebuntur, Item omnes et sin-
gulos inhabitatores Ciuitatis nrē predicte Varschouien'
muro duntaxat inclusos ab omnibus laboribus molendi-
norum nrorum absoluimus penitus et liberamus, Item da-
mus prēdictis nris fidelibus et eorum posteris plenam li-
beram et omnimodam facultatem equos equas pecora pecu-
des et queuis alia animalia domestica pascendi nutriēdi
in agris et campis allodii nri Varscheuien' premissa
tamen faciant sine damno et preiudicio nrarum frugum et
segetum cuiuscūq generis existant Item conferimus
prēdictis nris fidelibus et eorum successoribus in riui-
lis circa Ciuitatem scaturientibus et scaturire et deflue-
re volentibus molendinum in loco ipsis apto exigere et edi-
ficare et erectum et edificatum iuxta eorum discretionem po-
tiorem ad vtilitatem ipsorum proprium disponere in quo mo-
lendino homines iuxta eorum beneplacita sine quouis impe-
dimento nrō et nostrorum officialium molere valebunt
verumtamen quod fluuios siue riuulos ad mea molen-
dina defluen' non retineant neq impediant Insuper
census et obuenciones ac conductus vulgar' przeuod
dictas de fluuio Visla nominato per Piscatores nobis
impendi et dari antiquitus consuetas pro nra nrorumq
Successorum vtilitate reseruamus, de quibus ipsi Cines
intromittere se non audeant nec presumant immo ad pre-
dictum fluuium Visla manum suam non ponant sed
alias vtilitates quascūq in Districtu ipsius Ciuitatis
et suarum pertinenciarum si quas cum duce exigere dis-
ponere et edificare poterint vt prefertur he omnes pre-
dicte nrē Ciuitati et ipsius Ciuibus asscribantur ex-
cepto siquidem quod si diuina opitulante clemencia in
ipsa Ciuitate fodina auri argenti salis et cuiuscumq me-
talli in posterum excrescere et emergē poterit quod hec ad
Dominum nr'm et successorum nrorum licite pertineat impedi-

mento cuiuspiam hominis non obstante. Item penas tam mag:
nas quam paruas nostras Ducales et Aduocati predicte Ciui:
tatis qui ad presens est et pro tempore fuerit excipimus
et penitus reseruamus in quibus quociensque predicti Ci:
ues Successores et subditi eorum mediante iustitia con:
demnati fuerint toties nobis et Successoribus nostris ac
ipsi Aduocato et ipsius posteris ad solucionem ipsarum
penarum secundum consuetudinem diuicius obseruatam
compellantur, Item damus predicte Ciuitati et eius
inhabitatoribus pro edificacione et reformacione ipsius
cementum et argillam vbicumque in dominio nostro proprio
directo et non extra inuenire poterint libere recipere
leuare et ad locum ducere ipsis opportunum, istud tamen
fiat sine impedimento et damno nostro et successorum nostrorum.
preterea absoluimus et liberamus predictos nostros fideles
ab omnibus expedicionibus ad quas proficisci minime
tenebuntur verumtamen isto expresso et adiecto si quod
absit inimici nostri vel successorum nostrorum terram nostram
hostiliter inuaserint et deuastare voluerint tunc predicti
nostri fideles et eorum successores vna cum aliis nostris fide:
libus ipsam terram iuxta eorum posse tueri et defendere
in graniciebus nostris tenebuntur etc hac condicione adie:
cta penitus et expressa, Quod ad qualibet expedicionem
nostram duos currus expensis iuxta consuetudinem antiquam re:
pletos nobis et nostris posteris quociens ipsa expedicio
fuerit et occurrerit dare et exhibere sine quauis
contradictione tenebuntur ita tamen quod quelibet
currum de predictis quattuor equi valentem trahere debent.
Etiam quociensque de equis nos aut Successores nostri indi:
guerimus aut indiguerint tociens ipsi Ciues et eorum se:
quaces ipsos equos ordinare debent, nos vero et ipsi nostri

posteri salarium dictum furlon cum expensis propriis pec:
cuniis soluere obligamur illi vel illis quorum predicti eq
erunt/ Et quia eciam predictam Ciuitatem tantis liber:
tatibus illustrauimus Quare volumus quatinus Ciues
ipsius Ciuitatis nulla libertate à nobis vel nris succes:
soribus alia exacta, pro posse ipsorum, ipsam Ciuitatem
reformare et ad meliorem Statum reducere teneantur
et Notanter incipien à nra Turri circumeundo nostram
Ciuitatem ad accidente et ad partem Septemtrionale
perueniendo vsqz ad locum vbi quidam riuulus ad Vis:
lam defluit ex opposito Ecclesie Sancti Johannis Baptiste
Collegiate, Item in recompensam huius gre quam ipsis et
eorum successorum fecimus vt prefertur, volumus quod
predicti Ciues et eorum successores annis singulis perpe:
tuis temporibus, ad quodlibet festum beati Martini
Confessoris et Epi, nobis et successoribus nris Sexagita
sexagenas grossorum Pragen soluere teneantur, eo preser:
tim expresso si nos vel quempiam ex Successoribus Captiui:
tatem incurrere contigerit, tunc volumus quod predicti Ci:
ues et ipsorum posteri tantum et talem nobis persoluant
exactionem quantam et qualem tunc super eos duxerimus
imponendam, preterea volumus quod si nos vel quempiam
expueris nris sexus vtriusqz diuina disponente clemencia
Nupcias celebrare contingerit, tunc predicti Ciues et
eorum posteri ad quamlibet solemnitatem nupciarum Quadra:
ginta sexagenas grossorum Pragen dent et soluant, Inter
cetera cum honorabili viro Alberto dicto Kxiazek Ca:
nonico Varsseuien à multis retroactis temporibus de
Villa Solecz nomine Canonicatus sui et prebende quorum
Juspatronatus siue pntacionis ad nos et nros successores
dinoscuntur pertinere nomine annualis pensionis per sex
sexagenas grossorum Pragensium predicti Ciues persolue:
bant, vnde volumus quatinus pluries reperiti nri.

fideles et eorum successores singulis annis perpetuis tempo-
ribus in quolibet festo Sancti Martini Confessoris et Epi ad
solucionem predictarum sex sexagenarum gr Pragen eid
Alberto et ipsius successoribus qui pro tempore fuerint
de Pretorio dandarum procul omi dilacione astringatur,
harum quibus nostrum maius Sigillum est appensum tes-
timonio litterarum, Dat et Dat in Czirsko die domi-
nico infra octauas ascensionis domini sub anno Natiuitatis
eiusdem Millesimo Quadringentesimo tredecimo, presti-
uiris Strennuis Petro Pilik Palatino, Slawicz Cas-
tellano, Dobeslao Judice, Wscheborio Succamerario,
Vitto Thesaurario Czernen, Stiborio Succamerario
Zakrozimen et Marschalco Curie mee, et aliis fi
plurimis fidedignis testibus ad premissa Datis per ma-
nus Pauli. b. de Borzewo Decani Varschouien,
et Cancellarii mei necnon Canonici Plocen qui pnia
habuit in commissis. Quas quidem literas preinsertas
sicut premissum est innouatas omniaq et singula in eis
generaliter vel specialiter expressa vel contenta in
quorum usu et possessione prenominati Ciues mei Var-
sscuien fuerunt, Nos Sigismundus Rex Polonie pre-
dictus in omnibus punctis clausulis condicionibus et
articulis, totoq illarum tenore autoritate mea regia
de consilio et assensu Consiliariorum meorum in pti gene-
rali Conuentu congregatorum, approbauimus ratifica-
uimus, et confirmamus approbamus q ratificamus et
Confirmamus ac robur perpetue firmitatis easdem liras
et omniaq et singula in eis contenta habere decernimus
tenore pnarum mediante in cuius rei testimonium Sigillum
meum est appensum Dat in Conuentu generali Cracu-
uien feria tercia proxima post dominicam Letare Anno
domini Millesimo, Quingentesimo Vigesimo Septimo Re-
gni mei Anno vigesimo primo, pntibus Rmo ac Rdo
in Chro patribus dominis, Joanne Archiepo Gnesnensi

Legato nato et Primate. Petro Tomiczky Cracouien et Regni
nri Vicecancellario. Mathia Vladislauien. Joanne Posnanien
Andrea Przemislien et electo Plocen Laurencio Camene:
cen Epis ac Mgcis Venerabilibus et Generosis Andrea
de Thanczin Palato Cracouien, et Chelmen Belzen Rathnen et
Crasnostauien Capitaneo, Ottha de Chodecz Palato Sandomirien
ac Halicien et Calomien Capitaneo Joanne Comite de Tar:
now Palato Russie generali et Capitaneo Sandomirien, Jaroslao
de Lasko Palo Siradien. Andr de Nisczicze Palo Plocen et Andr
de Kuthno Rawen Palatinis, Nicolao de Schidlowiecz
Sandomirien et regni nri Thesaurarius, Petro Kmitha de
Visnicze Voinicen Marschalco Curie nre ac Sczepusien Ca:
len Przemislien Capto, Joanne de Tarnow Sandecen. Stanis
de Sprowa Biecen et Capto Opocznen, Castellanis, Stanislao
de Chodecz Marschalco Regni nri et Leopolien Capto, Seuerio
Boner Burgrabio Zuppario et magno Procuratore Crac et Capto
Biecen Joanne Carnkowski electo Przemislien ac Crac et
Skarbimirien PPto, Joanne Choienski Archidiaco Cracouien
Stanislao Tarlo Canonico Crac Secretariis nris, Siluestro
Ozarowski Succamerario nro, Joanne Tharlo Incisore
Regni nri ceterisq Dignitarijs Officialibus et Aulicis
nris testibus Circa premissa fidedignis Sincere et fidelibus
dilectis Dat per manus Rndi in Chro Pris doi
Petri Tomiczki Epi Cracouien et Regni nri Vice:
cancellarii Sincere nobis dilecti

Approbatio immunitatum et priuilegiorum Ciuitatis Lomsensis

IN nomine domini Amen ad perpetuam rei memoriam Regum et Principum virtus, perpetuis temporibus commendatur, cum fidelium suorum subditorum incrementis prospiciunt et consulunt, illosq; iusticia dirigunt, in Juribus et libertatibus eorum conseruant et tuentur, Vt autē talium Regum et Principum laus et virtus ad posteros transferatur, Consueuerunt ea quē subditis suis pro illorum incremento bene et laudabiliter concesserint, lr̄is suis memoriē posterorū commendare, ne ea quē in tempore geruntur, simul cum tempore euanescant, Et proinde nos Sigismundus dei grā Rex Poloniē Necnon terrarū Cracf, tocius Prussiē ac Masouiē, dominus et hēres, Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis, p̄ntibus et futuris harum noticiā habituris, Quia cum deo optimo maximo, cuius nutu omnia dirigūtur sic placitū est, et eius ordinacione diuina Ducatus Masouiē post mortem Illtrium Principum dominorū Stanislai et Januschii Ducum Masouiē, nouissime nulla prole Masculina superstite, vita defunctorū ad nos Regnūq; nostrum, iure et legittime recidisset mente et affectu integritatis nr̄ē concepimus, ac de innata clemencia et benignitate nr̄ā Regia, desideramus omnes et singulos subditos nr̄os, in ipso Ducatu Masouiē degentes

Status et condicionis cuiuslibet, grā et fauore, digno cō-
plecti, Justiciaq debita dirigere, Necnon immunitatibq
libertatibus, iuribus, Priuilegiis, munimentis donacio-
nibus inscriptionibus concessionibusq et aliis id gems
iuste et legittime concessis, et obseruatis, quibus ex mu-
nificencia et donacione predecessorum meorum Illustrium
dominorum Ducum Masouie vsi et politi sunt, ac vtun-
tur et possiunt conseruare et manutenere Cum autem
Ciuitas mea Lomzen in ipso Ducatu Masouie, inter alios
illius Ducatus Ciuitates, non postrema existat et pre-
decessoribus meis predictis dominis Ducibus Masouie
omni studio fidei et obseruancie subesse et obsequi semper
solita fuit propter quod singularibus Priuilegiis liber-
tatibus et immunitatibus que coram nobis exhibita sunt
per illos dotata existit, Cupien eam nos eandq Ci-
uitatem meam Lomzen cum omnibus et singulis in-
colis grā meā regiā prosequi, quo et concessis liber-
tatibus et Priuilegiis vtatur libere et tempore fe-
licis mei regiminis incrementa recipiat vberiora
Supplicacionibus eorundem Ciuium meorum Lomzen
nobis factis benigne annuen, omnes et singulas mum-
tates Jura Priuilegia, literas munimenta decreta scri-
ptiones libertates prerogatiuas donaciones concessio-
nesq quascunq in ipsis litteris Priuilegiis et mu-
nimentis coram nobis originaliter exhibitis expres-
sas eidem Ciuitati meę Lomzen per Illtres dois
Duces Masouie antecessores meos, iuste legittime co-
cessas et obseruatas quibus vsi et politi sunt, vtuntur
q et possiuntur, quas volumus hic habere pro ex-
pressis in omnibus et singulis illarum punctis clau-
sulis condicionibus articulis, totoq illarum tenore
auctoritate meā regiā, ac de consilio et assensu vnu-

mm Consiliariorum meorum in pñti Conuentu gene:
rali congregatorum innouauimus approbauimus ra:
tificauimus, et confirmauimus, innouamusq; appro:
bamus ratificamus et confirmamus ac robur perpetue fir:
mitatis eadem lras Priuilegia et munimenta omniaq; in
illis contenta habere decernimus, harum serie litterarum
promittẽ in verbo nro Regio pro nobis et nostris successori:
bus, Regibus Polonie eosdem Cives meos Lomzen, in ysd
Juribus Priuilegiis et libertatibus in predictis lris et mu:
nimentis expressis conservare, et manutenere, harum testio
rum quibus in fidem Sigillum nrum est appensum Act
et Dat Piotrkouie in Conuentu generali feria secunda
proxima post festum Purificacionis gloriosiss me virginis
Marie domine mee Anno domini M°. D. XXVII.
Regni vero nostri anno vicesimo secundo, presentibus
Rmis et Rndis in Chro Patribus etc Dat per
manus Rndi in Chro Pris. domini Petri et

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie. datum Nunciis Stefani de Bator Palatini regni Vngarie: in negocio successionis Masovie: pro vxore eius: que fuit soror Ducum Masovie defunctorum.

Sacra Mtas Regia Rnde domine, iam alias vre D. et Nūcius Spectabilis et Mgā domin Palatin Vngarie declarari fecit hunc Ducatum Masovie devolutum esse iure feudi, ad ditem suam regiam

Et proinde quod ad bona immobilia attinet, nihil iuris habent neq habuerunt vnq ambe Illtres domine Zophia et Anna Duces Masovie, eaq Mtas sua dimittere vel aliter deillis disponere q Jus suum et Regni sui postulat. nec equum sibi putat nec satis integrum

Similiter bona seu summa pecunie dotalicia, quia domini Duces defuncti, nihil Sororibus suis tenebantur q prouisionem decentem anteq nuptui traderentur, dotem vero nubentibus pro sorte patrimonii et matrimonii, et Mtas sua in locum et Jus ipsorum Ducum fratrum earum successit, nihil debetur iuste a Mte sua Illtri domine Zophie, q residuum dotis pro bonis paternis et maternis quod quidem residuum citra controuersiam exoluetur quando iuxta contractum mitte tur huc bne lre altere donacionis propter nupcias per dominum Palatinum facte, altere vero recognicionis domine Ducis Zophie, quod sibi sit de bonis tam paternis q matris

satisfactum et quod illis renunciet, vt littere contractus ipsius solenniter medio Oratorum Regiarum facti abunde declarant.

De rebus mobilibus, quia Mtas sua nichil iure respondere pt non vult etiam ad illas se intromittere. verum Illtris domina Dux Anna cui cesserunt respondebit de illis exactius Sorori sue domine Zophie et Mtas sua operam faciet, ne quam iniuriam hac in re ipsa domina Zophia sustineat

Quod vero ad prouisionem attinet Mtas sua, quod huic virgini innupte debuit, fecit non granatim Consignare illi dignata est bona quedam pro victu et Statu eius decenti tantisper, donec in matrimonium fuerit collocata, et tum demum dos illi duntaxat veniet, et bona ad Mtem regiam omnia redibunt. Quare similem prouisionem Illtri dne Zophie nupte et dotate Mtas sua facere, neqz iure tenetur, neqz Deo propicio opus putat, quamuis enim ingens sit casus iste qui nunc Regno Vngarie accidit, insolitus tamen non est cum regnis aliis, tum ipsi Sacre Corone Vngarie, qua tn hactenus dominus deus seruauit incolumem, et in posterum pro sua clementia seruabit

Rex cum exercitu per Turcos cesus.

Quantum autem dolorem conceperit Mtas sua, ex tam infoelici euentu Sermi Nepotis sui et ipsius regni Vngarie facilius est cuiqz existimare, qz quisqz exprimere possit, verum quia ista est rerum humanarum conditio, quas ille sursum ac deorsum rotat, cuius voluntati nemo resistere, neqz illum reprehendere potest, vra Do: primum Sermum Regem suum, si incolumis quod dominus deus faxit euasit, si minus illos dominos qui reliqui sunt, nomine Mtis sue regie, et hortetur vt hanc suam tempestatem et procellam equo et

infracto animo ferant, et quod comūnis omniū salus expos:
cit, pro sua fide et prudencia curent et prospiciant, Mtas
sua regia causa propediem omnibus hiis negociis intermis:
sis Cracouiam proficiscetur, vt regno illi propinquior
sit, cui quicquid a se prestare poterit, consilii et auxilij
nichil omnino pretermittet

Petrus Tomiczki ep̄s Crac: R. P. Vicecancell
Stephano de Bator Palat° regni Vngarie

SPectabilis et Magce dne amice et fautor honoran. propter
veterem et singularem meam in domum Illmorū dominorū
Masouie Ducum obseruantiam et fidem qua pro virili mea
et commodis, et dignitati eius inseruiebam, in causa Illme
domine Zophie Ducis et consortis M: vre, post morte
dominorū Ducum eius fratrum Egi apud. R. Mtem
dominū meū clementissimū, tantum, quantum, iusticia
ipsa et equitas permittebat, ita vt quicquid restabat,
quod Illmi olim Masouie Duces fratres per scripturam nō
abalienauerunt, ex eo cedet pars, eidem Illme consorti M:
vre quemadmodum hoc ex Oratoribus suis plenius intelli:
get M: vra, verissimile est, ex hac maxima rerū per:
turbacione que his temporibus in Regno Hungarie exorta
est vram M. non nichil comoueri, Sed nō minus verissi:
mile eandem pro summa eius prudencia et fortitudine animi
equiore animo id ferre, cum intelligat hec omnia illius nu:
tu et permissione fieri Cuius potestati nemo resistit, A sue:

uit equidem preclarissimum hoc Hungarie Regnum, iam:
dudum talibus casibus, durauit tamen hucusq; et fortassis
diuino numere, cuius incomprehensibilia sunt iudicia,
preter omnem hominum spem durabit, Nam et ipse Ser^mus
dominus nr Rex, pro facultate sua, quo aliquid diuina
ope accedente, ex tantis ruinis istic instaurare posset, ni:
titur, et consulit Oratores M: vre nichil pretermitte:
bant, quod ad negotium eis iniunctum attinebat. Quare
operam et diligentiam eorum atq; ita et me ipsum comendo
ex animo vre M: Quam dominus Deus diu seruet
sospitem et foelicem Dat ex Varsseuia

Petrus Tomiczki eps Crac: Regni Polo^e vicecancell
Zoffie Duci Mazouie vxori Stefani Batori palatini
regni vngarie.

Illtris^ma Princeps et domina, domina honoran^ma Qua
fide et obseruantia clarissime dominorum Ducum Maso:
nie domui, iampridem afficiebar, satis perspicuum erat
Et modo qualem curam q̃q; diligentem operam in moderno
negocio Ill vre hic apud Mtem Regiam dominum meum
clementis^mum impenderim, testificabuntur hii Oratores
Spectabilis et Mgci domini Palatini Regni Hungarie
mariti Illtis vre, Sed et deinceps quicquid siue hic siue
alibi efficere potero, libentissime sine omni dubitatione
efficiam pro dignitate et commodo Ill vre, Cui me
commendo et qua valere foelicissime desidero Dat

Sequuntur Epistole regis Sigismundi primi
cómendaticie.
Plehitorie.
expostulatrices
de euocatione Gdanensium et Elbingen
ad Cameram Jmperialem.
et de ceteris id genus negociis Prusso

Sigismundus primus Rex Polonie
Chrfero de Schidlowec Palat° et Capit°
Cracomien Regni Polo^e cancellario.
Oratori ad Ferdinandum misso.

Magce Sincere nobis dilecte. Ad ea que in abicione à nobis
Stis tue illi comissimus videlicet inscriptiones et federa inter
nos et SExmi olim Maximilianum Coesarem confecta spe:
ctancia ne quid in his quod facto opus foret S. tua ignora:
ret adiungendum presentibus duximus, inter alia que ad ré
Pruthenam pertinent, hec presertim que pro Gdanen' et
Elbingen' Ciuitatibus meis faciunt, quibus à regentibus Jm:
perii et eiusdem Camere Judicibus contribuciones et certe
solucioes Jmperiu spectantes imponuntur et ob id euocá:
tur cum nulli qz nobis subdite sint et subiecte, qua de re
cum olim Maximiliano Coesare tractatus habuimus, qui eas
nras Ciuitates quemadmodum in inscriptionibus despexe

confectis, quas S. tua secum ferat habeatur, ex omnibus bannis et euocationibus liberas dimisit

Vnde cum hoc etiam per Joannem Dantiscum Mti Ces. que nunc imperat deferre commississemus, Reportauit ille ad Sermu dominum Ferdinandum Archiducem Austrie et Regentes Imperii et eiusdem Camere Judices ab illius Mte litteras, quas S. tue cum presentibus mittimus quibus committitur, q si predicte mee due Ciuitates nobis et Regno nro subiecte sunt, vt eas deinceps modo predicto non molestarent, et si quid contra eas foret decretum dissolueretur, Deditq vt idem Dantiscus asserit Mtas Coe. sarea ob eam et ob alias res Pruthenas in Viennensi inscriptione contentas Sermo fri suo Archiduci Austrie nobiscum de his omnibus latius tractandi et concludendi omnimodam facultatem, quam etiam in eadem forma S. tue mittimus vt inter alia hinc etiam articulum de ciuitatibus meis Ciuitatibus sic ibidem tractaret quo illius diffusior et aperatior fieret interpretatio sic videlicet, q cum tales mee Ciuitates milli q Juribus meis et regno meo obnoxie sint ille se in posterum tam ab Imperio q etiam ab illius constitutionibus atq euocationibus liberas manerent et conseruarentur et q deinceps cum aperte constet q nobis subsint, a regentibus Imperii, et eiusdem officialibus, per Contributiones seu taxationes que Imperialibus Ciuitatibus solent impoi non molestarentur, neq etiam quibuscunq de causis et ad cuiuscunq instantia ad Cameram Imperialem euocarentur, seu magis bannirentur, quemadmodum hoc et equitas et Jura Regni nostri mutuus q amor et coniunctio cum Cesarea Mte, et illius fratre Sermo Archiduce Austrie non immerito exposcat, et quo facilior et magis his beatitudinibus ipse Archidux Austrie propensus redderetur, bene perpendat hoc S. tua et opportune mandet q

ad hanc Viennensem inscriptionem diuus olim Maximili:
anus Coesar vtrumq; suum Nepotem obligauit. Volumus etiam
q̄ S: tua predictas Tras quē Sermo domino Ferdinando
intitulantur reddat, Spectant enim vt suprascriptum est ne:
gotium Gdanen̄ et Elbingen̄, Eas tamen cum per Pri:
cipem lecte fuerit S: tua apud se retineat, alia quē cōmo:
da adhec et plus expedire videbuntur S: tua pro fide
sua in nos et consueta in rebus gerendis industria non
ommittat Quē foeliciter Valeat Dat.

Sigismundus primus Rex Poloniē Norembergensibus.

Spectabiles et Famati nobis grate dilecti. Accepimus
litteras vrās quibus nobis declarant quod nuper testatū
fecerit vobis Nunctius nr̄. Generosus Achacius Cze:
ma cum decretum quoddam Camere Imperialis aduer:
sus subditos nrōs Gdanen̄ et Elbingen̄ emanasset,
postulantes à nobis vt cum huic decreto nulla occasionem
prebueritis nichil in regno nrō aduersus negotiatores
vrōs statueremus, Nos plurimum miramur qua ratione
extendat Camera ipsa Jurisdicionem suam cum nos liberi
simus liberumq; Regnum et Dominia nrā habeamus.
Nosq; semper erga totam nacionem Germaniam amice
et ēquanimiter gessimus, Et proinde q̄ nobis ista res
tollerabilis sit, quilibet existimare potest, Nolentes ta:
men, quicq; prēcipitanter agere retulimus ipsam rem
ad Cesaream Mtem̄, et Sermo dnō Ferdinando scribimus,
vt ipsam Cameram ab impeticione subditorum nrorum cō:
tinere velit, Alioquin cogeremur et nos id totum agere

aduersus subditos Imperii in Regno nro, quicquid in Ger:
mania contra nros agi cognosceremus, In eos tamen singu:
lariter, quos ipsi met intelligimus causam nullam huic mo:
lestacioni subditorum nrorum prebuisse, quosque nobis fa:
uentes et propenses semper nouimus nichil temere ac festi:
nanter statuemus Sed vti hactenus consueuimus vos et
vros omni Regio fauore complectemur, modo et vos aga:
tis cum ipso Sermo Rege Ferdinando, vti iste processus
aduersus subditos nros sistatur Saltem ad reditum Coesa:
ree Mtis ne quid quod nollemus facere cogamur Craco:
uie 1523

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Archiduci Austrie.

SErme Princeps &c. facti sumus certiores, q subditi
nri Gdanen et Elbingen euocati non pridem per
Cameram Imperialem condemnati essent, et procederetur
aduersus illos vsque ad bannum Imperiale, Nescimus qua
ratione fit vt ipsa Camera Imperialis inijciat et exte:
dat auctoritatem et Iurisditionem suam in subdito nros
eosque istis euocationibus turbet et molestet, Quod, quam
tollerabile nobis esse potest, qui in Regno et Dominiis
nostris sicuti quiuis alter Princeps liberi simus vra Illma
Do conicere potest, Nolentes tamen quicquam committere quod
aduersus amorem et coniunctionem nostram mutuam cum
Coesarea Mte esse videretur, misimus ad illam Nunctium
nostrum, id postulantes, vti subditi nostri tam indecenter per
ipsam Cameram Imperialem non molestarentur, et speramus
q illius Mtas se in ea re vti equum est, vtque nra beniuo:
lentia et necessitudo postulat exhibebit, vram eciam
Illma D. impense rogamus, continere velit eandem Ca:
meram Imperialem, ab hiis euocationibus et processibus

aduersus subditos nros predictos, tantisper saltem, donec Coesare Mtas in Germaniam reuertatur. Cum qua spe: ramus nos de hoc negotio fraterne et equanimiter com: posituros Alioquin quicquid ageretur istic in Germa: nia aduersus eosdem subditos nros ex eiusmodi euocati: onibus et processibus ipsius Camere, cogeremur id totum vicissim omnibus subditis Imperii in Regno et Dominiis nostris negociantibus referre, et pari modo nos aduersus illos conseruare Quod hactenus omni studio vitaui: mus foelicissime valeat Illma Do. vra et nos diligat Dat Cracouie 1523

Rex : Gdanensibus.

FAmati fideles nri dilecti Reddite sunt nobis vre lre Quibus ea nobis exponere voluistis, que ab Imperiali Camera atq; eius Prefectis et Rectoribus iterum ad vos perscripta sunt vt cum ceteris Imperii Ciuitatibus consentientes tanq; et vos Imperio addicti sitis, ita vos geratis vt et impendia et alia onera ipsius Imperii. sint vobis cum eis comunia, Non est res noua nec antea inaudita vt istos ipsos Rectores Imperiales Camere. quociens aliqua edicta et decreta Imperialia his demi: ciant quos ei subesse non ignorant, et vobis eciam ea de: nunciare solere, quod ex ea potissimum consuetudine fieri videmus que olim inoleuerat, vt inter eos qui Iurisdictioi Imperiali subsunt censiti et numerati sitis, Quemadmod autem antea cum per lras, tum per Nuncios nros in eo ca: su apud Imperialem Mtem egimus, ne quid nocumenti

vel detrimenti rebus vris eiusmodi denunciationes &
exhortaciones afferre posse valeant, et nunc ad serenm
dominum Ferdinandum Archiducem Austrie qui
absente Imperiali aute rebus et actionibus Imperiali-
bus prefectus est, litteras vobis mittimus quas exedi-
mus vobis tantum profuturas esse vt liberi et securi-
tis futuri ab omnibus impedimentis et molestiis quibus
inobedientes et contumaces afficiuntur, Scribemus ite
et ad Nuncium nrm qui nunc in Italia agens, non mul-
to post ad Imperialem aute Hispanias petiturus est
vt eius sua quoq aute pro vra securitate iterum atq ite-
rum nro nomine agat, vos interim sitis bo animi
nichilq meluentes, ab omni auxilio ferendo et quibuscuq
Nunciis vel Procuratoribus mittendis ad actiones que
in Imperio fiunt, vel future sunt, per quod approbatur
sitis vos Iurisdictioni Imperiali subesse, abstineatis, quis
vehementer probemus, id quod inter cetera denunciatu
est, de explodendis pestiferis et nepharijs perdite secte
Lutherane erroribus quos etiam Ciuitatem istu mag
magna in parte contaminasse audimus, et sicut prius
vobis scriptis meis munximus et nunc idipsum repete-
tes mandamus, vt omni cura et studio ad euellendos
eosdem errores et comprimendam imperite multitudi-
nis audaciam atq ad coercendos apostatas, qui vice
diaboli gerentes eius artes disseminare, summa conte-
cione nituntur, animum apellere non differatis, hoc en
modo et gram diuina vobis conciliabitis, rebusq &
fortunis vris, que eciam gra ipsa diuina suffragante
augentur et incolumi Statui istius Ciuitatis prospicietis
que si secus fieret, iusto dei iudicio, multis aduersitatibus
agitata periclitari posset. Apud nos autem vberiore

graciam promerebimini, cum viderimus vos rei chriãe augende addictos, et eius fidei ampliande et propagãde, qua par est sollicitudine intentos esse. Cetera vero per vos nobis significata, que partim ex Imperialibus actionibus, partim vero ex Regno Dacarum cognouistis fuerunt nobis grata vt q̃ posthac itidem faciatis, gratos nos esse futuros non ignoretis Dat̃ 1523

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Archiduci Austrie.

Credimus vram̃ Sertem tenere memoria, non multo ante nos à Mte Coesarea litteras obtinuisse quibus Mtas sua Prefectis et Rectoribus Imperialis sue Camere inhibere dignetur, ne subditos et Ciues nros Adanen et Elbingen vllis edictis et decretis Imperialibus ad ferenda onera Imperialia, et ad leuanda eius impendia cum aliis qui subsunt Imperio, adigere audeat, cum sint enim nri subditi, et de corpore Regni nostri vt pote earum Ciuitatum Incole: que in solo Regni nri site et condite sunt, nulla iusta causa est que possit eos ostendere et docere vlla ex parte Imperio subesse et ad eius ferenda onera esse obligatos Nunc iterum ad nos eam querelam detulerunt, ab eadem Camera, siue eius Rectoribus se moueri vt cum aliis Imperii Ciuitatibus consentientes id nunc agere velint et debeant, quod ad ea ipsa impendia facienda et alia onera Imperii ferenda, pertinet

Quare rogamus plurimum vram Sertem. Scimus enim nec Imperialis Mtis nutu et voluntate. Sed nec vre quid Sertatis iussu que sua Mte absente habenas Imperii regit et moderatur id fieri, dignetur hisdem Camere Rectoribus denunctiare et inhibere. vt his decretis contra subditos nros extendendis supersedeant, nec in eos tanqz cotumaces, cum nulla sit contumacia, vbi nulla subest Iurisdictio, aliquid statuant et decernant, quod sit eis et rebus eorum calamitatem et detrimentu allaturu. Optamus vram Sertem foelicem et incolumem viuere, et in his actionibus quas pro Salute Reipublice Chriane parat et cogitat, secunde fortune successibus frui. Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Gdanensibus

Famati fideles dilecti. Notum est iampridem nobis negotium banni Imperialis quod ad presens innouatum esse Contra vos et Elbingen ex vris litteris intelleximus. Quod nobis profecto molestum est et quoniam ea difficultas controuersiam habet in se antiquam optamus et querimus remedium quomodo ab eo impedimento et vos et alios subditos nros liberemus. de quo quidem negotio commodius et efficacius consulere et prouidere poterimus sub Conuentu generali proxime futuro, pro festo Sanctorum Simonis et Iude Apostolorum ad quem et vos nuncios vros mittetis In quo consulemus paci et quieti vre Interim vero sub hoc biennii tempore prouidere vos oportet vt negociationes et res alias vras caute agatis, ne forte vis aliqua de improuiso vobis et rebus vris inferatur, Preterea Illtris Princeps dominus Dux Pomeranie affinis nre charissimus respondit nobis ad eas lras quas de eodem banno pro securitate vra

ad eius .M. dederamus itu vt in exemplo eius litterarum
videbitis contineri. Verum itaq; erit vt diximus prospicere
vt secundum nram et ipsius admonicionem vos in vestris
actionibus geratis. Scripsit item nobis idem Illtris dns
Dux de captiuis vris pro quorum liberacione licet non
semel ad eius Illtem per lras et nuncios intercessionem
nostram fecimus, videmus tamen in eo negotio hactenus di:
fficilem se prebere, vellet enim vt pro ea iniuria quam si:
bi per vos illatam esse queritur, aliquo modo satisfiat pro:
ut ex eisdem ipsius litteris intelligetis vos itaq; in eo
vram voluntatem quid facturi sitis nobis significabitis
Nos autem qua meliori ratione poterimus. id quod reliquum
erit pro consequendo tandem aliquo bono fine eliberandi
predictos vros captiuos, nos libenter interponemus Dat:
Cracouie vltima Augusti Anno dni M°. D°. xii°. Re:
gni nostri anno Sexto

Sigismundus primus Rex Polonie Imperialis Camere presidentibus.

Illtres, Spectabiles, et Mgci domini amici nostri dilecti, Sa:
lutem. Est res adeo perspicua adeoq; Illtres vt vel tocius
Europe testimonio comprobari possit, nos ab vsq; progenitori:
bus nris terrarum Prussie atq; Ciuitatum in eis sitarum,
et nature et belli Iure iam pridem politos esse Regnumq;
nrm Polonie cui terre ipse Prussie et Ciuitates immediate
subiacent, quodq; nos a maioribus nris per manus suscepi:
mus, tam liberum esse et ~~immune~~ immune, atq; nemini obnoxium, vt
preter mutuam beniuolentiam et amorem Romano Imperio
ceterisq; vicinis regnis, debeat nichil, nescimus tamen quo:
nam pacto quoue pretextu Ciuitates nre Prussie Gdann'

videlicet et Elbingum edictis et mandatis Imperialibus (qua: si eidem Ro: Imperio vel subiecte vel in aliquo obnoxie essent) iam dudum vexentur et inquietentur, cum tamen Romani Imperii potestas in Regnum mem Polonie, et in terras ei subiectas quales sunt terre Prussie, et Ciuitates in eis sitte, se non extendat, egimus plurieis tum per legatos meos, tum per literas apud Cesaream Celsitudinem petentes ne Ciuitates (ita vt premissum est) nobis subiecte nomine eiusdem Romani Imperii ad aliqua onera eius adigerentur, quod nos quidem obtinuisse et impetrauisse non dubitamus. At ecce bis diebus duarum Ciuitatu nostrarum predictarum (dam et Elbingi nomine, nobis est lamentabiliter questum eas nouis iterum Imperatoriis mandatis, additis multatitiis aureis poenis, requiri et vrgeri, vt certas summas pecuniarias in certis Conuentibus Ro: mani Imperii ad eius onera leuanda constitutas etiam eedem Ciuitates nostre ad constituta loca reponerent aut tercia die Decembris coram Iudicio Camere Imperialis comparerent ad videndum et audiendum a procuratore fisci contra se agi et procedi, aut ad allegandum causas, cur id facere non debeat prout hoc mandata ipsa Imperialia plenius in se continent. Que quidem dictarum Ciuitatum nrarum querela, cum nobis insinuata, esset, non potuimus non vehementer mirari, quid nam vigt cause sit, cur nos qui Cesaream autem et ipsum Romanum Imperium summa obseruantia colimus et veneramur, quiq alioqui a multiplicibus hisdemq barbaris et potentissimis hostibus maximam vim negotii sustinemus, etiam ab ipso Romano Imperio vnde et tutelam et presidium sperabamus (Causam enim subiectorum nostram ducimus) impetimur. Et proinde vras Dnes rogamus et hortamur velint secum expendere q in merito id et nobis et subiectis nris eueniat ac pro sua prudentia et

equitate, cum eis Ciuitatibus nris Gdano et Elbingo ita agere vt a talibus mandatis et poenis et nunc et deinceps semper, sint liberi et prorsus absoluti Rem gratissimam nobis in ea re facture Et bene valeant vre D: Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Gdanensibus.

FAmati fideles dilecti. Accepimus litteras vras, quibus nobis significatis vos atq; etiam Elbingen binis Imperialibus mandatis nomine Romani Imperii pro certis summis peccuniarum ad Cameram Imperialem reponendis esse requisitos, exempla etiam mandatorum Imperialium eisdem litteris vris inclusa vidimus et seriem tocius rei intelleximus. Quamq; vero iam ab annis plurimis (neq; enim nouum nobis atq; ita et vobis hoc negocii est) cum per Ores nostros tum etiam per litteras cum Coesarea Mte et Romano Imperio egimus contendimusq; ne Iurisdicionis et meri domii nri homines, talibus mandatis inquietare sineret essetq; inter ipsum Romanum Imperium, et nos super ea causa, iam pene transactum. Miramur tamen, quid tandem locumtenentibus et presidibus Imperialis Camere venerit in mentem, q vos simul et Elbingen ipsos denuo impetant et monent, vtcumq; tamen ipsi id existiment. scribimus ad eos hortantes et cupientes, vt et vos, et Elbingen a talibus mandatis absoluerent liberosq; mitterent nec dubitamus nos id obtenturos, quietiq; vre ita consulturos litteras ipsas cum exemplo earum vobis per cursore vrm mittig

Sigismundus primus Rex Polonie Francisco Regi Gallie.

Serenissime et Christianissime Princeps et domine &c. Paulo superioribus annis, tunc videlicet, quando inter vram atq; Coesaream Mtem bellum gerebatur. Quidam subditi nostri Ciues Gdanen Anse Almanice certas naues eorum Cera, Liuo, Cupro, aliisq; diuersi generis mercibus oneratas, negociandi causa in Angliam miserant Easpe et fiducia serti, q Priuilegium quoddam à Francorum Regibus precessoribus Mtis vre, sibi ceterisq; Anse Ciuitatibus concessum disponeret, Singularum talium Ciuitatum Nauigiis Etiam bellorum tempore, non modo ad Regnum Mtis vre, verumetiam ad hostes eius tuto nauigare, et applicare licere, Sed cum hidem subditi nri talem nauigationis securitatem, merito sibi proponerent (prout coram nobis exposuerunt) à Marinis militibus Mtis vre, vim passi sunt, Nam certas naues eorum, pariter cum Naucleris et Mercibus aliorsum, ab eisdem militibus abductas queruntur, vnum Nauclerorum Conradum Lutrloff dictum in portu Ditpen. Alterum Nicolaum Fale in portum de Bollonia. Quamq; autem in eo negocio ad Mtem vram iampridem alioqui lras nras dederimus. ipsaq; Mtas vra seuerioribus litteris suis restitucionem talium rerum faciendam imperauerit, tamen nec dum sibi satisfactum esse hiidem subditi nri asserunt Si quidem, preter quotam partem bonorum que in Conradi

Naui fuerant restitutam, reliquē Naues, vna cum mercibꝫ
vsqꝫ modo illic detinentur Quemadmodum tocius rei
geste series, in Scedula hijs lr̄is inclusa descripta, plen:
us indicabit, Rogamus Mtem̄ vram̄ plurimum, vt quod
semel atqꝫ iterum restitui mandauit, efficiat, vt tandem
apud Officiales eius ceterosqꝫ quorum interest sorciatur
effectum. Quod quia et equitatis ratio suadet et clemē:
cie Regie congruit. Non dubitamus, facturam id ala:
cri et benigno animo Mtem̄ vram̄. Nam nos vicissim eam
beniuolenciam pari officio et gratifficatione nr̄a repende:
re curabimus cum subditis eius, tum eciam ipsi Mti
vrē Quam foeliciter et diu Regnare Cupimus, Cuiqꝫ
nos, cum ipsa subditorum nrorum causa ex animo Com:
mendamus Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie Francisco Regi Gallie.

Retulerunt ad nos subiecti nr̄i Ciues Gdanen̄ terre Prussie
quomodo annis superioribus circiter annum domini 1514 cū
Regnum Mtis vrē bellis destinebatur, Nauis vna onera:
ria dictorum Ciuium nrorum mercibus plena, et preter Gal:
liam acta a gentibus Mtis vrē absqꝫ quauis iusta causa
fuerit intercepta, occupataqꝫ ad quam iure repetendam
dicti Ciues nr̄i miserant procuratorem suum cum mandato
quendam Petrum Steijnhamer ad Mtem̄ vram̄, ipā
vero tunc Mtas vra causam ipsam ad Centumrale iudi:
cium quod parlamentum vocant dispiciendam et cognoscē:
dam delegauerat. In quo iudicio pronunciatum erat vt
occupatores et interceptores Nauis iustis dominis eius
duodecim millia et Quadraginta nūmum aureorum quos
coronatos vocant exoluerent. Cuius sentencie quia

executio hactenus subsecuta non est ipsique Ciues nri grauem iacturam rei familiaris sue facere in dies coguntur Rogamus Mtem vram velit idem tidem suis quorum interest imperare, vt talis sentencie, que iam in rem iudicatam transijt execucionem tandem fieri curent Quod pro laude et gloria iusticie et equitatis qua pollere predicatur facturam non dubitamus Mtem vram Qua foelicissime valere desideramus Dat

Sigismundus. I. Rex Polonie Francisco Regi Gallie

SERme et Christianissime &c. Retulerunt ad nos subiecti nostri Ciues Gedanen, Quomodo annis superioribus circiter annum domini 1514 Cum Regnum Mtis vre, bellis destinebatur, Nauis vna oneraria dictorum Ciuium nrorum, Mercibus plena preter Galliam acta a gentibus Mtis vre absque quauis iusta causa fuerit intercepta occupataque, ad quam iure repetendam dicti Ciues nri miserunt Procuratorem suum cum mandato, quendam Petrum Seynhawer ad Mtem vram, ipsa vero tua Mtas vra causam ipsam ad Centumvirale Iudicium quod Parlamentum vocant, dispiciendam et cognoscendam delegauerat in quo iudicio pronunciatum erat, vt occuppatores et interceptores nauis iustis dominis eius xii millia et Quadraginta nummum aureorum quos coronatos vocat exoluerent, Cuius sentencie quia executio hactenus subsecuta non est ipsique Ciues nri grauem iacturam rei familiaris sue facere in dies coguntur Rogamus

Mtem vram velit idem tidem suis, quorum interest im:
perare vt talis sentencie que iam in rem iudicatam
transiit executionem, tandem fieri curent. Quod pro
laude et gloria iusticie et equitatis, qua pollere predi:
catur, facturam non dubitamus Mtem vram qua
foelicissime valere desideramus Dat.

Sigismundus .I. Rex Polonie. Perlamento Gallie.

Rmi ac Rndi in Chro Pres necnon Spectables,
et Mgci domini Sincere nobis dilecti. Retulerunt
ad nos subiecti nostri Ciues Gdanen terre Prussie
Quomodo cum annis superioribus, hoc est anno
Salutis nre 1514 Regnum Francie, bellis turbare:
tur Nauis vna oneraria, dictorum Ciuium Mercibus
referta et preter Franciam acta a gentibus Regni il:
lius fuerit intercepta et occupata Ad quam iure
repetendam dicti Ciues nri procuratorem suum Pe:
trum Steynhawer cum mandato istuc in Franciam
miserunt Quo effectum esse aiunt, vt Mtas regia
causam ipsam ad iudicium vrm centum
iurale cognoscendam et dispiciendam delegauerit
in quo iudicio aduersarios hoc est talis Nauis et
Mercium interceptores et occupatores in xii milli:
bus et quadraginta nimis aureis, quos coronatos
vocant iustis Nauis dominis persoluendis, condemna:
tos esse asserunt, Nichilque deinceps superesse, quam vt talis

sentencia que in rem Judicatam iam dudum transiit, exe:
cucioni debite demandaretur. Quod quia hactenus fctm
non est, Subiectiq; nri ob eam rem, graui iactura rei
familiaris sue premantur, Rogamus vos vt pro summa
prudencia, et grauitate vra efficiatis vt tandem res
ipsa, effectum suum consequeretur. Ciuesq; nri Sumam
pecunie eis adiudicatam, plene et sine vlteriori dilacione
consequantur. Quod pro singulari fama iusticie et
equitatis que de vobis passim vbiq; predicatur vos
facturos non ambigimus. Et quos valere optamus Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Senatui

Spectabiles, Sincere nobis dilecti, Subiecti nri Ciues
Gdanen. terre Prussie, habent apud Serm̄u et Christi:
anissimum dominum Franciscum, Francorum Regem
tum apud Mgcos et prudentissimos Parlamenti presides
actionem quandam, ob interceptam et occuppatam, vnam
onerariam Nauem, eorum Mercibus refertam ab gentibus
illius Regni. Quod tametsi iam ante plures annos
factum esse constat, puta anno Salutis 1514, tamen
solucionem talis Nauis et Mercium ipsi Ciues nostri
vsq; in hanc diem consecuti non sunt quamuis etiam ta:
lis nauis interceptores et occuppatores per iudicium
Parlamenti in xii millibus et quadringentis nmis
aureis, quos Coronatos vocant, dominis dicte Nauis
et Mercium persoluendis, condemnati essent, idem Ciues

nostri. Existimant hoc negotium suum in Francia, perfacile expeditum iri. Si vos eos, in eo, consilio et auctoritate vrã iuueritis. Quod quo maiori beniuolencia faceretis arbitrantur plurimum conducere, Si eos causamq; eorum, vobis per litteras nrãs commendaremus, Itaq; comendamus vobis eos causamq; eorũ. Cupientes vt ad consequendũ quod eis per sentenciam Parlamenti adiudicatam, auctores et adiutores sitis, à nobis vicissim fauorem nrm̃, et beneuolenciam Si olim casus tulerit Experturi Valẽ

Sigismundus I. Rex Polonie Francisco Regi Gallie.

Ex Imẽ Princeps &c. Retulerunt in nos subditi nri Ciues Adanen vt ante Septennium Naues quidã cum è Mercibus dum ex portu feris in Zelandia versus Adanum nauigarent, essent per quosdam Satellites seu milites vrẽ Mtis intercepte et cum ipsi raptores fuissẽt per Petrum Stenhagen ipsorum Procuratorem in ius Parlamenti Parisien vocati, condemnatiq; per duas conformes sentencias, non est tamen subditis nris vlla in pte satisfactum nec sentencie late execucioni deducte. Commendamus itaq; plurimum Mti vrẽ dictum Petrũ Stryhagen eorundem subditorum nrorũ procuratorem rogamusq; illam dignetur officialibus et presidentibus Parlamenti, vt et sentencias latas exequantur, et nris subditis debita fiat satisfactio pro conseruanda iusticia et

securitate communium subditorum nrorum et nra erga
Mtem vram observancia et propensione Que felicissime
valeat et nos diligat Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Henrico Regi Anglie.

Serme et excellentissime Princeps et domine amice
et frater charme ac honoran, Intercepte fuerunt aestate
preterita quedam Naues cum Mercibus nonnullorum
Ciuium Gdanen subditorum nrorum per eos qui sege:
rebant pro militibus vre Mtis, eamq predam in Regnum
eius retulerunt, sed et quosdam liberos iuuenes et Pro:
curatores, quorum hee Merces erant, ceperant tene:
tesq illos in Carcere non modico tempore, demum for:
tasse obstrictos fide se rursus sistendi dimiserunt. Nos
Serme Rex semper animum eum gessimus erga Mtem
vram q illi in omnibus gratificari studuimus, subditos:
q illius, quoscumq mercimonia exercere contigit in lo:
cis et dominiis nris omni fauore sumus prosequuti, sed
nec aliquid commune nobis est aut subditis nris cum
vllis hostibus vre Mtis, cuius rei pretextu fortasse
hii subditi nri spoliati, et in Carcerem acti fuerunt,
Igitur plurimum rogamus Mtem vram, vt pro nra
in se propensione, proq iusticia ipsa faciat, et merces
ipsas restitui subditis nris, et ipsos q capti erant, si qua
sponsione obstricti sunt libere dimitti. Quandoquidem
si cui subdito Mtis vre hoc in regno nro contingeret

id nullo modo impunitum relinquerenmus, id quod etiam
Mtem vram pro eius virtute et rei decencia factura
et nobis super eodem negocio, responsum quod optamus
daturam non ambigimus, Cuius fauori nos ex corde co:
mendamus Et Quam valere felicissime desideramus

Sigismundus .I. Rex Polonie.
Regi Danie.

SEr me Princeps. Scripsimus alias Mti vre pro subdito
nostro Adriano Flinth Ciue Gdanen, qui cum permis:
su nro captis in Mari hostibus nris Moschis, cum merci:
bus nauibusq; suis ad portum Mtis vre vento depul:
sus, sit illis, cum rebus omnibus per Roloff Macce eius
Capitaneum de Viborg spoliatus, et familiares ac satel:
lites sui duodecem in Captiuitatem redacti, vt Mtas
vra mandare dignaretur illi hec omnia restitui, Quod
quamobrem hactenus factum non sit ignoramus. postu:
lamusq; iterum a Mte vra et eiusdem subditi nri res
reddi, et captiuos dimitti iubeat, ne ille indebite contra
fœdera et bonam vicinitatem nram hanc iniuriam et da:
num paciatur, Nos vero pari vicissitudine nichil a nris
comitti permittemus, quod beniuolencie et foederibus nos:
tris officere videretur, foelicissime valeat Mtas vra
et nos diligat Dat

Sigismundus primus Rex Polonie
Regi Swecie.

Serenissime Princeps et domine frater, et amice charissime Accepi:
mus litteras S. vre quibus vt à nobis postulauit, au:
diuimus non grauatim causam et querellam eius Nuncii Ge:
nerosi Hermanni Fofferth, quam nomine Serenitatis vre fecit
aduersus Ciues Gdanen subditos nros, quam causa
quia nos ipsi aliis arduis necessitatibus nris impediti
non potuimus diffinire commisimus illam examinandam
et diffiniendam Consiliariis nris, quos ad constituendu
bonum ordinem Ciuitatis nre Elbingen nomine et loco
nro misimus, qui haud dubie illam iusto et honesto decre:
to suo diffinient

Quicquid aliud erit, in quo Serenitati vre aliquando
gratificari poterimus id nos libentissime facturos per:
suasum habeat Valeatque foelicissime et nos diligat
Datum in Arce nostra Mariemburgensi

Sigismundus primus Rex Polonie
Georgio et Barmino Ducib⁹ Pomeranie.

Magistratus Ciuitatis nre Gedanen certiores nos
fecit litteris suis quomodo quidam Henricus Lanczaw et
Georgius Irakovicz (qui se subditos vrarum Ill:
esse profitentur, pro quibus etiam Ill: dominus Bogusla:
us parens Illtu vrarum viuens ad eundem Magratum
Gdanen scripserat) lris suis ad populu Gedanen mis:
sis ab eadem Ciuitate nra vi et minis Jus suu quod se ha:
bere pretendunt, exigere et extorquere velle videntur,
prout ex hoc exemplo litterarum ab eis dicto populo Gda:
nen⁹ missarum quod Ill: vris presentibus inclusu mittig
perspicue intelligi potest. Cum tamen ipsi Ciues nri, Et ia,
olim dicto Ill: domino parenti vro rescripsisse se asserunt
q vellent vnicuiq de se querenti coram nobis se iustificare
et modo, siue ab eis, siue a quocuq alio coram competenti
Judice impetentur, Judicium libentissime subire volunt
possemus nos quidem deo bene iuuante, subditos nros
vim vi repellendo ab iniuria vindicare, sed malumus
affinitatis et vicinitatis, que nobis cum Ill: vris inter:
cedit racionem habere remq ipsam ad easdem Ill: vras
referre, Et rogamus illas, vt quantum in eis est dictos
Henricum Lanczaw &c ab omni vi et iniuria Ciui:
tati nre inferenda arcere et cohibere velint et eos com:
monefacere vt si forte quidpiam iniurie a dicta Ciui
tate nra se habere pretenderint, id non metu aut minis
exigere velint, sed aut causa ad nram pntiam Cittata

expostulent aut iuxta pacta et foedera nuper inita in proxio habendo Conuentu inter terras nras et Illtum vrarum causam hanc et iniuriam si quam habent iudicanda et dispiciendam permittant. In quo rem se dignam et nobis vehementer gratam facient vre Ill: Quas bene valere optamus

Sigismundus primus Rex Polonie Joachimo Marchioni Brandeburgensi Electori.

Illtris me Princeps et domine affinis nr charme. Cum ex lris Illtatis vre, tum ex relacione Spectabilis Alberti Bucholth Oris et Consiliarii eius, plane intellexissemus in negocio Ciuium nrorum Gdanensium quorum bona et Merces in ditione sua per repressalias arestari vra Illtas permisit, eam esse mentem et voluntatem eius, vt ad discuciendam eandem causam, inter dictos Ciues nros et subditum eius Joannem reich, Judices Comissarii nri designarentur et deligerentur. Id tametsi nos, quantum in nobis est non multum abnueremus tamen ipsi Ciues nri pro magno et intollerabili grauamine sibi futurum reputant, si a Jurisdicione et Judicibus suis ordinariis et competentibus discedentes se in aliena et extra ordinaria iudicia implicare deberent. Nos etiam animaduertentes id eorum propositum non admodum a racione discrepare longe commodius et ad causam vtrinque finiendam accomodacius fore censemus, si Illtas vra eidem Jano Reich mandaret, vt se cum omnibus instrumentis cause eius seruientibus huc. Cum interea in terris

Prussie agimus ad nos conferret. Judiciumq; nrm super
iniuriis et damnis experiretur in eis locis vbi Ciues nri
Gdanen se grauatos esse causari non valerent, Nam
si res ꝓaliter ceciderit ipseq; Joan Reich per tales
repressalias eosdem Ciues nros premere porrexerit, ad:
duceremur et nos iustissime in eam necessitatem vt (quod
etiam per priores lras nras Illti vre denunctiauimus)
eis ipsis Ciuibus nris etiam repressaliarum faculta:
te in subditos eius vti permittemus prout hec de mente
nra clarius et plenius refferet vre Illti ipse Alber:
tus Buchalth Quam optamus bene et foeliciter
valere Dat in Arce nra Mariemburgen feria
Quarta post dominicam Palmarum 1526

Sigismundus primus Rex Polonie Christierno regi Danie.

Ex me Princeps et dne fr et affinis nr charme In me:
moria haben, que amicitia et foedera, tam inter prede:
cessores vtriusq; nrm q; etiam inter nos ipsos inter:
cesserint, et quo studio ac integritate nos illa obserua:
uerimus Non ignoran item quo pacto se Mtas vra
erga nos gesserit, cum intra bellum quod cum Mgro
Prussie eius cepto gessimus, tum in detentis ab illa no
pridem Nauigiis et Mercibus subditorum nrorum no
possumus id non egre et dolenter ferre, Nos enim in:
telligen in quod discrimen vergat magis in dies res
Chriana, auctis in immensum viribus infidelium, Cu:
peremus ex animo et cum Mte vra vt predecessores,
vtriq; nrm inter se constituerunt et cum aliis Chrianis

et vicinis Principibus quiete et concorditer agere vt commodius continuos impetus infidelium a nobis et aliis qui post terga mea degunt arcere possemus. Quare postulamus a dilte vra faciat ipsa Nauigia et res subditorum eorum a se retentas dimitti inter quas quoniam nonnulle sunt famati Michaelis Spyss Ciuis et Consulis Ciuitatis mee Cracouien quas Cubicularius iste me vre dilti declarabit Postulamus a bilia iubeat eid eas et ipsas res dicti Michaelis restitui pro mutua bona vicinitate foedereq et coniunctione nostra conseruanda valeatq optime dilas vram et nos diligat Dat

Sigismundus primus Rex Polonie. Consiliariis regis Danie.

Rmi ac Rndi in Chro Patres. necnon Spectabiles et Mgci amici Sincere nobis dilecti. Subiecti nri Thorunen. Elbingen. Gdanen. Culmen. Braunspergen aliarumq Ciuitatum terre Prussie, ditionis mee Ciues assidue querelis nos obtundunt, et lubicen terre spacium in ditione Sermi dni Danorum Regis re videlicet in Scandia Insula, ad piscanda allecia, meis iampridem designatum, et longo tempore possessum occuppent et detinent, Nos vero tametsi meminerimus scripsisse pro prefatis Ciuibus meis ad prefatum Sermum Regem vrum, petentes, vt tandem diuturne liti finem imponeret et a lubicensium iniuria tueri meos, atq eundem loco eis adiudicare dignaretur, tamen hactenus mis mei Cpront ex iteratis earum querelis intelligimus

Id quod eorum est assequi nequeunt, ipso Sermo Rege vro minoribus forsitan quibuspiam aliis negociis occuppato scriptionem nram pro eis, minime in memoria tenente, Nos quoniam incommodum subiectorum nrorum, eciam nrz incommodum esse censemus, non possemus detrimentum rerum eorum equo animo ferre, itaqz qzuis iterum pro eisdem subiectis nris, eidem Sermo Regi vro scribimus, quia tamen vestri officii esse non ignoramus. Rx: Mtem admoneri atqz adhortari. Rogamus imponere velitis operam vram apud eundem Sermum Regem vrm, pro subiectis nris, quo Mtas sua eos in iuribus et Priuilegiis eorum, et in possessione eius loci, de quo lis est conseruare dignaretur, nobisqz rescribere, quid nam ex hac nra pro subditis nris scriptione sperare debeamus; Id nos vicissim beneuolencia nra referre volumus Mciis vris quas bene valere optamus

Dat

Sigismundus. I. Rex Polonie Christierno Regi Danie, swetie.

Sermme Princeps et domine frater, et affinis nr charme, Accepimus litteras vre Sertis quibus de subditis nris Adanen queritur, quod Regnum eius armis impetant, postulans a nobis, vt nos iuxta foedera nra aduersus illa geramus, et subditos nros ab hac impeticione Regni sui cotineamus. Dilectissime frater nr persuasum habeat vra Mtas, nos illi ac eius regno omnem bonum statum et successum fauere. nichilqz nobis molestius esse in moderno tocius Christianitatis discrimine, qz Chrianos inter se digladiari

Itaq; volentes causam huius controuersie inter vram Sertem
et Ciues nros Gdanen cognoscere, ipsos Gdanen ad nos
aduocauimus, qui recensitis vetustis foederibus et pactis inter
se et predecessores vros obseruatis, recensitis etiam studiis
suis quibus Mtem vram sibi demereri semper curauerunt
grauissima querimonia nobis exposuerunt, quoniam illos co:
tra foedera ac omnem equitatem premat Nauium Mer:
ciumq; suarum detencione Theloneorum auctorum exactione
captiuitate et seruitute hominum suorum, ac eorum in alie:
na fora euocatione, Emporii in eorum perniciem institucione
canalis et transitus Marini contra Priuilegia occlusione
ac aliis multiplicibus iniuriis propter quas coacti sunt ar:
ma ad se et iura sua tuenda sumere, Nos his auditis, vtcu:
q; molestissimum nobis sit subditos nros premi, et experti simus
quantum robur habuerint apud Mtem vram foedera et co:
iunctio nra mutua, tamen nos ipsa foedera ex nobis firmiter
obseruare, et communi paci rei Chriane adesse volentes
Constituimus breui Oratores nros ad vram Sertem mit:
tere, ad eam differentiam modis decentibus componenda
nostramq; amicitiam et foedera inter nos diligentius ob:
firmanda, quod vt comodius ad effectum venire possit
vtq; etiam in hac re Mti vre gratificemur, continebimus
ipsos Ciues nros Gdanen hinc ad festum Sancti Georgii
proxime futurum, ne quid hostile aduersus illam, et eius
Regnum interim committant. Id quod etiam vra Sertas facere
dignetur, ne illi intercessione et mandato nro freti, ad ali:
quod dispendium rerum suarum venirent, verum quia Mtas
vra cum ipsis Gdanensibus et aliis hostilitatem in presens
exercet et fortasse multos milites habet per Mare et terra
vagantes, ideo nos volentes prospicere, ne Nunctii nri ad
vram Mtem mittendi, aliquam indignitatem vel discrime
incurrant, postulamus ab illa vt pro eisdem Nunctiis, lras
securitatis, seu Saluiconductus, per istum Nunctium nrm ad
nos quantocius mittat. Coeterum rogamus plurimum Mtez

vram, vt hos Nautas qui iam pridem cum Nauibus et re:
bus suis venerunt in Captiuitatem vram, tandem liberos
dimittatis, vt tuto ad domum suam, vna cum rebus suis
redire possint, Quo faciet Mtas vra rem pro mutua
vicissitudine sibi condecentem et honestam nobisq; gratis:
simam, quam illi vicissim omni gratifficatione volumus
referre, Valeatq; foelicissime Mtas vra et nos dili:
gat Datum Cracouie, die octaua Februarii Anno dni
M° D° XXIII° Regni nri anno XVII°

Sigismundus I. Rex Polonie Joachimo Marchioni Brandeburgen Electori

Illtris Princeps et domine amice et affinis noster chaeme
Neminem fore arbitramur, qui tale factum, quale nobis
et Regno nro a Mgro ordinis Sancti Joannis, Sub:
iecto Ill: vre contingit, non indignissime ferat: et non
vlciscatur, atq; ita neq; id nos equo animo ferre possu:
mus, Et eo magis q eiusmodi irruptiones et damna no
semel, sed iterum atq; iterum, tum clam, tum palam ex
ditione Ill: vre nobis et regno, atq; subiectis nris iam
pridem inferunt, Intellexeramus alioquin, eum casum pri:
usq; lre Ill: vre de ea re ad nos perlate essent ex sub:
iectis nris quos tamen ob eam rem plus solito tumultuantes
ad maiorem deliberacionem nram cohibebamus, nunc le:
ctis Ill: vre lris, quibus petit ne comoueamur, et vim fie:
ri prohibeamus, indignantibus licet vniuersis ferme re:
gnicolis nris acquieuimus peticionibus Ill: vre, continui:
musq; nros, legatosq; designauimus ad locum aptum mittendos
qui vna cum Legatis Ill: vre feria secunda post festum
Sancte Margarethe proximum conuenien, rem cognoscant
et expendant, et quis in culpa fuerit, in eum constituant, ne malum

hoc, lacius serpat. Quoniam amicitiam et vicinitatis necessitudinem non minus sancte cum Ill: vrā eiusq; subditis observare studemus q̄ ipsa Ill: vrā que in extremo litterarum suarum etiam se idem facere testata est, modo cause quibus saepenumero, ad iustam indignacionē prouocamur sustollātur, Ill: vram optime et diu valere Cupimus Dat.

Sigismundus primus Rex Polo & Joachimo Marchioni Brandeburgen Electori : sororio.

Illtris Princeps et dnē affinis et vicine nr̄ charmē. Accepimus litteras ab Ill: vrā quibus scribit gratum sibi esse q̄ Mgrō Vitto ordinis Sancti Joannis qui ditionem nram et homines tot incomodis affecerit nos placatos prestitimus, Equidem charmē affinis et vicine nr̄ (ut ingenue fateamur) iure et merito contra eum comoti esse videbamur, propterea q̄ ipse qui ex conditionis et Religionis (cuius se Mgrum profitetur) necessitate, modestie et quietis communis auctor, exemplumq; ceteris esse debuerat, is nobis et regno nrō hostilia pene arma intulerit nosq; et homines nr̄os immodice lacessiuerit verum quo Ill: vrē voluntati et desiderio (cui etiam in multo maioribus rebus (si occasio daretur) gratifficari vellemus) in hac quoq; a nobis mos gereretur, Condonauimus eidē Mgrō non inuitti, omnemq; memoriam iniuriarum ex animo nrō penitus sustulimus, Sed q̄ eiusdem Ill: vrē lr̄is admonemur, vt ad pacificationem et compositionem reliquorum dissidiorum et controuersiarum que inter vtrosq; populos nr̄os adhuc supersunt nec dum sopite existant Conuentum in aliquo certo loco et tempore mutuo habendum constitueremus prout hoc ipsum nos facturos fore prioribus lr̄is

nris ad Ill: vram missis obtulimus sciat Ill: vra nos
in hoc esse id qz precipue curare quo talis Conuentus
progressum suum habere possit verum cu propter alia multa
que nos nunc haud mediocriter distringunt, tum maxie
propter Comiciorum que modo in Regno nro habemus oc:
cupacionem de tempore et loco talis Conuentus habendi
adhuc nichil certi constituere posse, propterea adigimur ne:
cessitate quadam vt mox peractis Comitiis finiumqz inter
Regnum nrm et Slesiam reuidendorum et constituendo:
rum causam suscipiamus, ad quam prouintiam obeundam
missuri sumus Legatos et consiliarios nros, Imperabig
igitur Mgco Luce de Gorka Castellano Posnanien et
Capitaneo maioris Polonie generali vt cum primum ea
negotia quorum gratia a nobis cum reliquis Consilia:
riis nris mittitur confecerit Ill: vram siue per lras
siue per Nunctium certiorem efficeret, eiqz indicet, quo
tempore quoue loco nos talem Conuentu celebrari veli:
mus Quandoquidem summopere Cupimus amicitiam et
beneuolentiam abusqz Auis nris a multis annis vel po:
tius seculis per sancte cultam et seruatam inter nos quoqz
augeri et Confirmari nec vlla in parte dirimi opta:
mus foeliciter valere Ill: vram Dat Petzko:
wie XXVij die Mensis Januarij Anno
domini M°. D. XXVIIJ°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Magistro Cruciferorum Lagoniensi

Rndus dns Petr. Tomiczki Posnanien. Epus. et Regni nri Vicecancel:
larius. nobis exposuit ea que a factore suo bonorum
et oppidi Psczewen. accepit de vi et damnis subditorum
suorum a quibusdam predonibus dictis Lukowie illatis
qui vt ferunt ex bonis vris in bona domini Epi irrum:
pens. captisq; duobus hominibus in Sylua Ville Trzebie:
schewo atq; in ipsa bona vra deductis et verberibus
affectis et equis spoliatis dimiserunt eos adiectis minis
q et in reliquos eiusdem Ville incolas eodem seuicie et
crudelitatis genere vti vellent / Miramur autem quorsum
hec spectent vt nulla facta de more admonicione resarcie:
di damni vel iniurie, si quam acciperent tam se subito ad
cedem et predam ac minas ingerendas conuerterent nullo
respectu habito, quem finem talia violenta inicia affer:
re soleant, que paci et concordie inter vicinos obseruande
et retinende sunt prorsus iniuria, hortamur vos igr, ne
foueatis in bonis vris tales homines qui ad rem inferen:
dam et discordiam inter vicinos excitandam odiaq; se:
renda ex quibus bella nascuntur propensi et animati sunt
et quantum in vobis est iubeatis satisfieri pro damnis et
verberibus illatis eisdem subditis domini Epi, ne opor:
teat vim vi referendo id agere quod vtriq; parti ma:
gis noxium sit futurum, In quo facietis rem equam profes:
sioneq; vra digna et bone vicinitati consentaneam
Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Friderico Regi Danie.

Sigismundus dei gra Rex Polonie Magnus Dux Lituanie Russie tociusq Prussie ac Masouie dns et heres. Sermo Principi domino Friderico eadem gra, Dacie ac Norue: gie Regi Holstinenq Duci etc affini nro charmo ceterisq Regibus Principibus potentatibus, rebus publicis, Ciui: tatibus Imperialibus ac aliis, quibuscumq, eorumq Recto: ribus vniuersis et singulis per Maritima et alia loca Dignitariis Officialibus ac quacumq authoritate Ecclesi: astica vel Seculari preeminencia et dignitate prefulgeat amicitiam beneuolencia ac Salutem, subditis vero nris gram nram Regiam. Notum esse volumus, Serti vre reliquisq omnibus ad quos presentes nre peruenerint lre Quomodo certis apud Mtem nram relacionibus edocti sumus, quendam Ambrosium olim subditum nrm qui satis superq Ciuitatem nram Regiam Elbingen et illos Ciues in dominiis nris Prussie turbasset, nos vero illi de iuris remedio satis prouiderimus, id agere, vt in contemptum nrm, ac subditorum nrorum damnum no mediocre. Naues illorum Mercibus onustas in Sertis vre Regnis et dominiis vel aliorum potentatuum locis arrestaret, ac a sua prohiberet nauigacione, vt sic quod iure non posset Serenitatis vre siue aliorum abusus beni: gna crudelitate, cum subditorum nrorum periculosa iactu: ra extorqueret. Nos vero tametsi nichil magis de vre

Sertis erga nos amore, aliorum beneuolencia et officio
persuasum habeamus, quam vt mutua amicitie, et iu:
ris communis syncera rectaq; habeatur racio, signifi:
candum tamen vre Sertti et aliis omnibus Principi:
bus et potentatibus duximus, postulamusq; ab illis vt
si quando vel nunc vel in posterum illum ipsum Ambro:
sium Adeler hec audere et conari contingeret, Sertas
vra ac alij omnes premoniti eosdem subditos nros cu
rebus suis per Regna ac dominia Sertis vre libere
absq; quouis impedimento saluos ire, stare, et redire
terra, mariq; permittat et alii permittant permittiq;
faciant, eidemq; Ambrosio et complicibus ipsius nihil
in nros et res eorum quascunq; admittant, sed illum ac
illos ad nos et iuris cognicionem iusticieq; administra:
cionem (quam illi iam dudum facere fuimus parati, et
vnicuiq; facimus semper, faciemusq; lubenter) remittat
ac remittant Eam Sertis vre beneuolencia atq; alio:
rum officium cum ob nre amicicie respectum, tum eciam
equitatis amore exhibitum, paribus amicitie officiis et
gratifficacione nra offerente se occasione compensabi:
mus Quod Sertem vram pro mutua amicitia, ali:
osq; iusticie vicissitudine, subditos vero nros pro
gratia nra, omnino factura non dubitamus pntibus
lectis, ac restitutis. Dat in Ciuitate nra Regia
Cracouie die duodecima Marcij Anni M° D. XXXI
Regni vero nri XXV.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Georgio de Conopat Palatino Pomeraniæ
Capitº Swecen.

Magce Sincere nobis dilecte. Quia Ciuitas nra
Elbingen multis in rebus inclinata subinde fit ruinosior
Nos propter illorum Ciuium erga Mtem nram obseruan:
ciam et Ciuitatis illius necessitatem annis superioribus
certa ligna ad canalium ac sub terraneorum foncium
vsum in Syluis Stunen illis excidere permisimus verum
quoniam illic nullibi ad hanc necessitatem apta ligna
et robora reperiantur, ne tamen ob lignorum defectum stru:
ctura ad necessitatem pariter et decorem Ciuitatis illius
cepta dimittatur infecta. Denuo illis admisimus, vt vbi:
cunque in Syluis nris Swecen Capitaneatus ligna ad id
accomoda reperierint, vsque ad quattuor Sexagenas excide:
re et educere possint. Quare Sinceritati tue manda:
mus, vt dum Stas tua ab eysdem Elbingensibus requi:
sita fuerit, illis huiusmodi ligna excidere et educere
libere permittat pro gra nra aliter non factura Datum
Cracouie duodecima Marcii Anno Mº Dº XXXIº
Regni vero nostri Anno XXVº

Sigismundus primus Rex Polonie
Duci Prussie.

Illtri Principi domino Alberto. Marchioni Brande:
burgensi et in Prussia Duci &c Nepoti nostro charmo
eiusq Officialibus ac Theloneatoribus portus Maritimi,
Salutem, et graciam Regiam, Quia Ciuitas nostra
Elbingen annis superioribus aduersante fortuna Nauiga:
cionem intermittere coacta fuit, atq sic immodice labefacta:
ta sit, nunc vero ingenti labore et sumptu non exiguo,
nonnihil profecerit vt intermissam diu Nauigacionem ad
illius Ciuitatis restaurationem demum restituerit, Nos
igitur supplicantibus illis legittimis permoti racionibus
permisimus vt quotannis aliquot Naues proprias frumento
onustas educere, externasq ad se venientes onerari pos:
sint, tam diu donec aliter constituerimus, hortamur
igitur Illtatem Vram ne illos Ciues nostros Elbingen
in huiusmodi Nauigacionis admissione in portu suo aut
alibi quouis modo impediat seu impediri permittat pro
gratia nostra. Que bene valeat Dat Cracouie
die xiiia Marcii Anno domini Mo. D. XXXIo
Regni nri Anno XXVo

Petrus Tomicius Eps Crac. Regni Pol. Vicecancell
Alberto Marchioni Brandeburgen. Duci in Prussia

Illtris me Princeps et domine domine honoranme Magna
leticia affecerunt me littere Ill: vre. q ex eis intellexerim
eidem persuasum et insitum esse, me apnt. Regiam Mtem
clementissimum dominum nrm, dignitati et commodis eius
pro facultate mea inseruire. Sed q ad quatuor millium flo:
renorum Summe solucionem attinet, vbi Ill: d: vra insta:
bat, vt ei dicta suma, ad festum Cathedre Sancti Petri
solueretur, tametsi et ego, quo id perfici possit operam meam
qz maxime potui impendi, et familiares Ill. d. vre Nipczic
et Samboczki, Sollicitare non desinebant, nequaqz tamen
negotium ita confici potuit, prout raciones Ill: vre ex:
poscebant id qz propter certas et iustas causas, peractum est
tamen non nichil de ipsius summe ad tempus cupitum solu:
cione prout de eo, atqz etiam de reliquo, videlicet Illtrismi
domini Friderici in Slesia etc Legnicen Ducis negotio, Ex
lris Regie Mtis plenius intelliget si igr sub hoc tempus
voluntati et desiderio Ill. d. vre ad plenum mos geri
non potuit, Rogo, et oro, non mee incurie, Sed cause, et tpm
difficultati, id asscribere velit id qz faciat vra Illma
Do pro summa sua prudencia et humanitate. Cui me cum ser:
uiciis meis comendo, optoqz et precor illi hunc nouum annum
cum multis aliis annis subsequentibus, faustum et foelicem
euenire Dat

Petrus Tomicius Eps
~~Sigismundus primus Rex Polonie~~
Castellano Gdanen.

Generose domine amice charme, Recte fecistis quod eciam Regia Mtas approbauit q cum Illtri domino Prussie Duce congressi estis. Et de rei serie: quomodo inter vos acta est eandem Regiam Mtem fecistis certiorem. Q autem aduentum vrm ad regiam Mtem propter certas causas differri optatis sciatis hunc Conuentum Piotrkouien, adminus adhuc vsq in xiiii dies protrahi opportere, et demum recta in Radom profecturam Mtem Regiam. et illinc recta via ad Lithuaniam iturum, Interea temporis potestis vos recolligere et res quas pre manibus habetis ordinare, atq ita ad suam Mtem ad Radom venire, Quod vt faciatis suademus et consulimus, triginta duos cum medio flor pecuniarum in moneta quos pro Stanno exposuistis vobis mittimus simulq agimus et habemus vobis gras, q in curandis rebus nris, tam diligentes fueritis. Quod scribitis quo modo domino Prussie Duci cum Epo Pomesaniensi conuenerit intelleximus, habet Epus ipse id quod tanto pere concupiuit. Q: vram bene valere optamus Dat

Sigismundus Primus Rex Polonie. ?
Mathie de Drzewicza Epō Cuiavien

Rnde in Chō Patex. Sincere nobis dilecte. Cum iam: pridem Elbingen' Mgratus questus esset apud nos, de Mona: chis et Monialibus Gdanensibus Ordinis Sancte Bri: gitte, q videlicet, certas pecunias, aurum, argentum, gemas, litteras testamenta, Ciuitati pertinencia, Ex vrbe eorū abstuliss̄ent, Nos ad eosdem Monachos, et Moniales dede: ramus litteras eis p̄cipientes, vt dictis Mgrātibus, oia que eis pertinerent restituerent. Quod tamen idem Mo: chi (prout ex eorundem Elbingensium litteris his diebus ad nos missis intelleximus) non fecerunt. hortamur igr̄ P: vram et volumus vt dictos Monachos, et Moniales ad restitucionem suprascriptarum rerum omnium, cum mrā, hū sua auctoritate compellat, ne demceps Elbingenses ipsi de ea re occasionem coram nobis conquerendi habeant factura vrā Prtās pro officio suo et gratia mrā que bene valeat Dāt

Petrus Tomiczki Eps Crac: Vicecancell
Proconsulibus et Consulib. Elbingensibus

Famati domini amici nri dilecti. Pecuistis nos per litteras
vras, vt in negotiis, de quibus ad Regiam Mtem scripsistis
vos iuuaremus, fecimus id non grauatim, optinuimusq; a
sua Mte tantum quantum hoc difficillimo tempore obtine:
ri potuit, prout hec ex litteris sue Mtis plenius intelli:
getis insuper dedimus et cum pntibus mittimus lras ad
Illtrem dominum Ducem in Prussia vt homines pros:
criptos e Ciuitate Gedanen et Elbingen in terris suis
non foueat, et alias lras ad dominum Epm Varmien. vt
permittere velit quo subditi sui cum Mercibus Gedanum
versus proficiscentes. apud vos se sistant ad triduum, et
Merces suas venales exponant. Quod etiam attinet ad
Monachos et Moniales Sancte Brigitte Conuentus Ge:
danen, dedimus lras ad Rmum dominum Epum Vla:
dislauien, et Mgratum Gedanensem, prout optastis
et eas cum pntibus mittimus

Sigismundus .i. Rex Polonie.

Nobilibus et Generosis Achatio Czeme Succamera:
rio Pomeranie et Schlochouien et Stargardien Capita:
neo et Joanni Proki Capitaneis nris Gedanen fideli:
bus dilectis graciam Regiam, Nobiles et Generosi fide:
les dicti, Jam alias dedimus in mandatis Mgratui
Ciuitatis nre Gedanen vt cogent fratres ordinis Sacte
Brigitte Conuentus Gedanen ad restituenda Cle:
nodia, litteras, Priuilegia et res alias ex Monaste:
rio Elbingen sui ordinis abductas ad manus Pro:
consulum et Consulum Ciuitatis nre Elbingen Quod
cum hactenus factum non sit, scripsimus iterum hac de
re, eidem Mgratui Gedanen vobis vero comitti:
mus et mandamus vt vna cum eodem ipso Mgratu Geda:
nen, cogatis fratres et Monachos predictos vt restitu:
ant ea que alterius Ecclesie sunt, et non eludant vlterius
dilacionibus non necessariis et diffugiis, iusticiam Ciui:
tatis nre Elbingen, audiatis tamen eos, et vbi causas ius:
tas non attulerint, que illos releuare possent, mandatum
nrm regium exequi curetis pro gra nra, non aliter
facturi Dat 26

Sigismundus primus Rex Polonie
Proconsulibus et Conss: Gdanenbus

FAmati fideles nri dilecti. Sepius queruntur Proconsules et Consules Ciuitatis nre Elbingen de fratribus Ordinis Sancte Brigitte Conuentus Gedanen, q illi vasa Sacra de auro et argento, litteras Priuilegia, aliaq ornamenta Ecclesiastica, que Monasterio Elbingen eiusdem Ordinis, fuerunt donata liberalitate Ciuium suorum, et que ydem fratres inde istuc asportarunt, restituere illis recusant. Nos equum et iustum esse arbitrantes vt ea que Monasterio et Ecclie Elbingen data sunt ex pietate christifidelium, ad alia loca non transferantur, iterum mandamus vobis vt cum vigore pntium litterarum nrarum fueritis requisiti vocatis ad vos fratribus et Sororibus predictis Declarataq illis querela Ciuium nrorum Elbingensium precipiatis eis nomine nro, vt omne aurum argentum Priuilegia litteras et alia que ex Monasterio Elbingen receperunt, ad manus Mgratus Ciuitatis nre Elbingen restituant sine vlla contradictione et renitencia, Cum enim prouocantes ad nos fuerunt hactenus negligentes in declarando iure suo coram nobis verisimile est illos non habere quo se tueantur, quare imponatis tandem finem huic controuersie querele, et quisq Ius et iusticiam suam retineat pro gra nra non aliter factura Dat

Fraternitatibus et contuberniis
Mechanicorum: Gedani:

Sigismundus I Rex Poloniae

Famatis Sculteto et Scabinis Ciuitatis nre Gedanen fide:
libus nobis dilectis gratiam regiam, Famati fideles dile:
cti Expositum est nobis pro parte deuoti fidelis nri
Georgii Nyderhoff Ciuis Gedanen, qd cum in causa
que inter ipsum et Joannem Bochelman, super viginti las:
tis salis coram vobis mota est terminum trium mensium
ad probandum intencionem suam ipsi Georgio statuisse:
tis ipse decreto vro parere volens, ad examinandum
testes quosdam sibi necessarios et in remotis locis constitutos
qui se a perhibendo veritati testimonio subtrahunt man:
datum nrm ad illa loca defferre est coactus Quia ve:
ro intra statutum a vobis terminum executionem pre:
missorum obtinere et probaciones illas vobis pntare non
potest, nobis supplicauit vt sibi benigne prospicere digna:
remur ne ex coartacione termini predicti, Juris sui detri:
mentum paciatur Quia igitur de predicto mandato a
nobis impetrato noticia certam habemus Volen pro
officij nri debito dicti Georgii necessitatibus et iusticie
partis vtriusqz prouidere vobis mandamus vt prefato
Georgio, si id a vobis petierit terminum predictum
ab illius fine, ad alios tres menses pro expeditione exa:
minis testium eorundem facturi rem offitio vro digna
et pluribus equam Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Georgio et Barmino Ducibus Pomerae.

Illtris^mi Principes et domini Nepotes michi char^mi Rndus dominus Mathias Epus Vladislauien habet certa bona sua Epalia in Lawmbergen Territorio ditionis vrarum Illtatu, is qui^a veretur ne propter hanc nouam in Religioe Chriana perturbationem in eisdem bonis aliquod detrimetu vel incommoditatem subeat. Supplicauit nobis vt sibi super ea re prouideremus. Nos vero cum bona ipsa in ditione vestrarum Illtum sita sunt, ita potissimum rebus dicti Epi prospicere posse animaduertimus, si pro eo ad Ill: vras scriberemus. Rogamus itaq illas velint dicti Territorii Lawmbergen prefecto imperare vt talia bona dicti dni Epi a quorunuis hominum molestia deffendat, redditus Episcopales retentos illi exolui faciat, piscaturam in loco Lepssko restituat, et vniuersa bona Epalia in eodem Territorio existencia in iusticia et immunitate Ecclesiastica iuxta Priuilegium infeudacionis vrarum Illtu contineat Quod easdem Illtes vras pro virtute sua, et in Ecclesiam pietate facturas non dubitamus Que bene valere optamus Dat

SIgismundus Rex Polonie Alberto Duci Prussie

Illtri Principi, et domino Alberto Marchioni Brande:
burgensi, in Prussia, Stetinensi, Pomeranie, Sclauorum,
ac Cassuborum, etc. Duci, Rugie Principi, Nepoti
nro charissimo, aut eius vicesgerentibus et Prefectis. Sa:
lutem et omne bonum. Retulit ad nos fidelis dile:
ctus Joannes Samboczki Curialis noster. Quomodo.
dum ipse seruicio nro occupatur, sub absentia eius, Rus:
ticorum nonnulli ex bonis eius, que in Ducatu nostro Ma:
souie habet, desertis agris et debitis obstricti, auffugientes
in terris Prussie, ditionis Ill: vre receptum habent,
Rogauitque nos, vt sicubi per missos eius inuenirentur,
quo sibi per Prefectos Ill: vre traderentur ad eande
Ill: vram pro eo scriberemus, cum autem iusta petat, Ro:
gamus mandet suis, vt ei tales perfuge tradantur restitu:
anturque, et illinc aufferri permittantur. Quod factura
Ill: vram non dubitamus, Quam foeliciter valere
Cupimus Datum

PETRVS Tomiczki Eps Crac Vicecancellus Mathie Lang Proconsuli Gdanensi

FAmate domine amice charme: Salutem dominus Philippus Holkner legum licenciatus reddidit nobis litteras vestras quibus officia in vos nostra cum summa animi gratitudine repetistis et commemorastis. Nos quidem probitatis et fidei vestri fama permoti et fecimus perlibenter si quid rebus vestris commodare potuimus et per occasionem facere non cessabimus Quoniam vero idem licenciatus qui et vras et vestrorum sociorum liarium (vt scripsistis) negotium erat curaturus tunc huc venit cum Regia Mtas pestem fugiens Cracouia iam discesserat et cum paucissimis esse constituit propter absentiam sue Mtis non licuit nobis eidem negotio vestro tantum prodesse quantum fortasse in presentia sue Mtis profuissemus. Attamen dedimus in eo ipso negotio litteras tales quales ad presens tempus dari licuit prout hoc ipsum etiam ipse dominus Philippus qui diligentissime et prudentissime rem apud nos curauit vobis coram refferet tamen si heedem littere in tali negotio date minime proderint vos quoque nobis significaueritis eas nobis non profuisse dabimus operam vt aliqua alia via et processu rebus vris consulatur sed vt superius scripsimus explicabit ista coram vberius ipse dominus Philippus cuius res et negotia vt alias eciam nunc quoque vobis comendamus Constat enim nobis eum de Gdanensi Reipublica non vulgariter meritum esse Valete Dat

Petrus puer, filius Magci Nicolai Tomieski Castellani Gnesnen, Prefecti Stabuli regii: Regem excepit hac oratione, ad Islszam, per Tomicium epm inuitatum: ex Varsseuia Cracouiam proficiscentem. 1526. 7bz.

Sacra Rma Mtas princeps inuictme. Quantam leticiam, et Rmo dno patruo meo, et nobis omnibus, adventus tuus attulit, non ego puer, sed ne Cicero quidem ipse si adesset, exprimere posset: non solum quod illic Sol oriri videtur, quocumque princeps suus applicat, et talis quidem princeps, qualem alterum Sol ipse hoc seculo non videt: sed etiam quia quitquid dominus et patruus meus; quidquid et nos omnes sumus, tua regia benignitate et beneficentia toti sumus. Quare non in alienis quidem, sed in tuis ipsius ædibus esto: tuis hijs omnibus quecumque tibi a Rmo patruo meo, summa alachritate et consolatione exhibentur, vti, et boni consulere velis. / Et quia Dos Deus, me eodem mense, quo et filium tuum Augustum nasci voluit, supplico Mti tuę, vt me in numerum seruorum eius asstribere, et illius gratie comendare digneris. vt quos ~~vnus~~ mensis vnus in lucem edidit, vna etiam ętas et vita simul ęduret, illum quidem ad regnum et imperium amplissimum: me vero ad eius seruicium et fidum et idoneum. Dabo enim operam, vt qualem nunc Mtas tua, et Rmum patruum, ~~meum~~ et parentem meum in tuo seruicio experiris, talem ille me etiam posthac seruitorem suum cognoscat

Dixi.

Ex Bibliotheca Nicolai Thomasii Cardinalis.

De Ludouico Vngarie et Bohemie in conflictu cum Turcis occiso.

Cricius eps fecit.

Ludouicus Vngarie et Bohemie Rex:

Patre Vladislao adhuc viuente vtriusq; regni diadema puer accepit, Matrimonium cum Maria Sorore Caroli Coesaris, et Ferdinandi Regis contraxit, virtute, ingenio, proceritate, et viribus corporis supra aetatem conspicuus. Mortuo patre magnis Chrianorum Principum promissis ductus, Thurcorum rabiem in se prouocauit, multisq; Arcibus ammissis, ad extremum Solomoni Imperatori, cum ingenti et instructissimo tam nauali q̄ terrestri exercitu ad occupandum regnum Vngarie venienti, cum suis duntaxat et hiis quidem longe imparibus copiis sese obiecit, et fortissime pugnans cum multis Primariis tam Ecclesiacis q̄ Secularibus viris interiit, Anō à Chrō nato M°. D. XXVI° die XXIX. Augusti, Aetatis sue anno XXIIII. Corpus eius inuentum, et in Albam Regalem deductum, illic demum à regnicolis suis cum honore debito est tumulatum die IX Nouēbris

Cricius eps fecit.

Epitaphium eiusdem regis.

Si Curios Fabiosq; suos, Si Roma Camillos
Effert, pro patria qui subiere necem
Iure tuos celebrare potes Vngaria Reges
Bina Jagellonie germina sancta domus
Vladislaus erat primus, Ludouicus hic alter

Pro laribus vitam qui posuere suis
Viribus imparibus sunt ambo fortiter ausi
Cesare cum Thurco conseruisse manus
Et potius duxere pijs occumbere in armis
Viuentes prede q̃ sua regna dare
Magnanimi iuuenes placida pro pace suorum
Proq̃ fide Sancta qui voluere mori

Instructio a Sigismundo primo rege Polonie in Vngariam: dum incertu erat regem Lodouicu periisse. data Nicolao Nipszic aulico regio

Varssauie 7bz. 1526.

In primis apud Serenum dominum regem Vngarie Nepotem nrm charissimum hec ages, referes illius alti, q̃ cum ab exploratoribus meis didicissemus Imperatorem Thurcorum summis viribus ad regnum eius finitimis Vngarie contendere, nec tamen posthac vsq̃ huc esset nobis abeunte quicq̃ in hac re significatum. sperabamus eum rumorem et relacionem ipsorum exploratorum nrorum vanum esse, eaq̃ spe nos vsq̃ huc in aliis arduis negociis meis que nos in Prussia detinebant solabamur

Verum cum nuper partim ex literis mercatorum, partim ex fama comuni accepissemus ipsum Imperatorem Thurcorum Vngariam adortum, et arcesq̃ oppugnare, et regnum depopulari, ac eodem ipso tempore ingens vis Tartarorum in regnum nrm irruperit, minime ex condicto inter se ipsorum, vt vtrinq̃ nem occuparent, omissis

rebus omnibus accurrimus huc ad tam graue et inspera:
tum incendium extinguendum, et licet Thartari maxio
damno nobis illato et preda ingenti abacta discesserint
more suo, tamen exploratores nri nobis significant
ipsos paulo post redituros esse

Quare audientes indies magis confirmari famam de
hiis que in Vngaria per Thurcos aguntur, et ipsi pariter
~~xint~~ in eisdem angustiis et periculo existentes nequea:
mus in presens illius Mti, tam subito et insperate oppre:
ssi, quicqz subsidii afferre, misimus te ad eius Mtem
inuisendam et ad ea que priuatis lris et rumore ad
nos perferuntur certius cognoscenda

Rogabis itaqz nro nomine illius Mtem vt infracto sit ani:
mo vtqz nichil pretermittat quod ad resistendum hosti et
suum regniqz sui Statum conseruandum oportunum vide:
tur, ac vt qz primum et summo Pontifici et Coesaree Mti
hanc suam et regni sui calamitatem et excidium declaret
quorum hortatu et pollicitis hanc totam belli molem in se
et regnum suum eius Mtas deriuauit, vt illi tandem sumi
vertices depositis suis inter se conflictacionibus et dissidiis
communi omnium rei Chriane discrimini succurere curet
nos dummodo adhuc nobis spacium detur consilii capiendi
nulla in parte quantum maxime poterimus, illius Mti, et no:
bis ipsis, non deerimus, sicuti hactenus id quicquid per
nos prestari potuit, semper facere curauimus

Eadem erunt cum dominis ipsius regni Hungarie loquenda
et nra eciam calamitas declaranda, hortandiqz nro nomine

vt iam tandem odia et inimicitias intestinas deponant, et ope-
ram omnem adhibeant, vt in tanto discrimine Regem patri-
amq; suam et se ipsos saluent et conseruent

Potissimum vero erit adhortandus dominus Voiewoda Tras-
siluanie, vt ille sicuti opibus facultatibus et auctoritate re-
busq; gestis illic prestat, ita nunc modis omnibus adnitatur
vt in tanta regni illius calamitate, et fidem et animum suu
declaret nomenq; et famam suu quam ante non vulgaribus
gestis sibi comparauit minui non sinat.

Visendus etiam per te erit dominus Baro nunctius et Legatus
Apostolicus, cui declarabis nobis esse gratissimum q se adhuc
in regno Hungarie contineat, speramus enim q eius consilio
ac ope summi Pontificis, nobis laborantibus, multum comodi
sit accessurum

Declarabis eciam illi qua causa tam Hungariam miserimus
et cum nos duo cum Sermo Nepote mo soli tantam molem
Thurcorum et Tartarorum sustineamus opusq; sit iam auctis
in mensum viribus ipsorum infidelium, et nobis labora-
tibus, omnibus Christianorum viribus ad tantum incendiu
extinguendum, hortaretur ipse dominus Baro Sumum Po-
tificem, vt Christianos Principes inter se dissidentes quam
citius vniret, ac nobis oportuno subsidio adesset, alioquin
breui de re christiana actum videbitur

Hec summatim notata tu pro tuo ingenio ita extendes et mo-
derabere, prout res et dignitas nostra postulabit, eaq; ages
et loqueris, qué tam ad consolandum regem et dominos ipos
q; eciam illos ad defensionem excitandos oportuna et vti-

lia cognoueris que industrie tue committimus. In reliquis vero prout illa tempus afferet consilio Serm̄i domini Nepotis nostri, ac ei et rebus eius fideliter consulentium ac bene volencium insistes

Que dicenda dominis Regni Hungarie Seorsum nomine Regio

Post dictam Salutem et fauorem Regium, declarandus ingēs dolor Mtis sue regie, accepto infoelicissimo euentu Serm̄i domini Nepotis sui et illius regni Hungarie et q̄ Mtās sua non solum in hoc grauissimo casu ipsius Serm̄i nepotis sui Regniq̄ illius cui omnia bona et fausta semper non secus fauit, q̄ sibi ipsi et regno suo proprio sed eciam in imminēti ruina tocius Christianitatis sit anxia et sollicita

Et proinde rogandi illi domini, nomine Mtis sue regie vt ni tanto incendio et prēcipicio regni et patrie sue non desint et domino suo si incolumis euasit, quod dominus deus concedat et sue etiam ipsorum saluti consiliis, et vnitis viribus que oportuna adhuc videntur aut fieri possunt, vt si hostis ita facile exturbari non possit, saltem ne omnia occuparet impediretur

Vbi vero ipse Serm̄us Rex ille in hoc euentu quod dominus deus auertat interiisset, cogitarentq̄ primum de sufficiendo sibi tali rege qui sufficiens esset prudentia et pericia sua, necnon auxiliis aliorum Regum et Principum Chrianorum ac vicinorum dominorum Regnum ipsum Hungarie tueri, et ab

hac calamitate liberare. Qua in re et in omnibus aliis nolle Mtem suam ipsis dominis et eorum regno cum consilio et auxilio et fauore, quocumque modo posset vnquam deesse

Data erat hec procedens Instructio domino Nipschicz in Vngariam dum adhuc non satis compertum fuit de regis Ludouici occisione Varschenie

Sigismundus primus Rex Polonie. Proceribus Vngarie.

RSpectabilis ac Magce. sincere nob dilecte.

Rme. Intellientes hoc tempore Imperatorem Thurcorum maximis copiis Regnum istud Hungarie inuasisse quo et nrm a Thartaris acerrime infestatur, mittimus ad Sermum Principem dominum Ludouicum Vngarie et Bohemie regem Nepotem nrm charmum, hunc nobilem et generosum Nicolaum Nipschicz Aulicum nrm fidelem dilectum vt pro nra summa sollicitudine de Statu illius Mtis et regni ipsius Vngarie et certiores reddamur de successibus istis et eam sollicitudinem nram et dolorem quem ex hisce rumoribus concepimus illius Mti declaremus. Commisimus eciam eidem nunctio nro et vram Prtem inuisere et nonnulla illi nomine nro referre, et proinde postulamus ab illa vt fidem illi adhibeat et in his que retulerit, ita se pro sua prudencia exhibeat, vt sui Regis et patrie salus in tanto discrimine constituta exigere videtur et bene valeat. Prtas vra

Sigismundus primus Rex Polonie Marie Regine Vngarie

Exma Princeps et domina, Soror et affinis mea charissima. Accepimus infoelicissimum nunctium prostratum esse cum exercitu suo per Thurcos Serenum Nepotem meum dominum Ludouicum Vngarie et Bohemie regem, tantamque in eo Stirpem commissam, vt de salute illius nobis non sit satis compertum, quo ingenti et miserabili casu accepto, non solum eius nobis, sed etiam vniuerse reipublice Christiane quanto dolore affecti simus, facilius est nobis vere existimare, quam nobis exprimere, Ac non dubitamus eandem nobis veram pari dolore, et animo esse afflictissimo, mittimus ad illam visendam hunc nunctium meum, quam plurimum rogamus meminisse velit sortis et vicissitudinis rerum humanarum et quod huiusmodi quantumuis infoelix et calamitosus euentus insolitus non sit tam summis, quam infimis mortalibus, sitque hec alea humana in manu eius, cui resistere, aut quem corrigere nemo potest, Sed quicquid placitum est eius diuine nobis id equo animo ferre necesse est et proinde sit eo animo nobis vna, qui tantam regnam tantamque regnorum eius tempestatem ac calamitatem decet, vt et Serenos fratres suos ad succurrendum tante rei Christiane ruine commone faciat, et ipsa quod reliquum istic salutis esse videtur prospicere quam primum et exequi curet, nos: quam de vita Serenis Coniugis sui, tum eciam de rebus

omnibus, q̃ celerius poterit certiores facere dignetur qui vrē Mti et Regnis eius in omnibus quecumq̃ oportuna fuerint, et quē per nos prestari poterint consilio et auxilio nostro non deerimus Quē foelicissime valeat et quā: tum potest, dolori et lachrimis temperet iterum rogamus

Sigismundus primus Rex Poloniē Joanni de Zapola Comiti Scepusiensi palatino Transiluaniē

SPectabilis et Mgcē dnē affinis charmē, Non dubitā: tes tuam M: graui affectam esse dolore et sollicitudine in tam aduersa sorte istius regni Hungariē, ipsiq̃ etiam nos anxii existen̄ de impendenti nobis in commune omnibus periculo et discrimine Mittimus ad inuisendam tuam M: hunc nunctium nostrum Nobilem et Generosum Nicola: um Nipssicz Aulicum nostrum fidelem dilectum, per quem illi nonnulla ad comūnem rem et Statum horum regnorum significamus Rogamusq̃ M: tuam, vt et credere illi velit quē referet, et se talem in hac aduer: sissimi temporis condicione prestet qualem et patrie salus et nostra ac omnium spes et expectatio de illa exposcit op: time Valeat tua Magnificentia

Sigismundus primus Rex Polonie Proceribus regni Vngarie.

Rndi in Chro Patres, Spectabiles et Magci nobis sincere dilecti. In quantam iterum et quasi anniuersariam calamitatem inciderit Regnum istud vrm, non sine grauissimo dolore nro audimus, planeqz videmus quorsum Status vester et gloria nominis vri vergat, Itaqz hortamur vos ex corde, vt que salutis et honoris vri sunt dispicite, et virtutis fortitudinisqz maiorum vrorum mementote, Nos quibus hec calamitas et successio vra tam subito tamqz insperate audita est, quicquid in nris etiam domesticis difficultatibus prestare poterimus neqz Sermo Regi vestro, neqz vobis deesse curabimus foeliciter Valeat vre Stes Dat &c

Qui in bello perierunt pugnando cum Turcis

Ladislaus Zalkanus Archiepus Strigonien, et primas Regni Vngarie

Paulus Thomori Archiepus Colocen, gnalis Capitaneus exercitus.

Franc Perinii Epus Varadien filius Palatini defuncti

Philippus More, Episcopus Quinqueecclesien

Blasius Paxii Episcopus Jaurien'
Franciscus Chabalii Epus Chanadiensis
Georgius de Palyna Doctor Epus Gesnen'

Ex Episcopis ex prelio euaserunt

Zagrabien', Vacien', Nitrien', Sirimien', qui et Cancell'
Episcopus Segnien'

Non interfuerunt

Agriensis. et dominus Transiluanien' dns Tminiensis.

Ex Secularibus perierunt

Georgius Comes Scepusien' fr Voiewode Transilua
Capitaneus generalis Collega dm Colocen'

Joannes Dragffi Judex Curie. quod est secundum post Pala:
tinatu' in regno officium

Ambrosius Sarkan Comes Zaladien'. Baro.
Franciscus Orzagh. Comes et Baro
Petrus Kozlathkewi Magr Curie Regie
Andreas Threpka Magister Curie regie, Baro.
Anthonius Palogi Comes, Baro.
Gabriel Perini Comes, Baro.
Mathias Zlini Comes de Frangepambus
Franciscus Kamtho, Baro
Sigismundus Barffi, Baro.
Thomas Zechi Comes, Baro
Laurentius Banffi, Baro.

Joannes Balthiani Cubicularius, Baro,
Simon Horwath magister Pincernarum, Baro,
Nicolaus Thargai Capitaneus, Cubicularius
Georgius Ozloffchit Capitaneus Segnien
Joannes Paxii Comes Tolnensis
Franciscus Balassa
frater Pauli Bakith
Franciscus Chalkii
Stephanus Hagzel Castellanus Posonien

Capti

Michael Fekeleff Cubicularius
Barthlomeus Mailini Cubicularius prefectus Armor

Primores ex Nobilibus cum Cubicularijs
et Aulicis regijs circiter Quingenti

Secretarius Regius vnus
Equitum quot millia perierunt vix possumus adhuc conjicere debent esse ad millia quatuor
Peditum decem millia cum suis Capitaneis
Curruum circiter quinq3 millia
Equorum Curruliun circiter Quindecim millia
Tormenta maiora bellica octoginta quinq3
Minora que nos Barbatha Pragen appellamus Quigenta
Naues onerarie ducenta
Interfecta ppe Strigonium rusticorum quinq3 millia
partim capti partim interfecti per Vngariam in diuersis locis vsq3 ad ducenta millia

Ex Secularibus domins redierunt.
Dominus Stephanus de Bathor Palatinus Regni Vngarie

Dominus Franciscus de Bathian Banus Croacie
Dominus Petrus Perini Comes Themosien, Baro,
dominus Andreas de Bathor Comes, Baro,
dominus Ladislaus More, Mgr dapiferorum, Baro,
dominus Emericius Orzak Mgr Cubiculariorum Comes Baro
dns Joannes Bamffi Comes, Baro,
dns Petrus Erdendi
dns Joannes Tahy, Baro,
dns Caspar Rasky

Non interfuerunt prelio ex Secularibus

Joannes de Zapolia Comes Scepusien Voiewoda Transil:
Georgius de Bathor Mgr Agasonu Regalium valetudi: uanien
Michael Orzakg, Baro valetudinarius rius
Gaspar Schumy
Gassper Horwath Mgr Dapiferoru, Baro,
Joannes Gappo Baro, relictus ad custodiam Slauonie
Ex Comitibus Croacie nullus interfuit preter Mathia
Zlinij suprascriptarum quia tarde venerant
Despotus Rascie deputatus ad Custodiam Possseghe

Stephani Broderici Epi-
scopi Sirmien. Hungari
de conflictu Vngarorum
cum Solimano Turcorum
Imperatore ad Mohacz
in quo Rex Vngarorum
Ludouicus victus cum ex-
ercitu interiit: hystoria
verissima

O pereprecium fore putaui : si bellum quod Diuus Ludouicus Hungariæ et Bohemiæ Rex : vnicum hoc seculo nostro vere probitatis exemplum : cum Solimano potentissimo Turcorum Imperatore maiore animo ac necessitate · quam vel viribus vel euentu : proxime gessit · et in quo interiit, breuiter describerem · eo etiam consilio quod video esse nonnullos partim qui hæc aliter quam acta sunt narrent : partim qui nostros aliis aliam ob causam criminari non cessent : atque hunc infælicem pugnæ euentum : non solitis rerum humanarum casibus : sed nostrorum culpæ : falso ascribere nitantur . Miseram humanæ calamitatis sortem vtpote quæ non solum ipsa per se sit satis grauis : et ærumnosa, sed etiam quod omnia quæ vel fieri · vel vitari potuisse videantur · soleant calamitatem passis imputari, idque etiam quandoque per ludibrium. Nos quoque vt video, et Rex noster inclitus · qui caput suum non dubitauit pro Christi relligione : et pro aliis Christianis ponere de hoc tam sancto opere et bono non solum non laudamur · sed etiam lapidamur : et non saltem misericordiam aliquam tantæ nostræ miseriæ ab hiis pro quibus hæc passi sumus meremur, quibus haud scio : an aliud iure imputari possit · nisi quod ab eo tempore quo Christi Dei optimi Maximi ductu ex Scithia venimus : et fidem Christi professi sumus · fuimus semper scutum et clipeus omnium aliorum Christianorum : et quod in hoc præclaro (nostra sententia) Christianitatis obsequio · duos iam Reges · ambos eadem Jagellonia stirpe prognatos, tot præterea vtriusque ordinis Principes viros, tantum nobilitatis et militiæ tantam et tam innumerabilem populi multitudinem amisimus · ipsis interim si Deo placet · bella plusquam ciuilia ac plusquam fraterna inter se gerentibus · et vno in alium culpam huiusmodi bellorum referente

Potuissent dicet aliquis · multa in hoc bello melius prouideri . Nos autem dicimus · nullum adhuc fuisse · neque ita potentem · neque tanta

facilitate prędituꝫ: vel Regem vel populuꝫ qui non aduersam etiaꝫ aliquando fortunam sit expertus. Nos posthac etiam prędare actum izi cum Christiana reꝑca putabimus, si reperiet nationem aliquam, quæ eam per quingentos amplius annos, suo sanguine, et suo primato sumptu ab externis hostibus tueatur. Sed vt omissis his licet iustissimis querelis ad rem nostram redeamus: descripsimus hæc rerum ita vt ea agi vidimus. Si stilus videbitur sicuti est incomptior, scimus non deesse plures, et in Hungaria et in Polonia natos, qui poterunt hæc si voluerint exornare. Quod si faciant, tantuꝫ abest, vt molesto id animo simus laturi, vt eos ad id vehementer etiam hortemur, et gratias ei simus hoc nomine acturi, dum modo non recedant ab hac rei gestæ veritate. Nobis satisfuerit illis materiam tantum dedisse rudem illarum dolabris, et ascijs leuigandaꝫ, et expoliendam. Apposuimus hic statim in principio nomina eorumꝫ qui tunc maiores Magistratus erant, q̃ per hos magna ex parte acta sunt omnia. Bene vale Lector optime et boni omnia consule

In mortem Ser^mi Ludouici Regis Vngarię
Andreas Cricius Eps Plocensis

Si Curios Fabiosq; suos: si Roma Camillos
Effert, pro patria qui subiere necem:
Iure tuos celebrare potes Vngaria Reges
Bina Jagellonię germina sancta domus.
Ladislaus erat primus, Ludouicus hic alter
Pro Latinis vitam qui posuere tuis.
Viribus impatibus sunt ambo fortiter ausi
Cęsare cum Turco conseruisse manus.
Et potius duxere pijs occumbere in armis
Viuentes prędæ quàm sua Regna dare
Magnanimi Juuenes casi pro pace suorum
Proq; fide, melius non potuere mori.

Clades Mohacienſis

Regnabat eo tempore quo Hungariam Solimannus Turcarum Imperator validiſſimo exercitu eſt aggreſſus, qui fuit annus a Chriſti natiuitate ſextus et vigeſimus, ſupra milleſimum quingenteſimum. Ludouicus eius nominis ſecundus, Vngarie et Bohemie Rex, Wladiſlai ex Anna de Candale Galla filius; qui patre in etate pupillari amiſſo, agebat eo tempore quo bellum eſt ei per Turcam motum primum et vigeſimum annum.

Fuerat ei paucis menſibus ante patris mortem deſponſata Caroli Imperatoris et Ferdinandi Archiducis Auſtrie ſoror Maria, quam ſtatim vt ad annos puberetatis peruenit duxit in uxorem; ſoror ſua natu maiore Anna eodem tempore Ferdinando in matrimonium tradita. Erat Ludouicus iuuenis proceruus, forma corporis ſupra alios equales egregia, nature ſingulari benitate; et preclara indole virtutis ita inſignis, vt ſi cum ad maturiorem etatem peruenire contigiſſet, habuiſſemus in eo procul dubio, longe optimum ac preſtantiſſimum Principem. Ingenio erat miti admodum ac minime feroci, ad omne rectum et honeſtum mire flexibili, et ſua etiam ſponte proclivi. Preterea armorum tractandorum, equitandi, venandi, et alia huiusmodi iuuenilia ac militaria opera exercendi ſtudioſus, verax, conſtans, et ſecreti, ſi quod ei credidiſſes tenacissimus. Erat eodem tempore, Regni Comes Palatinus quem vocant; que prima eſt a Rege inter Seculares dignitas, Steffanus Bathori, ſuperioris Steffani Bathori, qui ſub Mathia Rege impigre, et magna cum laude rem Tranſiluanam adminiſtrabat, ex fratre Andrea nepos.

Tranſiluanie preerat Joannes Zapoli, comes Scepuſiensis, is qui paulo poſt Regnum eſt adeptus: a patre Steffano in ampliſſimis opibus, cum fratre Georgio relictus, tanta apud nobilitatem gratia, et fauore, vtiam inde a puero, omnes cum veluti Regni ſucceſſorem

si illud hærede legittimo vacuum remansisset obseruarent. et in eum vnum omnium oculi essent coniecti.

Maiori Valachiæ, quam Moldauiam, Stefanus; Minori, quam Transalpinam vocant, Radull, Voieuodæ, imperabant. vterque Regi Hungariæ subiectus.

Banus Dalmatiæ, Croatiæ, et Slauoniæ: Nam hæc tres prouinciæ ab vno Magistratu regebantur, quem nos maritimum etiam præfectum dicimus, erat Franciscus Bathiani, obsequiis familiaribus iuuenis olim Regi adhuc puero conciliatus.

Arcem Themesiensem et eas Regni partes, quas inferiores vocamus Petrus Perinni tuebatur, et is Coronam etiam Regni post mortem patris Emerici Perennii apud eum relictam, cum eo quem diximus Ioanne Zapoli comite Scepusiensi seruabat

Sirmio, et ei Regni parti, quæ inter Sauum et Drauum per ripam Danubii iacet, Paulus Thomori Archiepus Colocensis præerat, ex ordine eorum quos fratres minores de obseruan^a vocamus, vir strennu^s et qui ante q^m eam religionem intrasset, plurima exhibuerat, nec modica suæ virtutis argumenta, cum hoste sepius congressus, vacante postea Archiepiscopatu Colocensi, cum ea loca, amisso paulo ante Belgrado non minus defensore, quam Sacrorum ministro indigere viderentur, et postulatum fuisset in publico Regni conuentu ab omnibus, vt Paulus e religione, si exire abnueret, etiam vi et authoritate Pontificis Romani extractus, illi Ecclesiæ illisque locis ab hoste defendendis præficeretur, diu multumque ac vere, non simulate reluctatum, tandem voluntati Regiæ ac Regni parere coegerunt. In qua præfectura, confessione omnium, perperam etiam de eo iudicantium (vt nulla excellens virtus sine inuidia est) ita se gessit, vt nichil penitus prætermiserit, non solum quod ad strennuum militem et Imperatorem, sed etiam quod ad virum religiosum, et bonum Archiepiscopum pertineret. Nichil de priore vitæ austeritate, neque in cultu corporis, neque in vlla alia re remittens aut immutans.

Comes Christophorus de Frangepanibus, ante Menses aliquot ab obsequiis Ferdinandi Archiducis, magnis promissis ad Regni obsequia

accersitus: cum postea loco beneficii quod expectabat, iniuria non mediocri affectus fuisset, illuc vnde venerat, ad Ferdinandum redierat.

Cancellarii munere fungebatur Stephanus Brodericus, in ea parte Pannoniae superioris natus, quae nunc peculiariter Slauonia nominatur, ad eum Magistratum ex legatione Romana, quam tunc obibat, paucis ante Mensibus accersitus, maiore ad benegerendum animo quam facultate.

Thesaurarii Magistratus erat penes Alexium Thursonem hominem vt opinio multorum de eo erat praediuitem, et eo Magistratu aliquoties antea diligenter functum.

Joannes Burnemissa Pozonien et Budensis arcis praefectum agebat non paruae apud Regem, quem ab incunabilis educauerat in Rege in hanc, vel in illam voluntatem mouendo autoritatis, apud alios fere omnes magnae venerationis cum ob senium, tum propter immotae cuiusdam seueritatis et bonitatis, ac illibatae in Regem fidei opinionem.

Hii fere quos diximus, erant tunc publici Magistratus, caeteri Praelati et Barones, suis quisque priuatis rebus operam dabant preter Ladislaum Salcanum Archiepiscopum Strigonien Regni Primatem, et supremum Cancellarium, qui licet paucis ante Mensibus, vel quia aliter facere non poterat, vel quietioris vitae studio, sigillum Regium quod Secretum vocant in manus Regias tradiderat quod Stefano Broderico fuit datum. penes hunc tamen adhuc magna pars authoritatis residebat, res huius etiam nutu pro magna parte regebantur, cui ob dignitatem, aetatem et prudentiam, rerum quas longo tempore administrauerat agendarum peritiam, Rex adhuc inter omnes plurimum tribuere videbatur, presertim vbi de summa rerum agebatur.

Et is fere erat status rerum in Hungaria, quando Regi Lodouico nunciatum est Solimannum pace cum omnibus finitimis in annos plures firmata, arma infesta contra se, terra aquisque mouere, cum ad id faciendum magnam prebebat oportunitatem Belgradum et Sabatia paucis ante annis in potestatem redacta: Zalonkemen, et omnibus

aliis oppidis citra Sauu eodem tempore dirutis vsq; ad Varadinu Letzi quem totum tractu, nos ducante adhuc antiquo vocabulo Sirmiu appellam9. Quae res talem hosti aditu in Hungariam patefaccerat, vt quoties Sauu transire, et in Hungariam irrumpere vellet agere posset ab eo prohiberi. Praeerat tunc ei Lannomie inferioris partis, quod superius dictu est Paulus Thomori, qui vbi exploratu habuit Turcae in Vngariam aduentu, non contentus id per litteras et nuncios saepe antea Regi significasse, conscensis raptim leuibus curribus, quos nos a loco Coczii appellamus xx^a Martii ad Regem tunc Vissegradi agentem repente aduolat: aduentu et apparatu hostis, ac pericula quae Regno imminerant edocet suaqum ad hostem reprimendu viriu imbecillitatem, celeritate opus esse: Arcendum hostem Sani apud Belgradu transitu, et rem si in tempore prouideatur, tametsi difficilem, non tamen esse prorsus factu impossibilem, ad id, si necessaria sibi deutur, suam operam pollicetur.

Rex his rebus motus et q aduentus Thurci ex pluribus etiam locis vehementer confirmabatur, ex eoru qui tunc secum erant consilio, conuentu pub.cum indicit ad diem diui Georgii martiri, quae proxima erat sacram. Ad quam cum frequentes omnes omniu Prouinciaru ordines conuenissent, decernuntur ibi ea, quae ad Regni defensionem pertinere videbantur. Illud imprimis, vt ad diem Virgini matri ab Elisabet visitatae dicatum, quae in secundu Mensis Iulii diem cadere solet omnes Regni Proceres, tam Ecclesiastici quam seculares, et tota nobilitas viritim, cum certa rusticoru parte Tholnam armati conueniant: hosti inde, cum Rege obuiam ituri. Rex interim ad bellu necessaria paret. Principes Christianos maxime vicinos per Oratores communis periculi admoneat. Bohemos item Moranos, Slesitas, tam nunciis quàm litteris vrgeat ad auxilia debita, et alias sibi ad hanc rem promissa praestanda, neq; committat Pontificem Romanu vrgere, quantu maxime possit, ad eam pecuniam, quam in Hungaria ad militem conducendu Pontifex habebat adaugendam. Nam de Rege Polonie Sigismundo primo patruo Regis alia

prorsus ratio esse videbatur, q̄ is fœdus cum Thurca paulo ante pepigerat, extremum excidium a suis Regnis, quando aliter inter tot Christianorum Principum dissidia non posset, vel hoc pacto auertere conatus, neq; videbatur Princeps integerrimus, et fidei obseruantissimus contra confœderatum Principem, auxilia vlla præstiturus. Eadem de Venetis ratio erat.

Permittitur præterea in eodem Conuentu Regi, vt si ob ærarii pub.ci penuriam, quod mala administratione eorum qui Reip.cæ præfuerant penitus exhaustum erat: Videretur ei Thesauri Ecclesiastici pars aliqua attingenda, id ei facere liceret, Quod vt fieri sine noxa aliqua posset, Romanus etiam Pontifex suo iam diplomate indulserat. Designantur postremo preter illos quos domi habebamus duo bello huic gerendo duces, Comes Christophorus, quem ad Ferdinandum rediisse superius diximus, et Comes Nicolaus de Zolijom

Cum hæc et plura alia in hunc modum essent in Conuentu illo generali constituta, Rex omnibus rebus rite constitutis Conuentum dimittit: Ipse quæ statuta in Conuentu erant, qua maxima potest diligentia exequitur. Primum omnium scribit de his periculis ad omnes Principes Christianos, omnium auxilia implorat, maxime Cesaris Caroli, et Regis Gallorum Francisci, paulo ante ex captiuo in libertatem restituti, vtrumq; summis precibus obtestatur, ne se in tanto discrimine deserant.
Regi Gallorum et illud in memoriam reducit, quid sibi in oppido Piczitgitone captiuus per Oratorem suum, de defendenda Hungaria, et de ferendis, si Deus eum pristine libertati restituisset suppetiis promiserit. Nunc esse tempus vt promissa huiusmodi persoluantur, quando et ei facta esset diuino munere eorum adimplendorum potestas, et sibi extrema immineret eorundem reposcendorum necessitas
Mittit præterea Oratorem expeditum, ad alium sororium suum Principem Ferdinandum, ac ad alios Imperii Principes, qui tum Spiræ Conuentum Imperialem agebant, Mittit in Bohemiam, Morauiam, Slesiam:

Agit cum Joanne Antonio Baroni Burgi qui tunc Pontificis nomine apud Regem Oratorem agebat, vt instet apud Pontificem pro maiori pecunia ad tantum onus belli sustinendi suppeditanda: Proficit argenti dimidio ex Ecclesiis recipiendo Ladislaum Macedonum paulo ante ex Episcopo Sirmiensi. Preposituq quinque Ecclesiensem in graciam Cancellarii Larii facto cum pluribus aliis. Nicolaum vero Gerendi argento huic vel in monetam cudendo, vel ex assensu Oratoris Pontificii, ad hos tantum solos belli vsus militibus distribuendo. Exigitur preterea per Thesaurarium pecunia ab Abbatibus, Prepositis, Capitulis, a ciuitatibus, quas appellamus liberas, a Saxonibus Transiluanis, a Judeis, conquiritur vndiq; nerous belli, ita vt intra paucissimos dies collecta sit in hunc modum non parua vis pecuniarum, in eosdem quos diximus belli vsus distributa. Veniunt interim assidue, modo littere, modo nuncii, ab Archiepiscopo Colocensi, a Waiwoda Transiluano, ab aliis, Turcam iam Belgrado appropinquare, et aliquam copiarum partem que premissa erat iam Sauum transisse, que res acriores addidit et Regi, et his qui apud Regem erant stimulos, vtrum omnium approperandarum: et ante omnia hostis quando iam Saui transitu arceri non posset, a Draui transitu prohibendi.

Verum hic locus postulare videtur, cum sit sepe tam Saui, quam aliorum fluminum et locorum mentio facienda, vt situm vniuersæ Vngariæ, et maxime eorum locorum, per que hostis contra nos venit, per que nos illi obuiam processimus, vbi preliu commissum sit breuiter explicemus.

Hungariam igitur totam, quam nunc vel ab Hunnis, vel ab Hungaris populis ex Scithia certe profectis, qui eam incolunt, ita appellari constat: Danubius omnium quos Europa habet fluuiorum maximus in monte ortus ex Germania defluens, mediam interfluit, atq; in duas partes scindit, in citeriorem et vlteriorem (nam nunc ita loquimur ac si Budæ, que Regni sedes est essemus) citerior ea est, vbi olim Pannonie fuerunt, hæc ab vlteriore Hungaria Danubio, ab Austria et Norico, radicibus Cetii sic olim dicti montis, a Slauonia Drauo

a Bossna et Rascia Sauo fluminibus terminatur. Nam in locis Danubio propinquis, et ad Belgradu' spectantibus, ad Sawi vsq; fluminis ostia cum Danubio excurrit. Walko. Lozegam. Sirmiu' tres insignes prouincias, quas nos Comitatus vocamus a Slauonia diuellens.

Huius citeriozis Hungariæ caput est, ea quam paulo ante nominauimus Buda Regni sedes. Nobiliora in ea oppida alba regalis, cozonatione et sepultura Regum insignis. Strigoniu' Metropolitana. Quinque eccle: siæ Episcopalis sedes. Preterea Sopzoniu' Jauriniu'. et Sabaria diui Martini. et Strigon diui Hiezonimi patria. Flumina in ea nulla no: bilia preter Danubiu'. et Drauu' quos superius diximus. Lacus ha: bet duos nobilissimos Balaton et Fertew. alterum circiter tredecem milliariu' in longitudinem protensu'. alterum non ita longu'. sed Bala: tone longe latiorem. Huic citeriozi Hungariæ vbi Drauu' transieris annexa Slauonia est. pars olim Pannoniæ superioris. inter Drauu'. et Sauu' posita. sed Sauu' etiam longe transgressa. et vsq; ad flumen Vna', hoc enim illi nunc est nomen protensa. Ibi Croatia incipit. posthac Dalmatia sequitur. per oram Adriatici maris. quæ partim Vene: to. partim Thurcæ paret. minima cuius particula est Regi Hungariæ subiecta. Loca Mediterranea Bossnenses tenent et Rasciani. qui olim Mysi superiores fuerunt. Slauoniæ caput Zagrabia est. Cro: atiæ nunc Bibigrew est. antea Timiniu' erat. Dalmatiæ in ea parte vbi Hungaro paret Segnia. Bossnæ Jayczа. Rasciæ sunt Sezuie Bel: gradu'. Et in hunc modu' se Vngaria citerior. et ea quæ inter Danu: biu'. et sinum Adriæ sunt habent.

Vltra Danubiana Vngaria montibus Carpatis supra Losoniu' incipien: tibus, et longissimo flexu ad litus Euxini maris porrectis a Morauia Slesia. Polonia. et a Russia distinguitur, vsq; ad eum locu', vbi regio est quam Maromarussiam vocamus. Ibi eam alii montes. et siluæ ab eo loco Seuerinu' versus tendentes a Transsiluania. et Valachia transalpina separant. Hanc vlteriorem Vngariæ Tibiscus flumen omniu' quos Septemtrio habet fluuiorum quantu' adhuc intelligere

licuit piscosissimus in montibus Maromarussiis ortus media interfluit, preter alia minora duo nauigabilia flumina in se recipiens Tamessiu et Marissiu vtrumq; ex Transsiluania defluentem.

Hæc Vngaria vlterior, hæc habet oppida nobiliora ad Septemtrionem Posoniu, Thyrnauia, Trincziu, et ibidem fluuiu vagum, prope Comaron in Danubiu influentem: Nitriam, et inibi Bistriciam, cum aliquot Montanis oppidis, et auri, argenti, cupri fodinis. Item Vaciam, Pestu Budæ oppositu, Agriam Cassouiam, et aliquot Scepusii oppida non ignobilia. Ad meridiem vero Colocia, Baciam, Zegediu, vltra Tibiscu Varadinu, Debrecziu, Riuulum Demariu cum fodinis auri et argenti. Canadinu et nobilissima Arcis Themesiensis Præfecturam, quæ terciu inter Regni Præfecturas locum obtinet,

Scuczinu vbi pontis olim a Traiano Imperatore extructi vestigia etiam nunc apparent, et alia, quæ breuitas historica nunc prolixius vetat enumerare

Tibiscus ipse citra Titeliu non procul a Varadino Petri in citeriore eius fluminis ripa sito Danubiu influit.

Vltra eos montes quos a Carpatiis ad Scuczinu protendi diximus, Transsiluania est Daciæ olim pars. Eius caput alba Julia, vel a Julio Cæsare vel a Gyula potius quodam Hunnorum Principe ita dicta, oppida complura nobilissima, in quibus Cibiniu: Brassouia, Colosiu, Bistricia, et plura alia a Germanis, quos nos Saxones appellamus condita et habitata. In ea sunt Siculi, gens ferox, et bellicosa, inter quos nullus neq; nobilis neq; rusticus, omnes eodem Jure censentur Heluetiorum instar.

Transsiluania ipsa rerum omniu est feracissima, precipue auri, argenti, et aliorum metallorum ad hæc Salis montani, equos generat nobilissimos, vino abundat, sed non æque excellenti vt Vngaria, vel Slauonia.

Transsiluaniæ duæ cingunt Valachiæ Transalpina, et Moldauia, illa Danubio, hæc mari Euxino admota, vtraq; cum Transsiluania, eam Europæ nunc occupat partem, quæ olim Dacia erat. Sic totus iste tractus trans Danubialis, qui non solu Vngariæ vlteriorem, sed Transsiluaniæ quoq; cum vtraq; Valachia continet ~~~~~~~~~~~~.

Danubio montibus Carpatiis, mari Euxino, et rursus eodem Danubio ex omni parte includitur

Et hæc de generali Hungariæ situ. Nunc restat de his locis dicere pauca aliquanto particularius, in quæ tota huius belli vis incubuit.

Infra Budam per rippam Danubii descendentibus, preter quosdam ignobiliores pagos et vicos. Pacoss, post Tholna est, sedecim milliariis nostris Hungaricis, a Buda remota, inde Batha, sub Batha Mohacz ad ripam Danubii sittu. Mohacz ad dextram in locis mediterraneis quinque Ecclesias habet ciuitatem, ante hanc cladem, vt in Hungaria satis insignem, quatuor milliariis vel paulo amplius a Danubio; tribus a Drauo remotam. Drauu versus Soclosiu, vltra Drauu Valpo arces nobiles habentem. A Mohacz porro vsqz ad Drauu fluuiu, quattuor vel paulo amplius milliaria sunt. Supra eu autem locu, vbi Drauus Danubio miscetur, in vlteriori rippa est opidu Ezeck et ibidem vestigia magne alicuius, tempore quo Romani Pannonias obtinebant, vrbis Coloniæ fortasse Romanoru, ab ostio Draui, non nisi duobus milliaribus remote. In eo loco vbi Ezeck est, Drauus in angustu coarctatus, ponti faciendo est aptissimus. Quod sequuti nostri tempore quo Belgradu amissu est, pontem ibi per quem Exercitus traducerentur extruxerant. Post Ezeck Erdewd est Arx Præpositure Thiteliensis, locus vndiqz siluis cinctus; et qui paruo labore natura adiuuante, munitissimus effici posset. Post Boroh Walco, Zato, et e regione eius Bacia quam diximus altera Hungariæ Metropolis, in loco campestri sita, vt sunt omnia alia vlteriora, que inter Tibiscu et Danubiu iacent, campestria, et plana, atqz ob id pecori, et armentis alendis imprimis vtilia. A Zatha, per eandem rippam est Wilak opidum cum Nobilissima arce. Atqz ibi primu aperitur beata illa et fertilissima regio Sirmiensis non vini solu toto Septemtrione laudatissimi; sed etiam rerum omniu que ad vsu humanu pertinent ferax; tot olim Imperatoribus atqz etiam quod Annales Romani habent, vnius ad Pontificatu Romanu euecti, mater et alumna oppido olim eiusdem nominis insignis; cuius etiam nunc vestigia extare

dicuntur. Mira ibi locorum est amœnitas, mira soli fœcunditas, incre:
dibilis aeris temperies, quod propterea etiam esse constat, quod ea regio
non est a littore Adriatico, nisi tridui, aut ad summum quadridui itinere
remota. Prima in Sirmio ab Wilak recedentibus occurrit Baumono:
stra Sedes Episcopatus Sirmiensis, ac antequam ad Varadinum Petri perue:
neris Camancz nobile oppidum, infra illud est Varadinum Petri oppidum
cum Arce Ecclesiæ Colocensi subiectum, quem locum ammisso Belgrado pro
Belgrado muniueramus. Postea est Zalonkemen, et alia non magni
nominis oppida superiori Belgradensi clade per Thurcas diruta.
Inde in eo angulo, vbi Sauus Danubium influit Arx Zemlin: inter
hanc arcem et Belgradum ostia Sawi: et in altero confluentis angu:
lo Belgradum illud, tot nobilissimis cum hoste Thurca commissis pre:
liis insigne, a cuius iam pene captæ oppugnatione Joannes huniadi
Mathiæ Regis pater Vngariæ gubernator, cum fratre Joanne Ca:
pistrano Amrathen olim Thurcarum Imperatorem, summa cum nomi:
nis nostri gloria repulit. Hanc Arcem nos Nanderalbam voca:
mus. Aliqui Albam Grecam dicunt: antiqui Thaurinum appellarunt.
Sita est, qua Hungariam spectat in ruppe precipiti oppidum habens
sub se eiusdem nominis: hinc Sauum vbi Danubio miscetur, illinc
Danubium præterfluentem despiciens

Et in hunc modum se habet Vngariæ, et eorum locorum vbi tantam
cladem accepimus situs. Nam ad dotes Hungariæ, quibus
supra omnes Europæ prouincias, si verum dicere licet, abundat
referendas, peculiari volumine esset opus. Nos situm eius vt ma:
gis esset conspicuus, in sequenti charta oculis legentium subiicere
voluimus, qui talis est.

Rex igitur vt ad institutum redeamus vbi accepit Thurcorum copi:
as iam Sauum transire, veritus, ne illo superato, e vestigio ad rippas
Drani et ad oppidum quod diximus Czeck ante se occupandum festi:
naret ad eum locum presidio retinendum animum adiecit, quae res de:
mandata est Comiti Palatino Regni, qui tunc non procul a Dra:
wo in Arce fraterna erat, qui licet male pedibus affectus, id ta:
men curandum impigre suscepit. Caeterum illis quibus manda:
tum erat, vt eodem vel irent, vel copias suas mitterent, mandata Re:
gia segnius, quam par erat obeuntibus, Palatinus frustra id quod ag:
gressus erat facere conatus: Budam ad Regem venit, vbi accu:
sata eorum qui sibi adesse noluerant negligen^a, Postea apud Re:
gem remansit regiae ex hinc contra hostem profectionis comes.

Sub idem fere tempus, Rex factus est certior per secretum nuncium
a quodam, cui hostis consilia ac rerum eius status erat explo:
ratus: nichil esse consultius, quam si Woiwoda Transiluanus
cum Transalpino: Nam et huius fides Regi in hac parte ex:
plorata esse videbatur: vel a tergo aggrederentur hostem ni:
chil tale cogitantem: vel illo recta contra Regem tendente,
ipsi iunctis viribus Traciam omni presidio nudatam inuade:
rent. Ita enim fore vt hostis, vel opprimeretur in medio: vel
certe ab incepto desistere, atque ad sua defendenda redire cogere:
tur. Fuit id consilium primo suspectum ob nonnullas causas,
quas longum esset commemorare: deinde vbi cum Archiepis:
copo Strigonien res fuit communicata, illo consilium appro:
bante, praeceptum est Woy^de Transiluano, per Vrbanum
Bathiani, qui tum forte in Moldauiam mittebatur, vt re plenius
cognita id faceret quod magis e repub.^ca esse arbitraretur,
et si id putaret vtilius, vires suas et Transiluanorum cum
Woiewoda Transalpino, ad illa loca conuerteret.
Quae res pro magna parte in causa esse potuit, ne Wogeuo:
da ipse Transiluanus ad tempus prelii adesse potuerit.

Jam dum hæc agebantur, non aderat solum sed et preterierat tem:
pus Conuentui Tholnensi designatu, et nemo adhuc ad eum locum ve:
nisse audiebatur, videbanturq; omnes solum Regem inspicere: neq;
prius Tholnam venturi, nisi Regem ibi esse intellexissent.
Inualescebant interim indies magis ac magis rumores de Thurce vl:
teriori progressu, donec auditu est eum Sawo transito aliquot Ca:
stellis obuiis dirutis, Varadinu Petri obsidere, et eam arcem, nam
opidu paru munimenti habebat, acerrime terra et aquis oppugnari.
tum deniq; Rex, licet neq; ex Bohemia, neq; aliunde quisqua adhuc
advenerat: et paucas admodu copias apud se haberet: ne quid tamen
in tanto Regni periculo obmisisse videretur: quod a se fieri posset
vigesima quarta Julii Buda egreditur, penes Danubii ripam Tholna
versus paulatim iturus sperans interim alios quoq; ad se venturos.
Paulo ante hunc Regis ex Buda egressum, missus fuerat Steffanus
Bathor de Somlio ad Woiewodam Transiluanensem, qui eum iu:
beret, reiectis omnibus aliis consiliis, hostis aduentu ita iam exi:
gente cum omnibus copiis Transiluanis ad Regem properare.
Habuit tunc Rex cum Buda egrederetur cum hiis qui Marie Re:
gine, et Archiepiscopi Strigonien erant equitu ac peditu ad tria millia.

Eo die quo Buda egressi sumus, ad Suburbanu Ambrosii Sarkani
peruenimus duobus milliariis a Buda distans, Erd loco est nomen:
ibi Rex equu amisit, quem habebat omniu char.mu ac prestantis.mu
repentino morbo absumptu, ex quo incredibili est dolore affectus
multi id pro infausto omine habuere. Vbi cum aliquot diebus Rex
fuisset commoratus, neq; quisqua ad eum venisset, cum hiisdem
copiolis cum quibus illo venerat, vlterius ad vicinu pagu Erczi
vocatu procedit, ibi etiam multis diebus inutiliter consumptis: et
solo Andrea Bathori ex primoribus cum non contemnendis copiis
ad eum veniente per ripam Danubii ad Penthelen est itum: locum
et ipsum sicut de Ezeck diximus, vetustæ alicui9 Romanorum
Colonie vestigia seruantem: vbi nobis a Wogeuoda Transiluano

Georgius Bassi cum Mandatis preste fuit. Summa mandatorum hec erat: Vogeuodam valde ancipitem esse quid nam agere debeat, ob tantam qui ad eum missi illis diebus fuerant nunciorum varietatem Venisse ad se primum aliquot litteras Regias, deinde frequentes nunctios, in quibus Casparum etiam Horvath de Wingrad regie dapis in mensam apponende prefectum, quibus ad Regem venire iuberetur, venisse postea Vrbanum Bathiani, qui consilia quedam de hoste a tergo cum Vogeuoda Transalpino aggrediendo ad se detulerit. Venisse postremo Steffanum Batori de Somlio, qui rursus priora illa mandata repetiuerit, non reuocatis aperte hiis que per Vrbanum Bathiani fuerant nunciata: atq; ita prorsus se incertum, quid inter tot consiliorum mutationes agere, vel quod nam horum mandatorum exequi debeat, ad omnia se quacunq; Regia Mtas iubeat esse paratum; Sibi tamen videri illud consilium longe esse salutarius quo ad Regem venire iuberetur, Serum esse iam, illud aliud de Thurca a tergo inuadendo, et vt valde periculosum, ita iam facto etiam longe quam antea difficilius, etiam si maxime conducat, Jam enim Transalpinum cum quo id facere iuberetur, coactum esse mittere in Castra Cesaris Turcarum pro obside filium quem vnicum haberet.

His a Georgio Bassi cognitis. Rex inde ad Feldwar ita oppidum in eadem ripa Danubii sittum appellamus, eodem quo Bassi mandata dominum sui exposuerat mane profectus. Georgio ibi in Senatu vocato mandat vt dies et noctes quantum maxime possit ad Voi^dam festinet, placere Regi Voiuode consilium, et ita nunc hoste limites Regni ingresso, et contra se properante ex vsu esse. Itaq; rebus omnibus et consiliis aliis posthabitis Vogewoda cum omnibus tam Transiluanorum copiis quam aliis, quos per viam ad Regis castra veniens vbiq; offenderit, ad Regem festinet, omnes quoscunq; possit in Castra Regia trahat, non nobiles solum ac militares, sed etiam agricolas. Dantur littere ad Transiluanos, dantur ad Episcopum illius Prouincie Joannem Gozten Regnie Cancellarium: dantur ad Voiuodam ipsum Georgio

id ex voluntate vt dicebat domini sui suadente litteras quas ille
aliis ad eos facilius mouendos ostendere posset, solito acrius scripte
et in quibus sub pena infidelitatis ei mandabatur, vt ad Regem dies
et noctes festinaret. Mittitur cum Georgio Bassi, vt res celerius et fa-
cilius confici posset, Joannes Statilius acris et prompti ingenii vir
ac non mediocris litterature, Petri Berislai Episcopi olim Vesprimi-
ensis, et Bani maritimi, viri pacis et belli artibus clari ex sorore
nepos. Hii nondum Rege discesserant, et ecce infaustus nuncius
Varadinum Petri per plures dies a nostris viriliter defensum, omnibus
fere defensoribus interemptis, muro quo peruetuste, et ideo non sa-
tis valido arx erat circumdata, crebris tormentorum ictibus in
terram directo, in hostium potestatem venisse, atque eos inde terra
et aquis ad alias propinquas Arces maxime ad Wilak effu-
gnandum properare. Rex hoc nuncio consternatus, tanto magis
properare iubet, eos quos ad Woiwodam mittebat. Scribuntur preterea
Comiten
Littere ad omnes partes: mittuntur nuncii ad Georgium Scepusium,
qui non longe ab Alba regali, cum quinque hominum millibus esse di-
cebatur: ad Franciscum Bathiani Banum Croacie: ad Comitem Christo-
phorum, quem iam fama erat a Ferdinando digressum in Croatiam ad
patrem peruenisse: vt acceptis inde armis equis, et domestico milite
ad Regem instructior veniret. Ad hec Ladislaus Macedo Buda
ad Reginam celeri cursu ire iubetur. Petitur Regina vt fratrem suum
Ferdinandum, et in eius absentia presides Austrie pro subsidiis antea pe-
titis, Regi quamprimum submittendis vrgeat, et maxime pro tormentis
bellicis, quibus hostem instructissimum audiebamus, nos non valde abun-
dabamus: Deinde vt Regina vrgeat Bohemos quoque et illas copias
Bohemicas pro quibus nomine et ere suo conducendis primate
Regericio peccunia dederat, vrgetur per litteras Tho-
mas Nadasdinus, qui ad Ferdinandum missus fuerat, vt instet apud eum
narratis ei Regine ac Regis periculis, et precipue Varadini Petri amis-
sione, ne Princeps Regi duplici cognatione, et periculorum etiam socie-
tate coniunctus Regem in tanta necessitate deserat, idem agere iubetur

Hadasdinus apud alios Imperii Principes qui tunc vt superius dictu
est Spire Conuentu Imperialem habebant

Inter hec Paulus Thomezi adhuc ante Varadinu expugnatu, cum
duc equitu millia, que sola tunc cum eo erant, summe temeritatis
esse iudicat tante hostiu multitudini opponere, relictis in presidio Arcis
mille circiter peditibus, et paucis equitibus, quos in Arce ab hoste
defendenda peziisse diximus, in alteram Danubii zipam transgressus
fuerat, vbi quantu poterat hostis celeritatem retentabat, tam
terza, quàm aquis, habebat enim et super Danubio copias nauales
eorum quos nos Hasadistas appellamus, non paruas: hosti tamen lon-
ge impares.

Rex vero expugnatione Varadini Petri audita, per zipam Danubii
ex eo loco quem supra diximus ad Pakosz, ibi biduu commoratus, et
erat dies Transfiguratę Saluatori Sacra, Tholnam peruenit, aucto
iam aliquantulu exercitu, vt cum in Tholna intraret, habuerit
ad quatuor vel paulo amplius equitu millia. Tholnam intranti Regi
prodiit obuia, cum his qui pauci iam Tholna conuenerant. Comes La-
latinus, qui adhuc ex secundis Castris quę nos in Ercii diximus ha-
buisse Tholnam fuerat premissus. Rege Tholne existente,
conuenerunt ex omnibus fere tam citeriozis quà vlteriozis Hunga-
rię prouinciis, quas nos Comitatus appellamus, frequentes.
Superuenit et comes Georgius Scepusiensis cum trecentis vel paulo
amplius equitibus, grauis et leuis armature, ac mille circiter
ducentis peditibus. Affuit et Annibal Cartagmensis Cipzius, cum
mille trecentis peditibus Pontificis pecuniis conductis. Venerunt
et alię pedestres Pontificis copię, quę omnes in vnu summa colle-
cte, efficiebant quattuor millia peditu, armis et robore militum
eleganter instructi. Atq; ex hoc numero ductor Gnesensis Polono
egregio castrou metatore, et ad hoc ipsu precipue conducto.
Poloni mille et quingenti, qui robus omnibus quibus hoc militum

genus commendari solet. alios peditatus longe anteibant. venerunt per hoc ipsum tempus et nonnulli ex Episcopis Paulus Vardaÿ Agriensis, Franciscus Perinii Varadiensis, et plures alii, tam Episcopi quam seculares.

Cum Tholne essemus consultatum est diligenter frequentissimo Senatu quottidie fere de rebus Regni, de vlteriori Regis progressu, ac rursus de retinendo transitu Drawi, quando iam et de Sawo, et de Varadino Petri actum esset: et Turca expugnatis iam omnibus penes Danubium Castellis, et Arce etiam Wilak in potestatem accepta, ad Ezeck aduentare diceretur. Designatur itaque rursus qui vadat ad Drawi transitum ante hostem occupandum idem comes Palatinus qui prius. Adduntur plures ex optimatibus qui eum sequantur cum copiis, quorum aliqui dum Mandatum Regium exequi recusant, dum Priuilegia sua et morem Baronum sub regiis tantum signis militandi iactant, ea quoque res, Drawi scilicet defensio fuit prætermissa: Palatino tametsi eadem qua prius corporis valetudine impedito, nullum tamen laborem recusante, quem cum ad Mohacium progressum, cæteri qui mittebantur sequi recusarent, priuilegia sua vt diximus allegantes.

Rex in frequenti Senatu, vbi de hoc agebatur, subito in iram versus: video inquit ego, vnumquemque capiti meo (verba enim Regis sicuti fuerunt ita ponemus) excusationem et salutem capiti suo querere. ego personam et caput meum ideo in hæc pericula adduxi, vt illud pro huius regni, et pro vestra salute, omni fortune discrimini obÿcerem. Ne quis igitur sit, qui possit excusationem aliquam suæ ignauiæ, meo capite prætendere, neue possit aliquid michi imputari: ibo ego Deo optimo Maximo bene iuuante cras vobiscum in persona, eo quo alii sine me ire nolunt. His dictis applausu multorum, admiratione vero omnium qui aderant subsequuta, signum in sequentem diem proficiscendi canere iubet: quibusdam qui non ignorabant quid inde periculi sequi posset, frustra profectionem huiusmodi dissuadentibus.

Ex Tholna igitur sequenti die profecti, pridie eius diei qui erat

Assumpte virgini matri dicatus Tekzardu: inde binis Castris Batham peruenimus, fuerant prius missi inualescente in horas hostis appropinquatione, qui Exercitu per Pagos ac vicos huc illuc dispersum, in vnu cogerent, et Batham compellerent: fuit missus Episcopus Bossuensis Georgius de Palyna vir iuris scientia et vitae integritate clarus, qui Paulum Thomori eodem venire iuberet.

Cum itaq; Battam omnes conuenissent, et tempus exigere videretur id quod et ad eam diem videbatur, non sine graui detrimento et incommodo dilatu Imperatorem aliquem Exercitui praeficere: Rex animis et suffragiis omniu, prius a singulis secreto exploratis, cum multo maioris partis vota in Monachu inclinare videret, eum cum Comite Scepusiensi Georgio fratre Voieuode totius exercitus Imperatorem declarat, non omnibus eam ducum, presertim Monachi declarationem approbanbus, quibusdam etiam sat grauate id ferentibus, quos tamen omnes postea vidimus dicto Ducu obsequentis mos fuisse, Verum Thomori, cum Regis voluntatem eam circa se esse videret, vt curam ducendi exercitus omnino susciperet. Diu est multumq; reluctatus: nunc regularem professionem, nunc imperitiam, ac viriu suaru tanto oneri ferendo imparitatem causatus, habere dicebat Regiam Mtem multos claros viros ex ordine patricio seculares, quibus hoc muneris longe magis conueniret. nominabat Comitem Palatinu presentem, et Waiwoda Transiluanie absentem: vtrumq; in magnis expeditionibus versatum, et ducendi exercitus, aliis omnibus, quos Hungaria haberet peritiorem. Ad haec Comitem Georgiu, Petrum Perinni, licet iuuenes non carentes tamen et ingenio et ministris longe se bello gerendo aptioribus: se tanto oneri, omnino imparem: vt qui tale bellum quale tunc suae M.ti instaret, ne oculis quidem vnqua vidisset, neq; id onus vllo pacto subituru, etiam si Rex caput ei amputare iuberet. Hiis et aliis eiusmodi, tam publice quam in secretis regis colloquiis frustra saepe commemoratis, Rex nichilo secius eum Ducem belli declarat. Addit ei quod diximus

Georgiū Comitem Scepusiensem Woiwodē fratrem, qui et ipse diu est eam prouinciam pertinacissime deprecatus. tandem ea lege consensit, vt ei nemo alius nisi frater Paulus Cita cuim dicebat I collega daretur. Vtq; vbi frater Woiwoda Transiluanensis aduenisset, liberum esset ei statim ab hoc munere se se abdicare. quod facile fuit concessu, quod iam longe antea fuerat decretum, vt cum Paulo Thomori, et Comite Christophoro Wojda dux huic bello gerendo praficeretur. Nam Comes Nicolaus Soliom valetudinem aduersam excusauerat

His ita peractis Duces ad locum Castris prope oppidū Mohacz capiendū proficiscuntur. Erat id oppidū Episcopatus quinque Ecclesiensis inter Batham et ostia Drauī fluminis in ripa Danubii situm. Danubius paulo supra Batam scinditur in duos alueos. Maior vlteriorem qua campestris est Vngaria secat, Minor Batham et Mohacium alluit: ambo infra Mohacium in vnū coeuntes insulam ibi efficiunt. Mohacī vicus seu oppidū est satis celebre. habet circa sequaq; versus ingentem planiciem, nullis collibus vel siluis impeditam. habet ad solis occasū quinq; Ecclesias Ciuitatem, vt diximus ante hanc cladem satis insignem. A Septentrione est ei, ea quam diximus Batha. Ab oriente habet illum minorem Danubii alueū. A meridie quatuor et amplius millia: inq; remotū Drauū fluuiū, inter quem et Mohacium sunt colles partim vitiferi, partim pallustria quedam loca, et in hoc ipso spatio erat non procul a Mohacz aqua potius quedam palustris q; pica vel palus, vel amnis vocari possit: Krasso cum incolæ appellant vltra quem habebat Thomori quinq; aut Sex Equitū millia in Castris, partim ex his qui ab initio cum eo fuerant: partim qui postea cum Petro Zrinni, et cum aliis ad eum aduenerant: quos iussu Regis ex vlteriori ripa Danubii in citeriorem traduxerat, cum Exercitu regio coniungendos.

Loco igitur Castrorum cum colloqa prope Mohacium capto, ac diligenter ex præscripto etiam Gnoienski metato, et sua cuiq; statione assignata, ipse rursus ad suos, qui vltra illam aquam in Castris erant cum Petro Perinni proficiscitur: illos quoq; si id eis persuaderi possit in Castra regia secum adducturus, quo vbi pervenit, et vbi militibus et copiarum ductoribus in vnum conuocatis voluntatem Regis, et pariter suam de Castris retroducendis exposuit, tunc vere milites ad vnum omnes fremere, indignari, se se ab hoste cui obuiam iri oportebat cum quo manus si viri essent forent strenue conserendæ abduci, fugam meditari non pugnam: Primores, qui talia Regi suaderent otio et inertiæ assuetos. Veniat modo Rex et secum in hostem arma ferat, Victoriam fore in manibus suis exploratum sibi esse. habere quidem hostem ingentem vim hominum et tormentorum, exercitum tamen eius, et imbellem esse, et inermem: vix decimum aut vigesimum quemq; telum aliquod habere quo nocere possit. Illud etiam esse sibi compertum dicebant, omnem illam strenuam olim et inuictam Thurcarum manum primum sub Belgrado: post in expugnatione Rhodi occidisse: agat modo magnanimus dux cum Colloqa quæ sint strenuorum ducis, omnia prospere cessura, auellat Regem, et strenuum quemq; militem ab illa inerti Sacerdotum, et aliorum pugnam detrectantium turba, qui Regem etiam ipsum, et animo alioquin, et corpore præstantem, suis ignauis moribus et consiliis corrumpant, et effeminent, et ex præstantissimo iuuene sui simillimum reddere conentur.

Dum hæc in illis castris aguntur, iam apud Mohacium omnes loca in Castris sibi designata occupauerant, et sub tentoriis agebant. Rex adhuc se in noua villa Macedonicum, quæ inter Batam et Mohacium est, cum paucis continebat, non parum expositus periculo, si hostis non multum inde remotus, paucitatem quæ apud Regem erat animaduertere potuisset, sed Regis fatum in aliud tempus vbi longe glorioſius pro patria occumberet, fortuna reseruabat.

Aduolat interim repente ex Castris nocte intempesta ad Regem
somnum carpentem Michael Podmaniczki ab optimatibus missus:
afferens pro re certa Cesarem Thurcarum Drauum iam transiuisse, cum
magna copiarum parte, reliquam cum omni celeritate traduci, certa:
men nullo iam modo differri vlterius posse; orare optimates Regiam
M.tem, vt omni mora posita, ad eos in Castra veniret, de prelio cum
hoste conserendo consultaturus. Rex hiis quae Podmaniczki
attulerat cognitis, et aduocatis hiis paucis consultoribus, quos secum
habebat consultat: quid in re tam trepida et ardua agendum esset,
occurrebat Regi consilium Vay.de Transsiluani, et Comitis Christo:
phori, quorum vterque per nuncios, qui ab illis paulo ante redierant
damnarat consilium eorum qui Regem ante tempus ad locum hosti
adeo propinquum adduxerant: fuisse Regi vel Bude expectandum,
vel in alio quopiam remotiore ab hoste loco subsistendum, dum om:
nes regni vires et auxilia conuenissent; hortati fuerant Regem
ne ante suum saltem aduentum manus cum hoste consereret. Nun:
ciabat et illud Vaywoda Transsiluaniensis, per Joannem Sta:
tilium venire secum ex Transiluania copias cum numero tum robore
militum ita praestantes, vt in eis posset Rex vel precipuam ponere
spem victorie: Et haec igitur Regi veniebant in mentem, et ante
oculos ei versabantur, quae Senatus nunciabat, cui si non paruisset
si quid aduersi contigisset, hoste presertim adeo propinquo, et mi:
litibus tanto pugne ardore flagrantibus. Videbat omnem rei male
gestae aut occasionis praetermissae culpam in se vnum reiectam iri
His curis anxius, statuit tentare optimatum animos, si quo pacto ad
Wogewodam saltem et Comitem Christoforum expectandum, et ad
Castra interim si hostis adeo vrgeret, in tutiorem locum transferen:
da induci possent. Mittitur ergo in Castra, eadem ferme illa noctis
hora, qua Podmaniczki venerat Cancellarius, qui apud Regem
erat: suasurus primoribus, maxime Ducibus belli, et Strigoni:
ensi Archiepiscopo ac Comiti Palatino Regni, Nam reliquam
Procerum simul et vulgi multitudinem a nutu istorum pendere

pendere non ignorabat prelii dilationem. Jubetur Cancella-
rius commemorare omnia ex ordine quecunq; a Waida, et
a Christoforo, fuerant Regi nunciata: ponere eis ante ocu-
los quam manifestum excidium Regno imminerat, si Rex, cum
tot Primoribus, tanto totius Regni Vngarie nobilitatis, et mi-
litie flore se se tam aperto periculo exponeret. Nam si con-
tingat, id quod hostium multitudine et apparatu cum paucita-
te suorum collata: magnopere esset extimescendum Regem
succumbere: quid postea esse, quod possit hostem remorari, aut
impedire, quo minus tota Vngaria parvo negotio pociatur: dice-
bat insuper esse longe fortasse utilius, dum alii veniunt, dum
Voiv.da cum Transsilvanis: Banus cum Slavis: Christop̃o-
rus ex Croacia: Bohemi cum Morauis, et Slesitis, et si qua
auxilia essent ventura, adesse possent, exercitum abducere
in aliquem tutiorem locum: vel retro etiam, si hostis eam neces-
sitatem imponat aliquantulum cedere, minus calamitatis accepture
esse Vngariam, si hostis eam totam a Mohatio usq; ad Posoni-
um pervagetur: ac ferro et igne devastet, quàm si talis exer-
citus in quo Rex et tanta sit Procerum, nobilium, et militum turba
uno prelio deleatur. his enim deletis, quid postea spei Regno
reliquum esse? Rege autem et tot Proceribus, ac tali milite salvo
faciliora fore omnia, eo presertim Rege qui generis propinquita-
te ac necessitudine, sit longe lateq; vniversum orbem Christi-
anum circumplexus. Hec cum Cancellarius quemadmodum missus
erat eadem illa nocte ad Proceres primum. Primoribus singu-
lis, seorsum nocte aditis, Deinde ad Senatum vniversum detulisset:
nichilominus profecit, quasi nihil fuisset eis nunciatum, adeo omni-
um animi erant partim vana victorie spe, certaminis auidi, par-
tim metu dissuadende pugne: cuius desiderio videbant militum
animos accensos occupasti. Rex igitur sub primam lucem in Ca-
stra venit: et quia nondum ex Buda naues venerant que Ten-
toria, et alia in Castris Regi necessaria deferebant in do-

mu Episcopi oppido adiacentem diuertit, tentaturus ibi
quoq; quod per Cancellariu paulo ante frustra tentauerat.
Conuocantur igitur ad Regem omnes omniu ordinu et natio:
nu Consiliarii, cui Senatui, ex ordine etiam militari interfu:
ere frequentes, et ex Bohemis quoq; ac Morauis illi qui
alios praeuenerant. Agitur diligenter cum Senatu, et mili:
tari ordine, quid facto sit opus, cum nemo adhuc eorum, qui
ex Transiluania, Slauonia, Croacia Bohemia, Germania,
expectarentur adesset, quoru plerosq; certa spes esset breui
affuturos: hostis autem in propinquo esset, non nisi ad summu
duobus milliariis, a Castris Regiis remotus, pugnam for:
tasse nullo pacto dilaturus, quid faciendu Regi censerent:
transferenda ne alio Castra, pugne interim dum hii expe:
ctabantur aduenirent differende gratia, an belli fortu:
nam cum hoste experiunda. Aderat hiis consultationib9
Paulus etiam Thomori, proxima nocte ex aliis Castris hac
ipsa de causa accersitus: qui cum a prelio cum hoste conseren:
do videretur non alienus: Rex miratus qua spe eum ani:
mu haberet, et eius etiam a tali proposito auertendi gra:
cia, coram vniuerso Senatu iubet eum interrogari, primu
de suoru. Deinde de hostiu numero. Nam et id sciebat illi
magis quam vlli alii constare, et frequentes exploratores
et transfugas qui ad eum assidue veniebant. Ad pri:
mu respondit, tam in Castris Regiis, quam in suis (Erant
enim quod supra diximus diuisa) non esse suo iudicio supra
viginti millia armatoru. In Castris vero hostiu dixit se certo
intelligere esse ad Trecenta millia hominu, que res, et
tanta nostroru cum hostibus imparitas, cum animos omniu
vehementer perculisset, subdidit repente ille, non esse ho:
stes propterea magnopere formidandos. Esse enim illam
multitudinem et inermem magna ex parte, et imbellem.
Instanti Regi rursus percunctando: quotnam crederet hostiu

millia esse bello aptiora ac selectiora: respondit Septuaginta millia.
is quoq; numerus visus est Exercitu nostru quam longissime exu:
perare: presertim cum idem tormenta etiam bellica grandiora
dixisset esse supra trecenta. hiis tamen diu multumq; consul:
tatis, et tam Monachi consilio, quam animis fere omniu preter
paucos, qui nescio quo vano metu ducti, non audebant palam
quod sentirent proferre, iam per se ad pugnam decernendam
spectantibus. Superuenere repente inter medias has con:
sultationes missi ex aliis castris, qui cu in Senatu intromissi fu:
issent, dixerunt se nomine eoru, qui in aliis Castris erant,
tam ad Regem quam ad Senatu mandata habere: ita prius
cum solo Rege in secreto conclaui collocuti. Postea inde cu
eodem Rege egressi monent Senatu accurate nomine suoru
ne Regem a pugna cum hoste conserenda dehortentur.
habere se vires hostiu, licet hii numerosi sint, plane explo:
ratas: victoriam esse in manibus, modo fortuna quam Deus
eis obtulisset vti vellent. Venirent igitur cum Rege, et castra
Deo bene iuuante, cum suis Castris hosti vicinioribus, et illi
inuadendo oportunioribus iungerent. quod si qui aliud Regi
persuadere niterentur, illis paratu esse exitiu, seq; ab ho:
ste contra nos, si Castra nostra Castris illoru, quamprimu
non admoueremus, venturos affirmabant.
His inter ipsas belli consultationes coram Rege et Senatu ex:
positis, illis etiam qui saniora consilia sequebantur, tam
atroci denunciatione deterritis pugna decernitur. nulla
spe Waywodam, neq; Christoforu, neq; Bohemos ad tempus
prelii affuturos. Banus tantu Croatiae Franciscus Bathi:
ani, qui iam non procul a quinque Ecclesiis, cu copiis Slauo:
nicis erat, spem faciebat se se intra biduu aut triduu
affuturu. id quod postea ita euenit. Fuerunt qui dimisso
etiam Senatu, multum improbarent consilia pugne ita pre:
cipitāt ineundae. Fuit inter alios Franciscus Perinni

Episcopus Varadiensis, festiui ingenii iuuenis, et ita terso scribendi caractere preditus, vt ei neminem nostrorum, nisi fortasse Thomam Zalahasii Episcopum Vesprimiensem, in hoc genere preferre ausim, presertim si tantum ingenio excollendo, quantum ocio, et hiis rebus, in quibus iuuenes nobiliores, magno suo et patriae damno, tempus plerunque conterrere solent indulsisset. Is igitur quasi eorum quae paulo post sequuta sunt prescius, Regi non sine omnium qui aderant admiratione, dixit eum diem quo pugnandum esset, postquam ita placeret, viginti millibus Hungarorum martirum, nondum enim hunc numerum Exercitus excedebat, duce fratre Paulo Thomori, pro Christi relligione occisorum, fore consecrandum, ac pro eorum canonisatione quod vocant Cancellarium, si is huic bello supersit in vrbem fore mittendum: vt qui Pontifici, et supremis Patribus sit ob Legationes Romae defunctus bene notus. In quo vtinam ille falsus fuisset vates.

Sed erunt fortasse qui accusaturi sint audaciam nostrorum, qui ita cupide, pugnam hanc exposcebant, et hanc vel temeritatem vel improuidentiam sint vocaturi, quos neque nunc deesse video: Sed ignorant illi, multa fuisse in causa, quae prudentissimos etiam et summos quosque Imperatores, ad idem facile impellere potuissent. Et ante omnia mirus et incredibilis, ac fatalis pene quidam militum ardor, ac certa et indubitata in omnium fere animis victoriae spes. Ad haec oculta etiam quedam Pauli Thomori, cum magna hostilis Exercitus parte consilia, cum hiis scilicet, qui vel Christiani ipsi, vel Christianis parentibus nati erant, et qui tormentorum bellicorum apud hostem curam habebant partim Germani, partim Italici generis, quin et illud accedebat quod non videbatur satis tutus ab hoste adeo propinquo recessus, hoste presertim ob equorum velocitatem, ad nullam rem magis apto ac prompto, quam ad persequendum cedentes.

Pugna igitur in hunc modum decreta, ea quæ ad pugnam pertinebant curantur. Ante omnia Thomori in Castra sua, quæ in proximo fuisse diximus proficiscitur, ibi ægre a suis impetrat, vt retro aliquantulum concedant, et se cum Exercitu Regio coniungi paciantur, ita sequenti die Castra nostra cum Castris illorum medio fere milliario, infra Mohatium coniuncta fuerunt, sic tamen vt et ibi nostri illis non miscerentur, sed esset paruum interuallum inter nostra et illorum Castra relictum.

Eodem tempore venerunt ex Buda Naues Tormentis bellicis maioribus, et minoribus, puluere item Bombardico, et quibusdam aliis ad pugnam necessariis plene; Nouem etiam Machinas a Viennensibus missas aduehentes. Venerunt et Allexii Thurzonis ducenti fere pedites, cum aliquot Machinis. Nam ipse cum Episcopo Wesprimiensi Bude relictus erat apud Reginam. Hii duo ad eius custodiam, et obsequia deputati fuerant; fugæ etiam eius postea comites, qui in hanc vsque diem in Reginæ obsequiis permanserunt. Affuit et Banus Croaciæ die Dominico, qui pugnam præcessit cum elegantissimis copiis, fuere ad tria millia equitum, ac non ita multi pedites. Venerat cum eo Joannes Tahi, Joannes Banffi, et nonnulli alii ex Regni Slauonie Proceribus. Venit postridie eius diei, mane, Rege aciem instruente. Nam eo etiam Die creditus est hostis in prelium descensurus: Simon de Erdewd Episcopus Zagrabiensis cum fratre Petro Erdewdi, cum septingentis amplius equitibus, viris, equis, armis, decenter instructis. Aduenit eodem fere temporis momento Stephanus Acel, cum trecentis ferme equitibus, quos Joannes Bornemissa Regi in subsidium miserat, cum aliquot millibus aureorum, supremum a patre filio alumno munus. Venit circa serum eiusdem diei Joannes Zerechen, supra duo millia peditum, eorum qui circa Drauum accolunt, et insignes Sagittarii habentur ducens, partim in suis, partim in Capituli, quinque Ecclesiensis possessionibus collectorum. Venerunt et alii quamplures

intra illud triduum: illi precipue qui propinqui erant. Et in hiis Philippus More Episcopus quinque Ecclesiensis, et frater eius Ladislaus More.

Quibus omnibus simul congregatis, fuere autem ad viginti quatuor, vel xxv hominum millia. Nam Nauallium copiarum, quae et ipse eodem in loco erant, nullus in eo bello vsus fuit: Cesare cum illo suo tam numeroso et potenti trecentorum millium hominum Exercitu, nonnisi per duo milliaria distante. Consumpti sunt illi tres dies, qui pugnam antecesserunt, partim in pugnae praeludiis, quae assidue fiebant, maiori semper hostium quàm nostrorum damno, partim in consultando, quo pacto, et in quo loco cum hoste congrediendum: quem in modum acies esset struenda: vbi Rex in acie stare: vbi eques, vbi pedes, vbi Bombardae poni deberent: quas ad octoginta habebamus, cum hostilibus minime conferendas.

Disputatum fuerat ante illud tempus diligenter de Regis persona. Fuerant qui censerent eum cum aliquot hominum millibus selectis procul ab acie stare debere, quod cum Exercitus nullo pacto laturus esse videretur, qui Regem de more volebant prelio interesse; agitatum est et illud, vt Regis loco, armis Regiis alius induceretur: sed id quoque visum est, sine ingenti Exercitus reclamatione et consternatione fieri non posse. Decretum igitur postremo est, cum satis anceps pugna imminere videretur, vt essent qui Regis seruandi curam haberent: si quid grauius accidisset, et Regem simul et aciem, ita vt restitui posse amplius non speraretur, inclinare viderent, ex media acie ereptum abducerent. Demandata fuit haec cura Gasparo Raskaÿ Valentino Thewrek, et Joanni Kalaÿ, tribus praestantibus viris, et Regi sine vlla controuersia fidissimis. Dispositis etiam ad id equis velocioribus, quibus Rex, si ita necessitas postulasset in euadendo vteretur.

Sed vt ad rationem aciei disponende redeamus erant non pauci, et in hiis Gnoÿenski Polonus, qui consultissimum censerent; si curribus, quibus Rex maxime abundabat, acies vndique cingeretur; ac sic, quasi intra septa ac munimenta certamen fieret. hoc enim pacto futurum dicebant, vt hostis non ita facile nos posset, quod magnopere erat timendum circumuenire. Aprobabant hanc struendae aciei formam, Radicz, Boszicz, et Paulus Bakicz ex quibus posterior tribus legittimis preliis a Solimano cum hoste commissis interfuisse se dicebat. itum est igitur in hanc sententiam; demandataque ea cura Gnogenski, et quibusdam aliis, seruis tamen quam oportebat, et eo demum vesperi quo in sequentem diem est cum hoste pugnatum. itaque haec quoque res, sicuti et alia multa fuit neglecta.

Aciem eo die quo est pugnatum, qui fuit vigesimus octauus Augusti diuo Joanni Baptiste decollato sacer: ex sententia eorum quos paulo ante nominauimus, ita extruere placuit, vt quanto latius extendi posset, extenderetur. In quo illud est potissimum spectatum, ne ab hoste circumueniremur. Deinde diuisus est vniuersus Exercitus in duo agmina. In primo agmine Duces belli erant nullo certo loco, sed vbi res postulasset: Dextrum eius cornu Banus Croaciae cum Joanne Tahi; sinistrum quod Vogeuodae Transiluano si adesse potuisset designatum fuerat, Petrus Perinni curabat.

Erant in hoc priori agmine plures ex primoribus, in quibus Antonius Paloczi: Franciscus Homonnaÿ: Gabriel Perinni Thomas Zeczi, Andreas Bathori: Emericus Cibak, et plures alii. Tormenta bellica statim post principia posita erant. Secundum agmen, siue illa acies quam nos Statariam appellamus; in qua Rex erat ex equite magis constabat; paucos admodum pedites a lateribus habebat. inter hanc aciem et primam non intercedebat, nisi spacium lapidis iactus. In eo agmine ante eum ordinem, in quo Rex erat, triplex erat ordo, magna ex parte ex Cubiculariis Regiis et Baronibus con:

flatus, quorum dux erat Nicolaus Tharczay vir et manu promptꝰ et singulari in Regem fidꝰ. Ibidem erat vterqꝫ Aulæ Regiæ præfectus, Petrus Corlaczki, et Andreas Trepka Polonus. Erat et Stephanus Schlick Bohemus, cæteris Bohemis et Moravis, et hii ante Regem Regi proximi erant. Tres illos ordines subsequebatur ordo Regius, et in eius ordinis medio Rex ipse ipse:

Ingenio specie virtuteqꝫ Numinis instar
Spes patriæ, regumqꝫ decus si fata tulissent.

Ad Regis dextram erant Antistites Strigoniensis, et Zagrabiensis: nam Agriensis adhuc ex Bathæ Budæ fuerat missus, post Zagrabiensem Varadiensis, quinque Ecclesiensis, Sirmiensis: duo enim ex Prælatis Jaurien̄ et Vaciensis ad lævam positi erant. Post Cancellarium Nitriensis, Bossnensis, Præpositus Albensis, et post hunc Secretarii ac Cubicularii Regii. In parte sinistra penes Regem locus erat relictus Comiti Palatino Regni, qui licet ager pedibus, et vix equo insidens, tamen modo in primo, modo in secundo agmine diligentissime versabatur. In læva igitur parte, cum Palatinus a suo loco abesset, erant penes Regem aliquot Barones, et illi duo quos diximus Antistites. Regi a tergo adhærebant Cetrzicz, Mailath, et Horwath Stabuli Regii Magister. Post Proceres similiter erant hii, quos quisqꝫ sibi magis fidos et strennuos pro tutela corporis sui delegerat.

His erat coniunctus post regem ac Proceres equitum Cathaphractorum pulcherrimus globus, mille vel paulo amplius Cathaphractos continens. Nam alii huius generis equites per primum agmen sparsi erant. In medio huius globi erat vexillum Regis: quod Joannes Dragffi Judex Curiæ, quæ tercia est inter Seculares a rege dignitas, sustinebat. hanc Stataziam aciem cingebat undiqꝫ equites levis armaturæ, et pedites quoqꝫ a lateribus quod superius diximus. In latere eius dextro post Antistites et Secretarios erant illi tres quibus tutellam regii corporis commissam fuisse diximus.

Locus vbi acies fuit instructa recesserat a Mohatio milliario vno a Danubii praterfluente milliario medio. Erat quod et superius dictum est in eo loco ingens et lata planicies, nullis neq; siluis neq; virgultis, neq; aquis, neq; collibus impedita: nisi quod ad leuam inter eum locum ac Danubium erat aqua palustris et limosa, cerbra arundine plena: vbi postea multi mortales perierunt. Contra nos collis erat in longum protensus, in Teatri quodam modo forma, vltra quem Cæsar Thurcarum Castra habebat.

In collis imo discessu pagus modicus cum templo (Feldwar ci pago est nomen) ibi fuerunt posita Machinæ hostiles. Eum locum oculis nos postea circa extremum certaminis tempus conspeximus, hostibus fuisse oppletum: maxime Janic3ariis quos vocant, qui quidquid erat vltra illius pagi casulas, omnia longo ordine occupabant, inter quos fuisse Cæsarem postea fuit cognitum. Tormenta ita erant ibi posita, quasi in quadam valle propter quod nostris longe minus quasi in plano fuissent, nocere potuerunt et plus terroris quàm damni intulerunt.

Acie in hoc quem diximus loco, eo quem diximus modo, et Die paulo post Solis exortum instructa (Erat autem Dies clara et multum serena) Lalatinus Regem, ex eo loco, quem ei designatum fuisse diximus eductum, quod et triduo ante fecerat, per vniuersum Exercitum circumducit: ibi cum presentem de quo aliqui dubitauerant, omnibus manu ostentans, paratum dicebat omnia extrema et mortem etiam subire pro patria pro sacra Christi Dei optimi Maximi religione, pro coniugibus et liberis eorum. Agerent itaq; ipsi quoq; viri fortissimi, hungaros se esse meminissent, et eos qui et ipsi sepe, et eorum olim maiores inclyti illi heroes, et fortissimi Christianæ reipubicæ propugnatores, tot clara trophæa, ex eodem illo, cum quo pugnaturi essent hoste retulissent. nec esse cur hostium multitudinem vererentur, non

Non enim in multitudine, sed in robore militu sitam esse victo:
riam. Deum etiam ipsu ex alto pro sua sancta religione pu:
gnaturis affuturu: in manu ipsorum positam esse dicebat, non
patriæ solum, quam hostis occupare vemisset, sed totius rep.
Christianæ salutem. Hæc et alia eiusmodi cum Palatinus,
et simul etiam Rex omnibus ordinibus obequitatis commemo:
rassent: Rex locu et ordinem suu repetit. Consumpsimus
postea, maiorem dici partem in hoste expectando, qui se, haud
ita multis, qui levia cum nostris certamina ac belli præludia
exercebant præmissis: adhuc post colles illos continebat, dubiu
nostros ne, vt ad illas locoru angustias pertraheret: an vt pu:
gna in sequentem diem dilata, nos ea nocte in Castris ex im:
prouiso aggressos opprimeret, quod pro ea militu et tormentoru
copia, qua abundabat non erat ei difficile factu: an potius
longa prelii expectatione fatigaret. quidquid in hoc hostis
fuerit secutus, nam mihi de hoc nihil est compertu, tenuit
certe nos tota fere illa die suspensos. Sic suspensis ac ex:
pectantibus, apparuit iam Sole in vesperam inclinante ag:
men hostiu per vallem quæ nobis ad dextram subiecta colli:
bus erat, tacite incedens, sola hastaru summitate illud prodente.
Monachus igitur ratus id quod erat, illos vel ad Castra nostra
diripienda, vel vt nos circumuenirent tendere, de prima acie
ad Regem aduolans, iubet Casparu Raskaÿ, cum duobus aliis
quos ad custodiam regii corporis deputatos fuisse diximus, ire
exploratu, quid nam illi molirentur, et vt eos si possent ab
incepto itinere auertant. Ille non immemor quid ei antea
fuerat de regis custodia mandatu, recusata quantu honeste
poterat ea prouincia, Demu cum et Monachu instare videret,
et Regem Monachi imperio non contradicere, ne quod non
sine magna causa faciebat, id ei in ignaviam, vel timiditatem
verteretur, subdit equo Calcaria, et illuc quo mittebatur
cum sociis, et tota equitu qui eis parebant cohorte festinat,

ꝙ non videbatur vllo modo dubitandū, cum ad tempus quo
Regi eius opera esset necessaria, inde facile reuerti posse.
His, eo quo diximus profectis, adhuc incertum erat, vtrum
hostis facturus esset, eo die pugnandi potestatem, et erat post
meridiem hora fere tercia, nec deerant ex primoribus, qui
tam longam expectationem pertesi, signa receptui canenda
et in castra redeundū censerent. Quod cū Monachus sensisset
repente ad Regem cum Collega adulat, pugnā nullo modo
differendam esse monet: minus esse periculi nunc cum parte
copiarū hostiliū, quā in posterū diem cum toto exercitu con-
gredi: non esse de victoria dubitandū. Ad quam vocem Rex
statim signa canere iubet, et simul cum tubarū clangore, et
timpanorū sonitu exoritur clamor vel cantus potius nostrorū
Jesu Saluatoris nomen de more inuocantiū. Et eodem tempore
vidimus ingentem copiarū hostiliū vim de colle illo, qui no-
bis oppositus erat sese sensim demittentiū, vbi Cæsar etiam
Turcarū erat, tum demū Regis capiti galea est imposita,
quo tempore, magnus in eius ore pallor apparuit, quasi
futuri mali præscius. Signo belli dato, viriliter cū hoste
concurrere hii qui in prima acie erant. Bombardæ quoq;
nostræ omnes fuerunt emissæ, paruo tamen hostiū damno.
Fit certamen multo acrius, quā pro numero nostrorū plures
ex hostibus quam ex nostris cadunt, donec nostris fortis me
pugnantibus hostis cedere cepit, sui nostrorū impressione coactus
sui vt nos ad Tormentorū loca pertraheret. Et repente aduo-
lat ad Regem Andreas Bathor, hostes terga dare, victoriā
esse nostram: promouendū esse gradū, et nostros hostem fugi-
entem persequentes adiuuandos. Properamus igitur per aqua
et iniqua. Verum vbi ad eum locū ventū est in quo paulo ante
fuerat certatū, ibi vero multa nostrorū, plura hostiū cadau-
ra per campos iacentia vidisses, et quosdam semiuiuos et adhuc
spirantes. interim nostris hosti instantibus, et fortiter cum

co pugnantibus agmine regio, eodem quantu a Cataphracto mi:
lite properari poterat properante, inclinazi cornu dextrum cepit
et plerisq ex eo cornu fugam capessere, tormentis credo qua
hostis tunc primu iaculari ceperat exterriti, qua res, et globoru
iam nostris etiam qui penes Regem eramus capitibus superuo:
lantiu crebri ictus non paru terroris omnibus incusserunt. Et
eo ipso tempore Rex in ordine nostro non comparuit, sine prio:
illos ordines quos ante eum fuisse diximus pregressus (q antea
ita erat statutu ne Rex eodem in loco staret) sine sublatus ex
acie ab his quos ei post tergu fuisse diximus. Nam utrumq fi:
eri potuit nec desunt qui dicant eum priores sui agminis or:
dines transgressu usq ad Principia processisse atq ibi vizili:
ter cum hoste pugnasse, quod ego neq affirmare ausim, neq
aperte mficiari. illud michi certo constat eum tunc a nostro
ordine, et a suo loco abfuisse, quando Tormenta hostilia
tonare ceperunt, et quando ex cornu dextro fuga fieri cepit.
Secundu ex eodem ordine, pene eodem tempore quo regem,
sensimus abfuisse Archiepiscopu Strigoniu et nonnullos
alios Regi propinquos. Ego regis amnissi culpam, neq in eos
ausim conferre qui et custodes fuerunt adhibiti, neq in eos
qui cum fortasse intempestive ex acie subduxerunt, sed infe:
lici cuidam nostro fato, ut rege etiam ammisso, non solu pate:
remur ea, quae ab externo hoste passi sumus, sed domesticis
etiam dissidiis ac factionibus ob aliu regem in locu demortui
substituendu agitaremur nostris flagitiis hiis etia graviora
promerentibus. Illos enim utrosq scimus Regi fidissimos
fuisse, et regiae salutis studiosissimos.
Nam quod ad tres illos attinet, ad Custodiam regii corporis
deputatos, constat eos ab hoste ad quem reprimendu missi
fuerant, non prius redire potuisse quam fuerit tota acies
nostra in fugam conuersa, capto etiam uno ex eis, et eodem
in loco liberato.

Quo molestiore animo ferendu censeo quausus sit quida oratione etiam de hoc publicata, si oratio illa vocari debet nostros sui Regis desertores falso vocare. An deseruisse regem sunt censendi, qui omnia illi officia bonoru ac fidelissimoru subditoru prebuerunt: qui omnes fere in eodem in quo Rex iacuit campo iacuerunt, testati morte qua fidei suo Regi qua amantes patriæ fuerint. Sed idem ille egregius historiaru scriptor, qui hæc scribit, et qui tot conuicia in gentem nostram ingerit, huius etiam cladis historia ita scripsit vt me puderat cum ita impudenter rem sibi ignota in vulgus prodere fuisse ausu. Sed nos ad institutu redeamus.

Regis Exercitu per ea quæ diximus vehementer turbato, et ad fugam spectante, diu tamen etiam postea est pugnatu, ita non in latiore illa planitie, sed ante ipsa Tormenta, quæ nobis adeo erant propinqua, vt non fuerint a nobis decem passibus remota, donec non solu terrore, sed et fumo Tormentoru omnia replente, ac visum etiam prohibente, coacta fuit magna Exercitus pars in vallem quæ aquis illis palustribus iuncta erat descendere, reliquis adhuc ante tormenta viriliter pugnantibus. Caterum cum hii quoq qui se in vallem receperant rursus in pugnam restauranda redijssent, neq iam vlterius vis Tormentoru et fumi sustineri posse vllo modo videretur magna Exercitus parte in fugam dilapsa, ipsi etiam sunt fugere coacti. Fugam igitur ad vnu omnes qua cuiq proximu erat capessunt, ac per ea potissimu loca, per quæ paulo ante euantes, et spe victoriæ plenj veneramus, et per Castroru loca quæ fuerant antea, ita per hostes direpta ac disiecta vt vestigia eoru tantu superessent, et plena essent omnia eoru qui in Castris remanserant cadaueribus.

Hostes visa nostrorum fuga, vel fraudem subesse rati, vel pugna fatigati, diu intra se aciem suam continuerunt, et nisi tenebris noctis insequentis se se intendentibus, nequaquam nostros sunt insequuti, que res, et quod nox paulo post cum himbribus effusissimis est subsequuta, multis mortalibus saluti fuit. Durauit iustum certamen, per vnam fere et mediam horam. Sunt non pauci et illa palustri voragine absumpti. Nam Regis corpus quem et ipsum ibi periisse nonnulli dicebant, fuit postea repertum in hiatu quodam terrae praerupto, supra Mohacium milliario medio, sub pago quem Cziele vocamus: qui locus tunc Danubii inundatione aquam solito maiorem habebat. Ibi simul cum equo ita vt erat armatus ab aquis fuit suffocatus, quo in loco plures etiam alii perierunt. Atque ab eo loco non procul repertum est corpus Andree Trepka, et Steffani Accell.

Monachus in prima acie fertur cecidisse fortiter pugnans. Eius caput a trunco abscisum, postero die per Castra hostium loco triumphi fuit circumlatum, longe hastae affixum, quod postea ante Tabernaculum Cesaris stetisse aiunt. Eo Die qui pugnam est insequutus mille et quingenti ex hiis qui capti fuerant, et inter hos magna Primorum Nobilium pars in Coronam positi, coram Exercitu victore capite sunt truncati Cesare sanguine illorum Diis suis libante, pauci ex captiuis seruati, vt essent a quibus posset Cesar, et himbraim Bassa, ea quae opus erant sciscitari. Inter hos Nicolaus cognomine herczik, quod lingua nostra Ducem significat, dux re vera, et Thesaurarius regius existimatus. item Joannes Pileczki, et Joannes Macieiowski Poloni, omnes Cubiculi Regii ministri, a quibus postea ad reginam reuersis multa cognouimus quae breuitas historica commemorare nunc non sinit.
Seruatus fuit et Michael Fekete, ac Bartholomeus Maytini qui postea magno inde aere redempti sunt.

Perierunt in eo prelio, et in fuga preter Regem, ex Antistitibus Ladislaus Zalcanus Archiep's Strigoniensis, Paulus Thomori Archiep's Colocen dux Belli, Franciscus de Peren Varadiensis Philippus More quinq; Ecclesien, Blasius Paxi Jauriensis, Franciscus Czaboli Canadiensis, Georgius de Palyna Bosznensis Episcopi.

Ex Baronibus Georgius de Zapola Comes Scepusien alter belli dux. Joannes Dragffi Judex Curiae Regiae, Franciscus Orzagh, Cubiculariorum, Petrus Corlaczki, et Andreas Trebka Janitorum, Simon harwat Pincernarum regiorum Magistri Thomas Zeczi, Gabriel Perinni Ambrosius Sarkan, Antonius Paloczi, Mathias Czethini, Comes de Frange panibus, Sigismundus Banfij, Franciscus hampo, Joannes de Bathian, Steffanus Szlick Bohemus, et nonnulli alii Bohemi et Morani.

Ex nobilioribus, et potioribus regni Franciscus Balassa, Nicolaus Tharczay, Joannes Paksszi, Joannes Isthwanski, Emericus Vardaÿ, Michael Podmaniczki, Gregorius orlowczik Capitaneus Segniensis, Steffanus Acell, Castellanus Posonien, Sigismundus Pogan, Joannes Thornali, Joannes et Stephanus Calnaÿ, Nicolaus Forgacz. Preter hos nobiles potiores ad quingenti. Equitum preterea tria vel quatuor millia. Pedites paucissimi euaserunt. Fuerunt autem usq; ad duodecim vel tredecim millia peditum. Ex quorum Ducibus vix euasit quisquam alius preter Annibalem Ciprium. Tormenta bellica omnia et illa quae in Acie, et ea quae partim in Castris, partim in nauibus remanserant hostis habuit. Horum cura demandata fuerat, sed sero, et non nisi illa eadem nocte, quae pugnam praecessit, comiti Joanni Hardekg, viro strenuo et industrio, et qui circa Regem ab initio fuerat diligentissime versatus Regi inter paucos charus.

Nocte et Die qua pugnam insequuta est, hostes in omnes partes proximas cursu effusi, obuia quaeq; vastarunt et combusserunt, nulli mortalium parcentes, non sexui, non aetati, non religioni: omnia fœda et crudelia in miseram gentem exercentes. Neq; est mirandum vicinæ cladem illius noctis et sequentium dierum deplorare: quæ tanta fuit per omnem illam Hungariæ citerioris partem, vt non possim mihi persuadere ab vllo vnquam hoste crudelius esse sæuitum. Illud inter alia contigit, nunquam fortasse antea auditum, vt infantuli viui ne vagitu proderentur, furerint ab infelicissimis matribus in terram defossi, ibidem arcta terra intercluso matribus inde aufugientibus miserè suffocati.

Processit hostis vsq; Balatum Lacum quinq; Ecclesiis Ciuitate insigni conibusta, cuius tamen Arx et nobilissimum templum quod in Arce est remansit intactum.

Dum hæc agerentur iam Vaiuoda Transsiluanus circa Segedinum erat cum copiis Transsiluanis, quæ cum ita cito subsequi non possent ipse consensis tribus Rhedis, cum paucis ad Regem properabat, vt vel solus prelio quod intellexerat minime dilatum iri interesset. Comes Christophorus Zagrabiam peruenerat. Bohemorum aliqua pars eorum, qui in auxilium Regi venibant partim non longe ab Alba Regali partim circa Saurinum erat, et circa eadem loca Georgius Marchio Brandeburgensis et Cancellarius Bohemiæ Adam de Noua domo.

Regina hac clade audita, cum Episcopo Vesprimiensi et Alexio Turzone et oratore Pontificio, incerta adhuc de regis interitu trepide Posonium confugit rerum suarum magna ex parte per Danubium subuecta, in quibus et in his quæ circa Budensium erant, licet Andreas Orbanaz, qui Arci Strigoniensi præerat nonnulla damna fecerit, tamen in huius rei commemoratione longe a veritate recessit ille, qui militibus nostris leuis ar-

mature quos vero nomine husarones appellat, eam culpam impingit, q̄ puellas Reginales inhonestius habuerint, et in earum soleis per ludibrium saltauerint.

Cesar paucis diebus circa ea loca vbi prelium fuit commoratus, omnibus deinde quos predatum dimiserat ad se reuocatis, inde Budam versus mouit ad quam sextis aut septimis castris ripam Danubii Legens cum peruenisset, oppidis et villis obuiis omnibus exustis, eam sine omni presidio relictam reperit, et combussit, arce sola cum stabulo regio, ac viuario ferarum seruata. Inde dimissis in omnes Hungarie citerioris partes predatoribus, quidquid inter Danubium, et lacum Balatum iacet, vsq̄ ad Jaurinum omnia ferro et flamma vastauit, Strigonii tamen Arx per eum quem superius nominauimus Andream Orbanass deserta: per hominem humillime sortis, et qui paulo ante peditum illius Capituli ductor fuerat Matheum cognomento Nagh, qui illuc cum paucis confugerat = Arx vero Wissegradi Corone Regie conseruatorium per rusticos et Monachos fuerunt seruate.

Tantus terror inuaserat animos nostrorum audito Cæsaris Budam aduentu. quæ quidem Arces et cum hiis Tatha et Comarum, atq̄ etiam Alba Regalis, propterea etiam ab hoste non fuerunt captæ, q̄ is, nescimus quo consilio regnum vastare tantum contentus, de Arcium, et locorum munitiorum expugnatione nichil habuit pensi. Nusquam est hosti sic in Hungariam seuienti magis repugnatum quam in loco, cui Marotto est nomen. non procul a Strigonio, Secessus est Archiepiscopatus Strigoniensis, non inamenus, inter eas siluas, quas nos Viertesias appellamus: siluis et nemore vndiq̄ cinctus. huc se nostrorum aliquot millia receperant, cum coniugibus et liberis, locorum angustiis freti, Cum hiis hosti fuit non semel acerrimum certamen, magna hostium strage. Postremo cum nullo modo Castra nostrorum quæ curribus circumduxerant expugnari ab hoste possent,

coactus est hostis Tormenta quoq; bellica illuc adducere, et ita demum et Castra disiecta, et omnes fere ad vnum casi fuerunt. Ingentes cadaverum cumuli, qui nunc quoq; eo in loco visuntur facile magnitudinem cedis declarant. Fuere vt hii qui paucis inde effugerunt referunt, vsq; viginti quinq; millia nostrorum. Omnium vero vbiq; tam caesorum quam captorum numerum in vnam summam colligendo, affirmare ausim, ex his quae cognoscere potui, periisse hac clade prope ducenta hominum millia.

Citeriore Hungaria in hunc quem diximus modu a Drawi hostio ad Iaurinum vsq; vexata terrore non modico, etiam his qui procul erant, ac Viennensibus quoq; iniecto: ponte super Danubio ad Lestu facto, decimo quarto quam Buda venerat Die, Caesar in vlteriorem Hungariam transit, dimissis inde ad omnes quoq; partes, quae inter Danubium et Tibiscum sunt, omnia similiter vastat et comburit, sicut in citeriore Hungaria fecerat, multitudinem omnem quae Tibiscum non transierat, partim gladio mitigauit, partim in seruitutem rapit. Ipse satis iam in miseram Hungariam debachatus Domesticis quae interim in Asia minore quam Natholiam vocant exorta fuerant dissidiis cum reuocantibus, omnibus quae intra Drauum et Danubium occupauerat locis, atq; ipsa etiam Arce et ciuitate Budensi, sine vllo praesidio relictis domum est reuersus.

Maria Regina Vngarie et Bohemie Sigismundo primo Regi Polonie.

SErmo Principi domino Sigismundo dei grā etc Maria eadem gracia Regina Vngarie et Bohemie etc Salutē foelicitatis ac prosperorum successuum perpetuum incremē: tum. Sermē Rex consanguineē nr̄ charmē Q post hanc memorabilem regie Mtis domini et Mariti nri cha: rissimi, tociusq; regni Vngarie cladem, ad oppidum Mohacz, nuper acceptam, nullas ad vram Mtem literas dederimus, non obliuione mutue necessitudinis nrē, que firma et perpetua est, sed ex eo vrā Mtas existimet euenisse, quod non nisi certissima de eius belli euentu volebamus ad vram Mtem scribere, nam inicio ab his etiā qui prelio interfuerunt, varie omnia et confuse narrabā: tur. Exactius deinde rem totam cognouimus, itaq; vt pau: cis vrā Mtas infoelicem huius regni conditionem accipiat. Coesar Thurcorum cum bellatorum ducentis fere millibus, maximoq; huius generis terrestri ac nauali apparatu. Regnum hoc proximo mense Julio est aggressus, expug: natisq; ac in potestatem suam redactis Varadino Petri, Vilak et aliis Arcibus citra Danubium positis, ad Ezek, quod oppidum iuxta Drawi fluminis ripam si: tum est, factis mira celeritate pontibus, traducit Exer: citum, ac non longe a castris Mtis regie castra me: tatur, Et quamuis nri nec Tormentis, nec militum nu: mero essent cum hoste conferendi, vt pote qui non plures viginti quinq; milibus fuerint, summa tamen alacritate

pugnam deposcunt ac frustra quibusdam sanioris consilij
viris disuadentibus, manus cum Thurcis vigesimo nono
die mensis Augusti conserunt, pugnatumque est aliquan:
diu ex vtraque parte maximo ardore animi, Thurci de:
inde ex industria, terga vertunt, ac nros insequentes
ad insidiarum locum vbi ingens bombardarum numerus
terra, et cespite tectus erat, pertrahunt, excussisque re:
pente Tormentis omnibus partem aliquam nrorum militum
in fugam vertunt, ac dum demum perturbatis Ordinibus
infoeliciter est pugnatum, ceciderunt multi viri vtriusque
ordinis clarissimi, inter quos vt accepimus dominum Stri:
goniensem, Varadien, Quinqueecclesien, Jaurien, Cha:
nadien, Boznen, Epos de domis, Colocensi et Georgio Comite
Scepusiensi Capitaneis, incertum habemus viuant an pe:
rierint, nemo tamen adhuc est repertus qui eos post fu:
nestum hoc prelium se vidisse confirmarit. Joannes Dra:
gffi Judex Curie, ac Signifer Regius, Ambrosius
Sarkan, Franciscus Orzak, cum multis aliis optimis
ac fidelissimis subditis Mtis regie desiderantur, Sunt
hec nobis memoratu acerbissima, Sed vincit animi nri
dolor, et huius regni conseruatio, quam ex luctuoso in:
teritu Regie Mtis percipimus omnem dolorem et acer:
bitatem, cuius casum miserabilem, et a nobis perpetuo
deplorandum maluimus vre Mti per hunc nuncium
quam per lras significare, orbatum hoc regnum est, et
capite, et Principibus, hostis omnia igne et ferro popula:
tur, nullus locus satis est tutus, vbique fuga et mi:
seranda Chrianorum comploratio. Nos hinc, quod pos:
sumus, dominos et Nobilitatis reliquias atque etiam ipsos
rusticos ad bellum instaurandum et hostem a regno
propulsandum per litteras hortari non desinimus, fris
quoque nri Sermi Archiducis Austrie presidium
cuius item prouincias Thurce iam ex omni parte atti:

gunt, assiduis litteris et nunctiis imploramus, spemq3 certam habemus, Sertem suam non neglecturam huius Regni pericula, Superest vt vrā Mtas meminerit quam diu Sermus eius fr ac Nepos in hoc regno rerum sint potiti, cogitet Polonie atq3 Vngarie fines esse contiguos nec esse fidendum infidelissimi hostis paucorum annorum Judiciis, iuuet nos saltem his rebus et cōsiliis quibus fide salua poterit, nec paciatur, quantum in se erit, Regnum hoc Nobile et olim florentissimum nro seculo cum euidentissima tocius Chriane Reipublice ruina interire Reliqua dicet vre Mti nro noie egregius Georgius Sabka regius Secretarius, cui dignetur bonam ac solidam fidem adhibere Commēdamus nos Mti vre diligentissime et eam Vale valere optamus foeliciter Dat Posonii nono die Septembris M° . D. XXVI°

PAVLVS Episcopus Agriensis Sigismundo primo regi Polonie

SErme Princeps et dne, domine graciosissime. Post seruiciorum fidelium et oracionum deuotarum comendacionem, Credo iampridem peruenisse ad Mtem vrā famam nri aduersi casus, quem nuper, non tantū nobis Hungaris sed omnibus Christianis dolendum deflendq3, à Coesare Thurcarum hoste Chriam nominis truculentissimo in medio pene Hungarie accepimus, iam enim deuastato toto Sirimio pontibus iuncto et transmisso Sano Dranoq3 flumine, transfretato etiam Danubio expugnatis et captis plusq3 vigniti duabus Arcibus in ipsa

viscera et precordia Vngarie penetrauerat vbi nos
cum regia Mte dno meo graciosissimo cum his viribus
quantas maximas breui tempore habere potuimus
aduocatis etiam nonnullis externis auxiliis ei occur:
rimus, et eius impetum positis ex aduerso Castris pau:
lisper repressimus, et lenibus preliis per aliquot dies
tentatis semper superiores fuimus, quod nrorum ani:
mus eum ardorem pugne accenderat vt nichil ampli:
us differendum putarent, quin toto exercitu in acie
educto fortunam belli tentarent, presertim cum hostis
insolentissimus ad id eos quotidie irritando prouoca:
ret, et nisi id facerent expugnationem Castrorum
minarentur educte itaq; et directe ex vtraq; parte
acies in die decollacionis Sancti Joannis Baptiste co:
missumq; est prelium nobis, vel deo propter peccata no
propicio, vel insticia ducum, aduersissimum et periculo:
sissimum, in eo enim prelio magnum robur nri exer:
citus amisimus, in pugna enim plures q; pro numero ce:
ciderunt et fortissimus quisq;, In fuga vero plures
q; pro damno more pecudum iugulati sunt, multi et
ex dominis, Prelatis, et Baronibus, interierunt; Meq;
sine omni dubio, idem casus tulisset, nisi me regia
Mtas sex diebus reluctantem, et me omnibus roibus
excusantem, Budam ex Castris reuerti propter sua
quedam negocia maxime necessaria, paucis ante pre:
lium, diebus compulisset, cuius mandatis parere mihi
eciam inuito necesse fuit. Budam itaq; veneram tribus
leuibus curribus cum sex adolescentibus, et vno ta:
tum homine militari, ceteris omnibus meis et militi:
bus et rebus in Castris relictis, Cum vero Bude ne:
gocia domini mei graciosissimi per aliquot dies perfe:
cissem, et iam in Castra redire vellem, audiui sequeti

die post prelium circa noctem nros sinistre pugnasse Qua:
re me Bude retinui donec certiora audierim, eadem
nocte Rlis Mtas sine scitu meo Buda excessit, tantusq
tumultus et terror factus est in vtraq Vrbe Budensi
et Peschtiensi, vt ex eis ita passim ab omnibus migrare:
tur, ac si hostis in tergo instaret. Ego quantum potui
fugam et tumultum in vtraq Vrbe cohibui, meliora
adhuc sperare iubens, sed cum viderent nullum citu
auxilium alicunde aduenturu, deposita omni spe ex:
vtraq Vrbe excesserunt, paucis tantum viris in illis
relictis qui pocius hererent vsq ad aduentum hostis
q permanerent ad custodiam Vrbium. Ita misero pre:
sidio formata est vtraq Vrbs, Arx vero Buden mi:
seriori Ego autem illis subuenire non possum, amisi
enim in Castris omnes res meas ex militibus vero
meis quos fortissimos habebam pauci admodum redierut
et illi vulnerati atq contussi. Qui testimonio omniu
ita dimicauerunt, vt si ceteri quoq domini hiis similes
habuissent, nunc nos ea victoria qua hostis exaultat
gauderemus, Scripsi ad dominum Vaywodam Trans:
siluanien, qui integrum Exercitum habet, Si quide
prelio non interfuit, obsecrans vt properaret subsidiu
ferre, saltem his duabus periclitantibus Vrbibus scri:
psi et vicinis michi dominis et Comitatibus vt capita:
tim insurgant ad ferendum auxilium laboranti ta:
ta mole et iam iam sptum emissure patrie. Scripsi etia
Regie Mti domino meo graciosissimo (dicitur enim vi:
uere et posonii esse) sed graue vulnus habere, ne des:
peraret, sed reliquias belli colligeret, multos si quidem
cecidisse sed longe plures homines militares in Hunga:

ria superesse Preterea integram adhuc Bohemiam Morauiam
Slesiam, vicinos quoq; et affines, Germanos cognatosq; Po:
lonos auxilio non defuturos Sed a Regia Mte nuncius
meus nondum rediit, quare de vita eius adhuc nil certi
accepi, Certiora autem de eo expectare tardum putaui
Quare properaui litteras cum nuncio ad vram Mtem
mittere, Quoniam siue viuat regia Mtas dominus
meus graciosissimus, siue (quod abhominor) non vi:
uat, precipua nobis spes est in vra Mte, ad vram itaq;
Mtem tanq; ad Turrim refugii et ad sacram quandam
fiduciam recurrimus, vramq; Mtem per fidem dei Cruci:
fixi, quam hostis sanguinarius delere nititur obsecramus
et obtestamur vt vra Mtas q; primum potest auxilio
sit, nam nisi mature huic hosti, late omnia vastanti, et
recenti victoria insolescenti occursum fuerit hoc ipso anno
totum regnum Hungarie occupabit, et Clipeum vnius
lateris Polonie, propugnaculum autem tocius Chriamitatis
destruet, Scio Mtem vram cum eo foedus percussisse, sed pro:
fecto perfidus iste, Si Hungariam subiugauerit, eciam vicina
Regna, neglecto ruptoq; foedere aggredietur, timendumq;
est, ne hoc incendium quo nunc Hungaria flagrat, omnia
regna Chrianorum inuoluat, Quare iterum atq; iterum
obtestamur per deum optimum maximum vram Mtem ne
nos in tanto periculo constitutos deserat, Sed q; primum no:
bis succurat, Q si vra Mtas nobis auxilio fuerit
nos q° capitatim insurreximus, quibus maxime duce et
authore opus est poterimus deo fauente non solum rabie
rabiem Thurcarum euitare, verumeciam, totum nomen
et omnem memoriam eorum delere et extinguere Preterea
supplico Mti vre humiliter vt huic homini meo presentium
vezt exhibitori, que nomine meo dicet ita credat, ac si ego

presens Mti vre loquerer, deus Mtem vram saluam et
foelicem conseruet, cui iterum mea perpetua seruicia et hu:
ius miseri regni Hungarie tutelam commendo Dat
Agrie in festo Exaltacionis Sancte Crucis Anno
domini M° D° XXVI°

Sigismundus primus Rex Polonie Paulo Episcopo Agriensi

Rnde in Chro Pater et dne, nobis sincere dilecte,
anteqz littere vre Prtis, et hic eius nunctius ad nos per:
uenisset, iam nobis constitit, de infoelicissimo euentu Se:
renissimi dni Nepotis nostri et istius Regni Hungarie
quo hactenus adeo perturbati sumus, vt quid in preses
certi vre Prti respondere debeamus prorsus nescimus
vrgent enim nos huic debitum, necessitudo, commune pe:
riculu, relligio sancta, et memoria fauoris et benefi:
ciorum, que in regno ipso Vngarie percepimus, illinc
vero Induciae que nobis sunt cum hoste, vis Thartarica
de pacto nobis imminēs, victoria, et alia in manu hostili,
aliorum Principum Chrianorum incerte spes et suppetie,
vtcumqz tamen est, agimus imēsas gras vre Prti pro hac
eius et aliorum istic Regnicolarum tanta in nos beniuo:
lencia, et rogamus illam plurimu curare velit, vna cu
aliis dominis qui supersunt ne hostis saltem vniuersum
Regnum tam celeriter occupare posset, nos enim in lon:
ginquis locis existentes qz primum hunc acerbissimum
casum actepimus omnibus negociis nris posthabitis,
mox Cracouia maioribus quibus possumus itineribus
contendimus, eo animo et instituto, vt quoad fieri poterit

regno isti non desimus, velit itaq; vra Prtas nos ~~de nobis~~ certiores reddere quo res summa loco et quod oportunum factu videatur. Nam quicquid possibile nobis factu fuerit pro ipso regno saluando, nichil omnino pretermittemus, modo vra Prtas vna cum aliis dominis interim adhuc reliquias ipsius regni conseruare curet, quibus tam repente, a nobis succurri nequaq; potest, idemq; agat cum vicinis aliis Bohemis, Morauis, et Slesitis, vt non desint huic communi impendenti omnium calamitati et ruine, quod et nos iam per nuncios et litteras nostras fecimus, foeliciter valeat vra Prtas, et persuasum sibi habeat, q nos hac sua in nos beniuolencia plurimum deuinxit, quod aliquando, si dominus deus fauerit, re ipa abunde cognoscet Dat in Arce Ilzen die xxvij^a Septembris Anno domini M^o D^o XXVI° Regni vero nostri anno XX°

Petrus Tomicius eps Crac. Vicecancell^s Bone Sphortie regine Poloniae.

SACRA Rlis Mtas et dna, dna mea clementissima Heri venit huc nunctius Rmi dni Epi Agriensis cu litteris qui quia pugne interfuit singulariora quedam narrare videbatur, tamen nichil ab illis, que prius iam pro compertis habebamus, discrepancia, Regem vicit interemtu: Exercitum Hungarorum fusum, ac penitus deletum Reliqn prouincie Hungarie, quod superest, in ea positum esse Charibdi vt de salute eius pene iam sit conclamatum, Quibus rebus intellectis Mtas regia ma:

turat aduentum Cracouiam est qz ita vt iampridem consti:
tuerat, die vezt proximo Martis (Si deus concedet) is:
thuc peruentura. Ego certis et vrgentibus rebus meis
priuatis, me remorantibus, cogor hic aliquantisper ma:
nere, tamen, post paucos dies, sequar isthuc Cracouiam
mtem suam. Interim, me cum perpetua mea seruitute, de:
uotissimisqz oracionibus meis. Commendo humillime
vre Sacre Rli Mti, Quam vt deus omnipotens cu
Serma sua Sobole seruet qz diutissime incolumen et foelice
assidue illius diuinam clementiam indignus oro

Petrus Tomicius Eps Cracouien: Vicecancellarius Paulo Epo Agriensi.

R Me mi dne dne obseruandisme, Constabat iam
quidem ante nobis ingens casus Sermi domini regis et re:
gni istius Vngarie, verum hactenus varii et incerti erat
rumores de omnibus, nunc vero demum littere et nunctius
vre R me. d. nos de singulis fecerunt certiores, ex
quibus quanto dolore cum Mtas domini nri tum nos
omnes perculsi et conseruati simus dici nequaqz potest
Expendens autem mecu victoriam et vim hostilem et
quid nos aduersus illam in tam subito casu prestare pos:
simus, video rem vndiqz difficilem et pene neglectam in
eo tanto periculo et ruina non solum horum regnorum
sed eciam tocius Chriamitatis, tamen non dubitet vra Do:
R ma adeo Principem hunc nrm et nos omnes affligi
et vrgeri casu isto, vt omnino nobis comunem ~~representeq~~ reputemus,
habeatqz persuasissimu quod quicquid Mtas sua et nos

vniuersi prestare poterimus in subsidium vrm̄ nichil pre:
termittemus, modo interim curet vrā dominacio Rma
vna cum aliis optimatibus, qui reliqui sunt, ne tam breui
tempore tantum regnum ad extremum concidat, et quod
prudenter et oportune facit alios q̄ vicinos ad succurrē:
dum huic incendio exhortetur quod etiam nos iam dili:
genter fecimus, ego quantūcumq̄ cura labore et facultati:
bus meis isti regno prodesse potero, nichil omnino negli:
gam, eaq̄ causa nunc omni celeritate Cracouiam conten:
dimus vt propiores simus et id quicquid a nobis prestari
possit, exequamur, itaq̄ d. vrā Rma significare de:
niceps non pretermittat, ea omnia quē hostis gerat, et
quid spei reliquum videbitur, gratissima est enim huic
mti Regie hec illius cura et in se obseruantia Cōmen:
do me ex animo eidem Rme dominacioni vrē quā
deus omnipotens seruet in hoc discrimine sospitem et in:
columem Dat

Sigismundus Rex Polonie
Georgio Comiti Scepusien
Alexio Thurzoni

SPectabiles et Mgci rc Nunctiatus est nobis infoelicis
simus euentus cum Thurcis Serm̄i domini Hungarie
et Bohemie regis Nepotis nri charm̄i et tanta clades
quam eius Mtas cum Exercitu suo accepit, vt etiam de
eius propria salute hactenus nichil constare possit quo
acerbissimo casu non solum eius Mtis sed etiam vniuerse
rei Chriane, accepto ingenti dolore perculsi sumus et ne
pessimis his successibus peiores adhuc succedant, maxi:
me timentes tuam Mgciam hortamur et rogamus vt pro
amore domini sui, et suo ipsius, patrieq̄ sue salutis causa
curare velit vna cum aliis fidelibus subditis sue Mtis

quo id quod reliquum salutis et oportunum factu adhuc restare videtur, non pretermittatur sed quoque primum quicquid consilii et auxilii per illam prestare potest pro conseruandis istis regnis in tanto communi casu non desit officio et debito suo pro illa fide et virtute quam semper erga illius Mtem et reipublicam prae se tulit. Nos vero modis omnibus quibus poterimus deesse nolumus vt debemus et illius Mti et regnis eius vtcunque hec alea fortune sese verterit Et bene valeat tua Mgcia ac nobis quoque primum significare velit quod istic in tam afflictis rebus agi et opportunum esse cognouerit Coetera ex hoc nuncio nostro intelliget Dat

Sigismundus Rex Polonie Burnemisse Castellº Posonien

SPectabiles et Mgce etc Narrauit nobis egregius et Nobilis N. Liesieczki S. tue curam et prouidenciam in tanto casu et discrimine istius regni Hungarie, quod et Arcem Posoniensem bene obfirmarit, nullumque ad eam permittere velit, donec ab vniuersis regnicolis debito modo Rex fuerit declaratus, Nos tametsi tue Stis prudenciam et Sagacitatem in multis aliis negociis dudum cognouimus, tamen et hanc eius animi constanciam et circumspectionem plurimum commendamus rogamusque illam, vt pro virili sua curet et agat quo rebus adeo collapsis mature et opportune prouideatur Rexque talis eligatur qui prudencia et experiencia sua vnitisque aliis vicinis regnis et dominiis sciret et possit tantum tempes:

tatem propulsare, hec ideo nos sollicitos habent q̄ et regno isti ex animo bene volumus, et q̄ res communis agitur bene valeat tua S.

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Anthonio Pulleoni Baroni Burgi Nunctio Appostolico in Vngaria.

Magce Sincere nobis dilecte Accepimus infoelicissimum euentum Sermi domini Ludouici Vngarie et Bohemie Regis, ꝗ quanto dolore et amaritudine animi nri facilius est vnicuiq̄ existimare, q̄ nobis exprimere et quia cum de Salute illius Mtis, tum eciam de reliquis rebus vti se habent adhuc plane incerti sumus, mittimus istuc nunciu nostru vt de omnibus q̄ primu certiores esse possimus rogamusq̄ tua S. vt nobis significare velit quid cum illius Mte et Statu istius regni sui Vngarie agatur, detq̄ opera consilio et adhortacionibus suis cu apud Sermam istam regina, tum eciam reliquos dnos et Proceres subditos eius Mtis, vt pro amore domini sui et sue ipsius et patrie sue salutis causa, curare velint, quo id quod reliquum Salutis et oportunu factu adhuc restare videtur, non pretermittant, sed q̄ primu quicquid consilii et auxilii prestare possit, pro conseruandis istis regnis in tanto communi casu non desint officio et debito suo Sanctissimo etia dno nro significet citra moram tua S. hunc tantum casum non solum regnorum istoru, sed eciam tocius reipublice Chriane, vt iam tandem illius Sctitas adnitatur illa tam diu partuerita expedicionem aduersus hunc hostem, ad effectu dedu:

cere et bella intestina Chrianorum sopire, ne quod nobis nunc agitur, breui et ad eius Sanctam Sedem et reliqua regna Chriana extenda, hec tempestas perueniat faci: et tua S. pro sua fide et sedulitate et communi bono quam in illa semper cognouimus. Nos vero modis omnibus qbus poterimus decesse nolumus vt debemus regno isti Hungarie et respublice chriane, vtcunq; hec alea fortune sese verterit bene valeat tua S.

Generosi egregii et Nobiles Sincere et grate nobis dilecti Jam tandem certiores facti sumus Serenum olim dominum Ludouicum Hungarie et Bohemie Regem Nepotem nrm de: sideratissimum in hoc funesto et in auspicato conflictu cum Turcis interisse, quo miserabili euentu, non solum grauis: sime dolemus chrianum Principem et Nepotem nrm charis: simum interisse verum eciam angimur et solliciti sumus impense q; intelligamus quanta ex hoc casu primum isti regno Hungarie et aliis ei contiguis, deinde toti Chri: stianitati ruina impendat nouimus enim hostis huius in: stitutum vt per has regiones aditum sibi ad reliqua omnia regna et dominia chriana occupanda paret Qua: re cum in memoria habeamus et habere semper volumus vrm singularem affectum et fidem cum erga Serenos olim Reges vros. Vladislaum fratrem et Ludouicum Nepo: tem nostrum, tum eciam erga nos ipsos, et proinde omnem

Statum et fortunam vram cum mea et subditorum nrorum
communem repulantes presertim cum ecia omnino hostis est
communis, hortamur vos et plurimum rogamus, vt dum ad-
huc licet q diligentissime consulere velitis, cum aliis vicinis
et fratribus vris de hoc regno Hungarie in tanto discrimi-
ne existenti saluando perpendatis hostilem potenciam et fortu-
nam illi mris peccatis nra q negligencia, et dissidiis intes-
tinis fauentem cui si concordibus et vnitis viribus horum
regnorum non resistetur, actum de nobis omnibus breuissimo
tempore non dubitetis. Nos vt per nunctium vrm a nobis
petistis parabimus pro viribili mea, et vt in celeritate fieri
potuit suppetias vobis laborantibus, sed cum interim edoc-
ti sumus hostem discessisse, seroq ipsas suppetias futuras consul-
tius iudicauimus illas pro alia necessitate reseruare et omni-
no persuasum habeatis, q quantum mris regnisq et domini-
orum nrorum viribus et facultatibus prestare poterimus
nullo vnq tempore et eventu vobis et regno isti Vngarie
consilio et auxilio meo deesse volumus nunc debis que
nos sollicitant, et huic potissimum ac aliis regnis vicinis
impendere videmus admonendos vos eo animo duximus
quem erga vos gessimus semper benevolen mm et fauentem
postulamusq a vobis vt quorsum ipsi hostes se conuerte-
rint, vbi suas stationes habeant, quid agant, quidue molian-
tur, nos reddatis certiores. Cracouie xi octobris Anno
domini M°. D°. XXi Regni mei XX°

Sigismundo primo Regi Poloniæ Alexius Thurzo.

Serme Princeps et domine, domine michi graciosissime
Accepi honore quo debui litteras Mtis vre Serme quas
per hunc suum Cubicularium Mtas vra ad me dedit. Ex
quibus vltra alia plurima argumenta facile perspexi quã:
ta benignitate Mtas vra me prosequatur. Quod ego, quo
genere seruitutis mee possim a Mte vra promereri, non
reperio. Dabo tamen operam pro virili mea, vt saltem ali:
quam partem tante in me benignitatis perpetuis seruiciis meis
promerear, perscripsi proximis hiis diebus Mti vre per
Cubicularium Regium: id quod de Mte regia domino
meo clementissimo bone memorie, Nepote Mtis vre dubio
rumore ferebatur. Expectauimus hactenus foeliciora. Sed
iam (proh dolor) pro comperto est q Mtas sua strenue et
insigniter cum hoste pugnando, inclinata acie nrorum,
nostrisq in fugam conuersis equo cui insidebat, grauiter in
prelio vulnerato, volens tandem manus hostiles, non nisi
tercius met effugere in quadam profunda fauce Danubii
vna cum equo decidens, miserabiliter extinctus est. Quo
casu infoelicissimo regis optimi et hostis truculentissimi metu
adeo tota fere Hungaria concussa et consternata est vtsi dei
benignitate et Mtis vre Serme ac Chrianorum Principum
ope adiuti non fuerimus, actum sit de nobis, et de tota ista
patria. Coesar Thurcarum capta Buda vna cum suo Exerci:
tu dicitur pontem in Danubio prope suburbium extruxisse

Danubiumq; transiisse et iam maiorem partem Hungarie vl:
terioris hoc est eius partis que est vltra Danubium no:
bilissimas regiones vsq; Jaurinum depopulatus est et omnia
igne excussit. Nunc combustis Ciuitatibus Buden et Pesh:
thien et pertransito Danubio, nemini satis compertum est
quid hostis inmanissimus statuerit et quo profecturus sit
habet preoculis duas vias, et nra opinione, aut iturus est
ad expugnandam Transiluaniam vel recta per citeriorem
Danubii partem rediturus ad sua et quicquid est intra am:
bitum fluuiorum Danubii et Ticie ferro et igne in regressu
deuastaturus. Et tandem Danubium traiecturus et fortasse
in Castris, vel Vilak aut Varadinipetri, vel Nando:
ralbe firmatis presidiis in Arcibus seu Castris illis hiema:
turus. Sed id nemini recte constat, Nichil est quod ille per:
fidissimus hostis ferro et igne non deuastet, viros et mu:
lieres passim promiscue cedit, pueros ac puellas secum
captiuas ducit, hinc etiam citra Danubium a Vacia vsq;
ad loca longinqua, omnia exussit Exercitum suum fere
ꝑꝑ omnem, dicitur habere in campo Rakos, prope Ciuita:
tem Pesthien, Bude nichil intactum dicitur reliquisse,
preter Castrum Regium, quod quandiu duret, nemo di:
uinare potest, Mtas Rlis domina mea clementissima
est nunc hic Posonii, cum hiis dominis Palatino, Epo Ves:
primien, Epo Sirmien Cancellario regio, et Epo Vacien
Sum hic et ego cum Mte sua ob amissum dominum meum
clementissimum, obq; cladem nrorum, ac deuastacionem pa:
trie huius mee, acerbitate, et dolore confectus nescimus
quid consilii sit nobis, tam subito capiendum, nam maior
pars dnorum Hungarorum in illa proxima clade misera:
bili interiit, alii qui supersunt, sunt hincinde dispersi, nec
licuit hactenus illis propter hostem, qui nos nunc ab inuice
secreuit in vnum conuenire vt potuissemus de Salute nra ia

, reliqua in medium consultare, Ego quidem gracioſiſſime
domine, omnem ſubſtanciam meam ad regias neceſſitates
et ad conducen gentes, in proximam expedicionem contra
hoſtes conſumpſi. Nichilominus tamen, quicquid eſt meaꝝ
vicium quicquid opere, ac laboris, paratus ſum pro tuenda
ſalute huius patrie mee impendere. Sed iam facile credi
poteſt, q nostris propriis viribus, ita afflictis et contritis
non poſſit vnq tanto hoſti obſiſti aut Hunguariam ſaluam
permanere, cum hoſti iam omnia pateant, ſintq perunia, niſi
poſt deum a ute vra et a Chriams Primcipibus nobis
ſuccurratur, non parum ſpei erat in domino Vaywoda mo
qui adhuc omnem Exercitum ſuu ſaluum et integrum
habet Sed michil polmt adhuc nobis conſtare vbi locoꝝ
ſit et quidnam preſe habeat. Quicquid erit in poſterum quo
ſe ſtatus omnium iſtarum rerum verterit, tanq deditiſſimus
et fideles ſeruitor ſti vre perſcribere non pretermittam
Interea ſtas vra dignetur nobis et huic lacere patrie
ope et conſilio ſuo adeſſe. Agitur eciam per ſtem Rlem
apud freſ ſuos Sermos Primates dnos Carolum Imperato:
torem et Ferdinandum Archiducem Auſtrie et alios Sta:
tus Imperii pro ferendis auxilijs. Cum hoſte autem no
iſta hieme confligi non poteſt, non videntur alia remedia
niſi firmare caſtra et Ciuitates reſiduas preſidijs et tanq
coadiunatis viribus Primatum Chriaꝝ ad futurum
ver cum hoſte tentare fortunam. Alioqui ſi hoſtis non fue:
rit profligatus, et amniſſa Caſtra in confinijs non recu:
perabuntur, Non eſt aliqua ſpes poſſe hoc regnum ſtare
diucius amniſſo regno hoc (quod deus optimus procul
auertat) quid vicina regna et prouinie debeant ſperare
ſtas vra facile iudicare poteſt Ego me et perpetua ſer:
uicia mea animos in gram ſtas vre humillime com:
mendo Quam deus optimus maximus foe:

licissimam et incolumen conseruet Dat Posonij in festo Beati Michaelis Archangeli Anno domini 1526

Rme domine, domine graciosissime. Hiis diebus Serma Rlis Mtas Vldricum Czietrzicz cum quibusdam aliis fidelibus seruitoribus suis ac litteris ad me miserat mandaueratq; vt ipse Czietrzic pro requisitione corporis Mtis Regie domini graciosissimi, foelicis memorie proficiscenti duodecim equites meos dare ac cum ipso in eum locum mittere deberem quamuis hoc dum arduum negocium Proceribus regni Hungarie attingeret, ego tamen iuxta mee fidelitatis exigenciam nolui Mti sue medio tantum familiarium et seruitorum meorum seruicia exhibere verum in persona mea propria cum eodem Czietrzic ad hoc ipsum peragendum profectus sum nouerit autem Rma Do. vra dicta et relata omnia memorati Czietrzic fuisse verissima nam dum loco apropinquaremus nec dum tamen attigissemus, Czietrzic a longe locum mihi digitto demonstrauit, festinanter illuc equum mortuum in luto et paludibus comperimus Czietrzic corpus Regie Mtis illi esse arbitratus, spretis paludibus luto se iniecit sub equo corpus regium cum reliquis comitibus quesiuit nec reperit arma tamen sue Mtis ibidem inuenit paululum inde progressi, corpus vnum exangue vidimus quod versando cognouimus corpus esse Trepka Mgri Curie Regie Mtis sue, multa deniq; corpora diutius versantes

regium corpus inter illa non reperimus, non longe sub quodam
portu quandam sepulturam nouam vidimus, et quasi diuino
instinctu humatum corpus Mtis sue regie cognouimus, ac:
currimus omnes, ante omnes alios Czietrzic vnguibus suis
terram cepit vellicare nos quoque similiter primum a parte
pedum aperta sepultura dexterum pedum hominis sepulti
Czietrzicz arripuit aqua duorum pileorum diligentissime
lauit Signumque quod Mtas regia dextro pede habebat
deprehendit Exclamauitque voce magna hoc est regie Mtis
domini mei semper graciosissimi certissimum corpus flexisque
genibus cum lachrimis osculatus est recognita corpus effo:
dimus, caput primum et ora abluimus, pulcherrima per ea
signa que regia Mtas in dentibus gerebat se esse iudica:
uit Teges quidam erat nobiscum ductus quem disten:
dimus et in eum corpus Mtis sue deposuimus aqua pu:
ra purissima abluimus absit adulatio, et Rma domi:
nacio credere dignetur nunquam vidi corpus exangue homi:
nis tam incorruptum, tanquam non fastidiosum et minus ter:
ribile, nulla enim corporis sue Mtis pars corruptionem
aut feditatem aliquam habuit nec minimum vulneris eciam
in quantitate auri preterquam exiguum in labiis, hiis
igitur summa cum reuerencia peractis regium corpus in lin:
teamen mundum quod ego ex Jaurino propter hoc ipsum
secum duxerem inuoluimus ac sepulcro quod similiter
ex Jaurino duxeram imposuimus, deoque optimo maximo opi:
tulante vbique magna et optatissima pace venimus, dum
autem albam regiam appulimus precurrit Czietrzicz et
hec ipsa Judici Ciuitatis aliisque omnibus declarauit
illi vt decuit, cum omni Clero et populo magna cum pro
cessione Ciuitatem egressi regio ~~humeri~~ funeri obuiam venerunt
demum corpus Mtis sue Ciuitatem induximus et in domo
Prepositure Albenni quadam testudine magno honore

deposuimus aperto tumulo Regium corpus Iudici Ciuitatis ostendimus cognouit et ipse suum dominum mox occlusimus ac Martino Horwath custodiendum reliquimus, de quibus omnibus ipse Czietrzic presentium exhibitor vre Rme Dni lacius explicabit Ex Arce Jaurien feria sexta post festum Sancti Luce Euangeliste Anno 1526.

Sigismundus primus Rex Polonie Marie Regine Vngarie et Bohemie

Serma Princeps et domina Soror et affinis nra charma Quamuis significarit iam nobis Mtas vra per suum nunctium casum et interitum Serm Coniugis sui et Nepotis nri desiderabilissimi tamen quia post aduentum huc nrm non cessant varii rumores de illius Mtis vita, et quidem magis in dies inualescere, et vt audimus Mtas vra mittere dignata est Czietrzic ad eum locum in quo eius Mtem lapsam et extinctam referebat perquisitum, an eius relacio vera esset, nec ne, quod alii constanter id negarent, mittimus hunc nunctium nrm ad inuisendam Mtem vram simul ac vt de his que istic agnntur certiores reddamur, plurimum rogamus Mtem vram vt tam de vita ipsius Serm Nepotis nri qz eciam de rebus hostilibus et Statu presenti istius regni Vngarie nobis significare nobisqz certum documentum quid tandem in dubie credere debemus prestare dignetur, nam et iusta que illius Mti iam parauimus distulimus exoluere huiusmodi rumoribus de incolumitate ipsius quod omnipotens deus ita faxit permoti valeat foelicissime Mtas Vra et nos diligat Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni comiti de Zapola palatino Transsiluanie.

SPectabilis et Mgce domine affinis Sincere nobis dilecte. Post varios rumores quibus nobis optima spes prebebatur de successibus Serenissimi domini Ludouici Vngarie et Bohemie Regis Nepotis nri charissimi tandem innotuit nobis eius illum vna cum exercitu suo tantam a Thurcis cladem accepisse vt de vita et salute ipsius hactenus sciri non possit quo acerbissimo casu non solum eius illis sed etiam vniuerse Christiane rei accepto ingenti dolore perculsi sumus et ne pessimis his successibus peiores adhuc succedant maxime timentes tuam M: que omnes istic et facultate et recte bus fortiter gestis longe prestat plurimum hortamur et rogamus vt amore domini sui et sue ipsius patrieqz sue salutis causa uelit vna cum aliis fidelibus subditis sue illis quo id quicquid reliquum salutis et oportune facta adhuc restare videtur, non pretermittatur sed qz primum quicquid consilii et auxilii per illa prestari potest pro conseruando isto regno in tanto communi casu, non desit officio et debito suo pro illa fide et uirtute quam semper erga illius istem et respublicam prestitit ostendatqz nunc cui maxime est opus in tanta patrie sue calamitate illum excelsum animum illamqz in rebus agendis dexteritatem suam quam hactenus semper ostendit Nos vero et tue Mgce et istius regno in omnibus quecunqz oportuna videbuntur et que per nos prestari poterint omni consilio et auxilio meo nequaqz dee:

rimus Valeat feliciter tua Magnificentia et nos de successibus suis certiores reddere non grauetur Vat

Andreas Cricius Eps Premisliensis Petro Tomicio Epo Cracouiensi. & Regni Polonie Vicecancello. Amunculo.

Rme mi domine. Mitto vre Rme Dm litteras nri domini Broderici Cancellarii, qui equo in prelio amisso vix pedes euasit, pedesq; et Sago indutus Posonium venit accurrit hic a regina Vngarie Zapka et Crasmus qui has litteras mihi reddiderunt. qui multa narrant aliter, quam ille Archidiaconus, de rege tamen conueniunt in quadam aqua limosa submersum, cuiq; tunc cum discederet venisse ad reginam, qui eius precipicio aderat, et mortuum palpauit, dominum Strigonien captum et capite truncatu multaq; alia tristissima referunt, nondum auditi sunt, ad hec scriberem conjcio tamen illos nihil aliud habere quam preces de ferendo celeri subsidio, Ferdinandum quidem vt eciam ferat accingi, Sed nullam spem de illo esse commendo me humiliter Rme dominationi vre ex monte Sancte Crucis Dc. Post scripta audiuimus Zapham, nichil egit nisi de subsidio

Stefanus Brodericus Eps Sirmiensis Regni Vngarie Cancellarius

Petro Tomicio Epo Craconien. Regni Polonie vicecancello Andree Cricio Episcopo Premisliensi.

Rmi domini mei colenmi. Credo famā eciam que velocissima presertim in malis esse solet preueniet lras has de nro infoelici cum Coesare Thurcorum conflictu o nos nnq minus prudentes qz tunc qn consilia pacis cum Thurcis vris D.bus non suadentibus solum sed hortantibus ac rogātibus etiam, non suscepimus. Interfui infoelicissimo prelio, nrm vix fuerunt .xx. millia hostis habuit ad ij^c millia. sed que bello essent apta lxxx^{millia}, Nos tormenta bellica pauca, et ea qz male parata. Ille iiii^c vel circiter, bombardis magnis qz alio genere virium, hostis preualuit, fusi fugatiqz sumus, amisso toto fere peditatu, que fuerunt ad x^{am} hominum, Exuti Castris, relictis tormentis omnibus, regia aulas quam nri non sunt passi vllo modo a prelio abesse, quamuis dispositi fuerunt, qui postqz acies cepisset inclinari. de Salute eius gererent curam, nondum tamen pro certo scirj potuit. vbi sit. ego adhuc non desino benesperare. multi ex dominis Proceribus amissi Ex Epis. Quinqz ecclesien. Iaurien, addunt tercium qz. sed nescimus adhuc quis sit ille credo esse Vacien. dominum Strigonien aiunt saluum esse Sed ego dubito, Ita enim erat male affectus, vt vix equo insideret Ex Secularibus ammissos esse aiunt. Nam ego hos pereuntes non vidi. dominum Sarkan. Thomam Zechij

Joannem Paxi de domino Comite Scepusien adhuc dubitat.
~~tamen~~ Robur milicie Hungarie saluum adhuc est, non
multi equites meo iudicio ammissi, non enim visum fuit
cum bombardis que innumerabiles erant pugnare, nil
hastis nris nihil frameis, nihil aliis telis contra illas
valentibus.

Thurcus habita hac insigni victoria Budam versus proce:
dit, et Budam et totum regnum occupaturus Nemine
resistere valente omnibus huc illuc dispersis. Et de pre:
lio instaurando paruam certe spem habentibus, Bohemo:
rum auxilia que cum dno Cancellario Bohemie venerunt,
incipiunt domum redire, verentes ne et ibi motus aliqui
oriantur Nos sumus hic Posonii cum Mte Rli sed pau:
cissimi, dominus Marchio, dominus Banus Croacie ex
bello reuersus, dominus Thurzo, dns Vesprimien, alii qz
dni huc conuocantur. qui supersunt, ego heri vesperi huc
applicui, multa pericula in itinere passus et captus qz a nris,
de Bohemis dico et precio redemptus Quod ad Salutem re:
gis attinuit nihil pretermisi quod a me prouideri potuit. fue:
runt deputati ex Primoribus qui nichil aliud curarent, nisi
seruare regem, non possum vllo modo mihi persuadere eum pe:
riisse Quid tn sit in facto. crastinus aut perendinus dies
iudicabit

Hec propterea pluribus verbis licet fessus scripsi vt vre dnes
scirent veritatem huius prelii. Quia reuera res ita se habet
vt scribo et vt Mti eciam regie dno nro clementissimo re:
ferant hunc infoelicem casum que dignetur in quantum potest
curam gerere de hoc regno apud dominum meum. dominum
Christopherum cupio excusari non potui ob celeritatem dis:
cessus nuncii vt volebam ad sua Ill.ma do. scribere, vix
hec scribere potui Ego redigor ad Incitas ammisso Epi:
scopatu, Prepositura Q. Iam agr de Cantoratu Strigo:

men quem non credo xv dies duraturum, amissis preterea rebus omnibus, que partim in Castris, partim Bude vnde exportari non possunt fuerunt. Quasi in vno diploide et caligis, confugiendum erit michi ad dominoru et amicoru presidium, inter quos vras dominationes habere precipuas Sed de his alias me in gratiam Sermi Regis, domini vrarum, domini Palatini humillime commendo Que optime valeant Ex Posonio vi Septembris Anno dni Mo. Do. XXVIo

Sigismundus primus Rex Polonie Stefano Broderico Epo Sirmien

RNDE in Chro Pater. Audientes vram Pdem ex tam ingenti naufragio Sermi Nepotis mei et istius regni Vngarie salvam vtriusq; euasisse, cepimus non mediocrem voluptatem et in tanto dolore quo tenemur, q; vtiq; Pras vra incolumis sit cuius in nos fidem et obseruantiam sit cuius in nos fidem et obseruanciam habemus compertissimam Et proinde rogamus illam, describere nobis non grauetur quid certi istic sit cum de Salute ipsius Sermi Nepotis mei, tum eciam de rebus hostilibus et Statu istius regni Hungarie nam varii rumores huc quotidie ad nos deferri solent, sitq; eius erga nos propensio mis et obseruancie qua consuemit Et bene Valeat Daf

Stefanus Brodericus eps Sirmien. Cancell. vngarie.
Petro Tomiczki epo Crac. regni Polo. vicecancell.
Andree Crziczki Episcopo Premisliensi.

Rmi dni mei colendissimi. Scripsi his diebus ad vras Rmas Do: ex infoelici bello reuersus, et descripsi infoelicem nrm casum preterea Coesar Thurcarum Budam cum vesset pontem super Danubio facto Exercitum in vlteriorem ripam totum traduxit. Buda Peschto omnibus vicinis Oppidis et Villis combustis spoliatis Sola Arce et secessu Nyeken saluo atque illeso relicto discessit vt intelligimus Varadinum Petri versus, ibi vel in Belgrado hibernaturus, Vischegradi Castrum. Strigonien, komaron, Thata, salua permanserunt et alia superiora penes Danubium, preterea omnia que sunt vltra lacum Balatonem, item patria mea Slauonia tota vltra Danubium inter Ticiam et Danubium, quo sit se moturus, quid acturus, quantum damni allaturus, incertum adhuc est. Dominus meus Strigonien. dominus Colocen Varadien. Quinque ecclesien, Jaurien. Boznen. de Secularibus vero dominus Comes Scepusien Dragffi Sarkan Tho: Zechii, Gabriel Perinij, dominus Corlathkij, dominus Trepka, dominus Hampo. dnus Orzaph multi alii desiderantur. Quid cogitet vre dominationes de nobis, quid de se incerti sumus Ego vero rerum omnium vrarum incertissimus Vt qui a pluribus mensibus, ne Jota quidem. Me vris dominacionibus humiliter commendo Que optime valeant Ex Posonio ij^a Octobris Anno M^o. D^o. XXVI°

Petrus Tomicius: Crac: Andreas Cricius: Premisliensis episcopi.

Stefano Broderico Epo Sirmiensi: Regni Vngarie Cancell°.

Scripserat haud ita pridem R. d. vra ad me et Nepotem meum dominum Premislien, coniunctim lras, quibus et publicam Principis sui, et Regni Hungarie, ac etiam suam priuatam calamitatem et ruinam nobis declarauit, Nos tametsi alioqui aliunde iam de hiis dem rebus nunctio accepto casum tam infelicem non modo regni tam preclari verum etiam tocius Reipublice Chriane deplorauissemus, tamen perlectis d. vre Rme lris, que certiora et veriora significare videbantur in grauem luctum et merorem recidimus, ita vt lachriimas non continueramus Sed cu dei Immortalis benignitate vra Rma D°: per tot casus et discrimina rerum salua, ad tuta loca peruenit, sperandum est q idem deus, qui vitam seruauit, et euadere cōcessit, etiam quibus rebus pro virtute et dignitate tuenda et seruanda opus erit, benignissime prouidebit Ego vero quicquid pro augendis eius commodis efficere potero, modo scire possim qua nam racione id fieri debeat nihil laboris et sollicitudinis pretermittam. De interitu Serm̄i domini Ludouici Regis, tametsi iam propemodum apud nos conclamatu sit, tamen quia nescio qui, hiq non ingrati et propterea non reiecti rumores sparguntur fore adhuc nonnulla spem de vita eius Mtis. Mtas domini mei mittit istuc nūctium cum lris Ego plurimu rogo vram Rmam dominationem vt quicquid certi et explorati cum de hiis tum de ceteris habuerit, simul et reliquie dominorum Hungarorū quid per se ferant, quidue pretendant quorsum animos et

cogitaciones suas dirigant, quid consilii in tam anticipiti for:
tuna capiant quem sibi preesse destinauerint me literis suis
velit facere certiorem. Nam ego Principis et Regis mei
eam mentem eumq; animum esse animaduerto, vt regno
Hungarie quantumuis lacero et afflicto in nulla parte ve:
lit deesse modo qua via quibusq; consiliis id adoriri
debeat edoceretur Commendo me ex animo vre Rme
D. que sit incolumis et foelix

Sigismundus primus Rex Polonie Friderico Duci Legnicen et Brigen.

Illtris me Princeps. habuimus literas vre Illtis eas quibus
commeminit, quia nos nuper admonuerit de iure ex Bul:
la aurea ad nos pertinente ad affectandum Bohemie reg:
num. ideo potissimum se hoc nobis suggessisse quia fide
et animo erga nos perpetue firmo et immutabili, quod vel
tacente vra Illte ita nobis semper de ea persuasum fuit
esse eam toto desiderio nrarum vbiq; partium atq; etia:
num futuram nri decoris ac commodi studiosam, multo
etiam magis q; vt aliquid vlla in re de ea aliquando ad:
dubitare possimus aut debeamus tocies propensionem ac
integritatem vre Illtis experti Quid vero in re iam
transacta agendum putemus vre Illti, non dubitamus illa
cum aliis dominis Ducibus Slesie et Proceribus, ac
vniuersis ordinibus Marchionatus Morauie conuentura
esse, vbi res ipsa et pericula impendencia vris illic Do:
minationibus multa suppeditabunt, et Principes, reliquiq;
viri prudentissimi, facile pro suo quisq; animo et ingenio
excellenti inuenietis quibus consiliis et remediis habebit
opus res et causa vra communis, in tata presertim pertur:
bacione reipublice Chriane, que si alias vnq; nuc certe
maxima et Salutari indiget consultacione Bene valeat vra
Illtas

Sigismundus primus Rex Poloniae Dominis Bohemis: vnicuiq; seorsum. Vno exemplo.

Spectabilis et Mgce nobis sincere dilecte. Jam in dies magis confirmatur Serm̄i olim domini Ludouici Regis Nepotis nr̄i charm̄i funestus interitus, et edocemur certo de iusticia nr̄a in istud Regnum Bohemie vigore veterum Priuilegiorum succedendi, quare scribimus litteras vr̄is D. in commune commemorando ipsam iusticiam nr̄am non quidem cupiditate aliqua lacius regnandi, hoc presertim tempore, quo cernimus extremum discrimen hiis regionibus imminere, sed ne omnino vel deesse rei Chriane vel ita ignaui esse videremur si quod malum in comune nobis instat, negligere, et Jus nostrum missum facere deberemus, nec dubitamus vr̄as. D. racionem habituras ipsius iuris nr̄i, et huius temporis necessitatis. Nichilominus tuam Sinceritatem de cuius singulari erga nos fide et affectu plurimum nobis pollicemur, speciati hortamur et rogamus, tueatur pro virili Jus ipsum et dignitatem nr̄am aduersus eos, qui nobis istic aduersi essent, experietur nos huius obsequii sui perpetuo gratos et memores futuros Valeatq; fideliter tua Sinceritas

Sigismundus primus Rex Polonie Proceribus Regni Bohemie.

Non egimus hactenus quicq̃ cum vr̃is D. super isto regno Bohemie, suo Rege orbato, quòd nos et ingens dolor, que ex casu ipsius Serm̃i Regis et Nepotis nr̃i charm̃i accepimus, nihil prorsus cogitare sinebat, et nondum plane de interitu sue Mtis constabat variis varia de successu eius referentibus, verum cum tandem res certa esset partim ex Hungaria, partim etiã vr̃arũ D: et aliorum multorum hominum lr̃is ad nos confirmetur, Mtem̃ suam casu isto, et fato miserabili functã esse, nec obscurum sit quãtum Juris nobis competat, ex antiquis Privilegiis ad istud Regnum Bohemie admonendas duximus vr̃as D: vt que ad commune bonum non ipsarum tantum, sed etiã totius rei Chriane pertinent mature cogitent et exequãtur ac in primis testamur dominũ deum qui est humanarũ mentium scrutator: Nos nulla ambicione, nullaq̃ cupiditate aliorum alienorum regnorũ teneri, presertim hoc aduersissimo tempore, hiisq̃ regionibus, ad quas tota cõmunis tẽpestas est deuoluta, satisq̃ esse nobis hoc regnum et Dominia in quibus eius diuina Mtas nos constituit, que vtinam in tanto discrimine quod vt videmus in dies magis imminere integra et inconcussa conseruare possimus, Tamen nolẽtes et deesse communi periculo rei Chriane, et secordes videri in hiis que Juris nr̃i sunt hortamur et rogamus vr̃as D: vt matura deliberatione de creando rege cõsilium et racionem ineant, ne postea sera sit omnis aduersus iminens periculum prouisio, ac de creando quidem tali Rege qui maturitate et experientia sua

vnitisq; viribus aliorum Regnorum et dominiorum vi:
cinorum possit et sciat tantam hostilem molem et tempes:
tatem propulsare, perpendatq; eciam apud se iusticiam
nram quam ex vi antiquorum Priuilegiorum Regni
Bohemie, non ignoramus nobis esse in ipsum Regnum
legittime ex avita fenaq; linea succedendi, et aduersus hac
iusticiam nram nichil tractare et constituere velint
Nos vero quod ad defensionem ipsius Regni et Duca:
tuum ac Terrarum ad illud spectancium, quod ad Iu:
ra et Priuilegia vra tam publica q; priuata, quod
deniq; Singillatim ad quemq; Statum et ordinem nec:
non ad personas vras pertinebit, in hiis omnibus vos
vti probum benignum et Chrianum regem decet semper gere:
re et conseruare volumus bene valeant vre Dnes

Sigismundus Rex Polonie Friderico Duci Legnicensi

Illtris me Princeps et dne affinis nr charme. Iam in dies
magis confirmatur Serm olim dni Ludouici Hungarie
et Bohemie Regis Nepotis nri charm funestus interi:
tus et edocemur certo de iusticia nra in Regnum Bohe:
mie, vigore veterum Priuilegiorum presertim vero Bul:
le auree succedendi. Quare scribimus lras omnibus
ordinibus in commune commemorando ipsam iusticiam nram
non quidem cupiditate aliqua latius regnandi hoc preser:
tim tempore quo cernimus extremum discrimen hiis re:
gionibus imminere, sed ne omnino vel deesse rei chriane
vel ita ignaui esse videremur, si quod malum in comune
nobis instat negligere et Ius nrm missum facere debere:
mus, nec dubitamus vras D: racionem habituras ipius

Iuris nri et huius temporis necessitatis. Nichilominus vram Illtem de cuius singulari erga nos fide et affectu plurimum nobis pollicemur speciatim hortamur et rogamus tueamini pro virili sua ius ipsum et dignitatem nram aduersus eos qui nobis istic aduersi essent experiemini nos huius opere et studii sui perpetuo gratos et memores futuros valeatqz foeliciter vra Illtas

Cricius Eps : Tomicio Epo

Rx me mi dne. Mitto exemplum litterarum quales mihi scribende videntur et cum vterqz rex se Regem legittimum illius regni putet, videtur michi quodsi eciam lre ipse in aduersarios inciderent ambigue interpretari possent nam vtrum magis salutare et honestum sit illi adherere qui Coronatus est et minus potest, an illi qui se ius et obligaciones habere pretendit, et plus potest, in dubium verti posss, et cuius est condere, eius est interpretari, quamuis non placet mihi nos sic participium agere

J. Joanni

Ferdinandi

Sigismundus primus Rex Polonie
Prelatis et Baronibus liberisq;
Ciuitatibus in Transiluania cōgregatis

Rndi in Chrō Pres. Spectabiles et Magci Generosi
Egregii Nobiles et famati nobis sincere dilecti. Accepi:
mus litteras vrarum D: quibus nobis Conuentum suum
quem ad consulendum saluti patrie sue nupper in oppido Tho:
kay habuerunt, declarant, et cum considerent se absq; Rege
et directore suo, nichil certi aut solidi aggredi et constituere
posse, indixerint Conuentum generalem Regni professo Sā:
cti Emerici Ducis et Confessoris in Alba Regali postu:
lantes a nobis, vt ad illum Oratores nros mitteremus, fuerūt
nobis ipse lre vrarum D. in hiis modernis turbatissimis
temporibus, non mediocri solacio, q intelligamus illas id age:
re et curare quod in eo casu reliquum salutis et oportunum
videtur, vnde speramus adiutore dnō deo et Sanctissima il:
lius matre vrarumq; D. maturo consilio, Regem in primis
salutarem, deinde ordinem necessarium, et postremo firmam
et certam defensionem, aduersus tantum hostem istic adhuc
constitui posse, ad quod illarum saluberrimum institutum ad:
iuuandum, mittemus libentissime citra vllam moram Orēs
nros, vt optant, ad Conuentum ipsum, verum quia hodie pri:
mum lras de hac re vrarum D: accepimus, tam subito Orēs
expedire non potuimus, curabimus tamen vt quantum fieri
poterit, non morentur. Quod D: vre si tardius vene:
rint, boni consulent et angustie temporis asscribent. In:
terim dominus Deus dirigat omnia consilia et actus illa:
rum in gloriam nominis sui et regni istius salutem et incre:
mentum Que valeant foeliciter Crac feria v.a in vigilia
omnium Sanctorum Anno M° D XXVI

Ioanni de Zapola comiti Scepusiensi et Palatino Transiluanie.

Sigismundus. i. Rex Poloniæ

SPectabilis et Mgcē dnē affinis nr̄ charmē. Hodie primum reddite sunt nobis littere tue Mgcīe quibus nobis Conuentum nuper in Oppido Thokay habitum simul et singularem animi sui erga nos propensionem declarat, Nos in primis agimus illi grās non vulgares, q̄ ea tam sollicite agit, que saluti patrie sue et honori nrō conducere intelligit, fuit hec nrā semper de illa fiducia, et mittemus quidem citra moram ad ipsum Conuentum Albensem Oratores nostros non grauatim, verum quia terminus est iam admodum propīnquus, haud scimus an ita per tempus vt res postulat venire illuc poterint, Tua tamen Mgcīa curare iterum non pretermittat id quicquid communibus rebus et dignitati nostrē expedire intelligit et foeliciter valeat Crac feria quarta in vigilia omnium Sanctorū Anno domini M° . D° . XXVI° Regni vero nostri Anno XX°

Anno domini M° . D° . XXVI° In Mense Nouembre missi erant a Rege Poloniē in Hungariam Oratores Andreas Crziczki Epūs Przemislien̄, et Stanislaus de Sprowa Castellanus Biecen̄ ad electionem noui Regis in Hungaria

Sigismundus .I. Rex Polonie Proceribus Vngarie.

Seorsum singulis scriptum.

SPEctabilis et Mgce nobis sincere dilecte. Mittimus istuc ad Conuentum istius Regni in Alba Regali constitutum Rndum in Chro Prem dominum Andream Epm Premislien, et Mgcum dominum Stanislaum de Sprowa Castellanum Biecen et Capitaneum Opocznen quibus comismus singillatim et visere tuam Mgciam, et illi que nostro nomine quedam referre. Itaqz postulamus ab illa, vt ipsis Oratoribus nris fidem adhibeat et ita se erga nos et patriam suum exhibeat sicuti de illa spem indubiam habemus, quod illi vberrima gratia et fauore nro curabimus Quam foeliciter valere optamus Dat

Credenª ad Vngaros

Sigismundus primus Rex Polonie

Rndi in Chro Patres, Spectabiles et Mgci dni Generosi Egregii Nobiles et famati nobis sincere dilecti. Intellecto Conuentu vrarum D: quem ad consulendum bono statui Regni istius Hungarie agunt, misimus in medium illarum Rndum dominum Andream Epm Przemislien, et Stanislaum de Sprowa Castellanum Biecen, Consiliarios nros sincere nobis dilectos, nolentes vris D. et isti regno aliqua in parte consilio et auxilio nro, pro virili nra deesse Itaqz postulamus ab eisdem D. vris vt ipsis Oratoribus nris plenam fidem in hiis que nro nomine retule:

rint adhibeant et que Saluti sue et Regni istius sint diligenter expendant et prouideant, Pro sua prudencia et virtute facturea Que sollicite valeant

Legatio a Sermo dño Sigismundo primo Rege Polonie: missa ad Joannem de Zapola Comitem Scepusien Palatinum Transsuanie.

Dicta Salute, et oblatis suis declarandus ingens dolor Mtis Regie, quem habet de tanto casu, et interitu Serm Nepotis sui, degz Regni Hungarie moderna calamitate et iactura, quam amisso Principe, amisso Exercitu, et magna parte Procerum et Optimatum suorum, amissis demigz Arcibus plurimis et terra depopulata nunc accepit.

Dolere etiam singillatim Mtem suam de interitu Spectabilis, et Mgci dni Georgii de Zapolia Comitis Scepusien fris germani sue Mgcie, q virumgz, et domus ipsorum Mtas sua pro debito affinitatis et pristine benevolencie singulari et affectu et fauore complectitur.

Non dubitare etiam Mtem suam ipsum dominum Vaiwodam hac iactura cum Principis tum patrie et germani sui in magno dolore et mestitia positum esse, verum cum hec mutacio est dextere excelsi cui resistere nemo potest, consolandus est nomine regio et admonendus vt eam aduersitatem equo et infracto animo ferat, q ille qui a deo nos per hostes nros affligere voluit idem post eum sus consolari poterit

Cum autem perpendat Mtas sua vim hostilem, conatumgz occupandi istud Regnum Vngarie, et istinc aditum sibi parandi ad reliqua Christiana Regna et Dominia

opprimenda, perpendat item discordiam intestinam aliorum Principum christianorum, nullamq; auxilii ipsorum spem his regnis esse, que adeo iam fracta sunt et inclinata vehementer esse so: licitam Mtem suam, ne his pessimis euentibus adhuc priores se: quantur ..

Rogare itaq; et hortari Mtem suam ipsum dominum Voiewo: dam vt cum ille nunc vnicus sit istic, in quo potissima spes est tun: tis malis prouidendi, curaret vna cum reliquis dominis et Proce: ribus Regni qui adhuc relicti sunt, vt q; primum Status regni Hungarie componatur, Rex q; talis eligatur qui auctoritate prudencia et vnibis aliorum Regnorum et dominorum vici: norum viribus sciret et posset tantam hostilem vim et impe: tum propulsare et hec Regna totamq; christianitatem ab ex: tremo interitu vindicare .

Non ambire quidem neq; cupere Mtem suam plura Regna et Principatus, nunc presertim in tanta rerum omnium perturba: tione et aduersitate, nequaq; tamen deesse velle Mtem suam ad Regno Hungarie, in quo tanto tempore genus Mtis sue foeli: citer regnauit, et in quo Mtas sua multum benevolentie et fauoris semper cognouit, tu sibi ipsi, et regno suo, totiq; chri: stianitati, postq; res communis agitur, et prom de offerre Mtez suam pro salute ipsius Regni Hungarie, omne studium vires et facultates suas .

Singillatim vero spem omnem habere Mtem suam in dno Voie: woda, q; et saluti patrie et debito affinitatis quo Mti sue iun: ctus est non sit defuturus, Mtem vero suam ita se gesturam

esse semper aduersus illius Mgciam in omnibus euentibus sicuti bonum et fauorabilem affinem decet nec minus illius comodis ac honori Mtem suam propensam et fauentem futuram qz cuiusuis sui arctissimi necessarii

Petrus Tomiczki Eps Crac. et R. P. Vicecancellarius Luce de Gorca Castellº Posn: Capitº Maioris Polonie generali.

Non dubito vram Mgciam iam intellexisse Sermum Principem Ferdinandum Regem Bohemie declaratum esse, idqz irrequisitis dominis Ducibus et Statibus Slesie et Morauie qui queruntur quidem grauiter hanc tantam ignominiam sibi irrogatam esse, agereqz volunt Conuentus, et mutua consilia super hoc habere: postremo tamen nil facient. Germani enim nisi Germanis fauent, et pecunia hoc tempore omnia potest, nam Princeps Ferdinandus preter ingentes largitiones priuatas et publicas et obligacionem de soluendis ere proprio debitis Regni, etiam de asscribenda in perpetuum Austria, et aliis suis prouinciis regno Bohemie se strictissime obligauit, Maior pars dominorum et Regnicolarum Hungarie qui in Thokai congregati erant declararunt non pridem Mti Regie per lras suas, se illuc ad consulendum saluti regni sui conuenisse. Cognito vero qd absqz Principe et directore nihil ex vsu geri possit se Conuentum generalem omnibus Regnicolis in Alba Regali statuisse pro festo Sancti Emerici Confessoris, nuper preterito. Petiueruntqz a Mte sua summopere, vt in medium ipsorum Oratores suos ad consulendum de bono Statu illius Regni mittere dignaretur, Scripsit etiam speciales lras Mti sue dominus Voiewoda Transiluanie quibus decla:

rauit id quod ab omnibus scriptum est, factum esse racione habi:
ta dignitatis Mtis sue, offerrendo illi sua seruicia impensis:
sime Mtas vero sua, vt ante non solita est vnquam regno illi
aliqua in re deesse, in quo tanto seculo sanguinis eius foelici:
ter regnauit, et in quo plurimum fauoris et beneficentie cog:
nouit Statumqz et sortem illius, cum Regno suo propter vi:
cinitatem rõnem reputat, ita et nunc noluit Mtas sua illarum Regnico:
larum preces obaudire, Misitqz ad Conuentum ipsorum feria
quarta ante Sanctum Martinum R. D. Epum Przemislien
Andream Cricium Nepotem meum, et dominum Stanislaum
de Sprowa Castellanum Biecen et Capitaneum Opocznen
vt quacunqz in re opera illorum indigerent pro Statu Regni
sui illam pro virili sua impenderent Idem factura fuisset Mtas
sua ad Regnum Bohemie mittendo, si eam racionem habuis:
sent domini Bohemie Mtis sue, quam habent domini Hunga:
rie, vt vel saltem aliquis ex his qui sue Mti addictissimi
videntur, et in quos Mtas sua plurimum fauoris et beneuo:
lencie contulit, admonuissent illam, quando et quo pacto ge:
ri debuerint hec que ita quasi ex improuiso sunt gesta Ego
michi certo persuadeo qz anteqz Oratores mei Trenciuium
peruenerint dnus Voiewoda Transiluanie erit Rex Hu:
garie Electus et Coronatus, nam et Corona est in Alba
Regalem deducta, et compromissum inter Regnicolas, illinc
nisi Electo et Coronato Rege non discedere, que res si ita
cedet pront est mea et multorum hominum sentencia, peribit
haud dubie mox Regnum illud quod ita discerptum, et mu:
tilatum etiam honesto regio Statui tuendo, nedum hostilitati
à Thurco et Ferdinando sustinende, iam nequaqz sustinere
posse videtur.

Sigismundo Regi Polonie

Andreas Crziczki Eps Premislien
Stanislaus de Sprowa Castell Biecen.

Humillimam nri commendationem. Peruenimus huc hesterno die in Fristak gratia Dei incolumes, nam in tanta itineris malignitate magis accelerare nequaqz possumus. Excepti sumus ab Illtri domino Duce Tessnen more illius solito officiosissime. peracto prandio, seu cena potius, petiuimus cum eius Illte Secretum colloquium, conclusiqz in Cubiclo rettulimus illi vt Mtas vra pro affectu et confidencia quam de illa summam habet, committere nobis dignata sit illi raciones profectionis nre in Vngariam referre et cum illa de negociis illic occurrentibus consilium capere. diximus deinde vt maior pars dnorum et regnicolarum Hungarie qui in Thokai congregati erant, declararint per lras suas Mti vre, se illuc ad consulendum saluti regni sui conuenisse, cognito tamen quod absqz Principe et directore, nihil ex vsu geri possit, se Conuentum generalem omnibus Regnicolis in Alba regali statuisse pro festo Sancti Emerici nuper preterito, petiuisseqz illos a Mte vra summopere vt in medium ipsorum Oratores suos ad consulendum de bono Statu illius regni mittere dignaretur scripsisse etiam speciales lras Mti vre dominum Voiewodam Transiluanie, quibus declarat id quod ab omnibus scriptum sit, fieri ratione habita dignitatis Mtis vre offerrendo illi sua seruicia impensissime. vram vero Mtem vt ante non solitam esse vnqz regno illi aliqua in re deesse, in quo tanto seculo Sanguis eius foelz

regnauit, et in quo plurimum fauoris et beneficentie Mtas
vra cognouit. Statumq; et sortem illius communem cum re:
gno suo, propter vicinitatem reputet, ita et nunc noluisse
Mtem vram illorum Regnicolarum preces obaudire, eaq;
causa nos illuc ad Conuentum ipsorum mittere, vt quacu:
q; in re opera nra indigerent, pro bono Statu regni sui illa
pro virili nra impenderemus. idem facturam fuisse Ma:
iestatem vram ad Regnum Bohemie mittendo, si eam
racionem habuissent domini Bohemi Mtis vre, quam ha:
bent domini Vngari, vt vel saltem aliquis ex his qui
Mti vre addictissimi videntur, et in quos Mtas vra
plurimum fauoris et beneficencie contulit admonuisset
illam quando et quo pacto geri debuerint hec, que ita
quasi ex improuiso sunt gesta, mirari Mtem vram, quid
sibi velit, quod eciam irrequisitis dominis Ducibus et Sta:
tibus Slesie et Morauie facta sit in Bohemia Electio,
Quandoquidem res esset tanti momenti, vt olim ea cau:
sa fuerit totius Slesie a Regno Polonie deficiendi, et
proinde quod iter nostrum attinet roganimus vt sua Illtas
que in Vngaria sentiret, nobis communicare, et consili:
um suum, quo pacto nos gerere deberemus subministrare
dignaretur, In eam sentenciam fuit exordium nrm cum
eius Illte. respondit ad hec crebra ducens suspiria non
multis, velle se quidem si quid consilii haberet etiam ex
penetralibus cordis eruere, et libentissime nobis impertiri,
pro eo, quod omnia bona Mti vre integerrimo animo
semper optet et faueat, verum aprime sibi displicere,
primum quod tam sero significatum sit vre Mti de hoc
Conuentu Albe regalis rem enim factam esse de indus:

tria vt vel non mitteret vrã Mtas Ores in tanta an=
gustia temporis, vel si mitteret, non venirent tempori
deinde quod Corona sit illuc in Albam regalem deduc=
ta, compromissumqz inter regnicolas, illinc nisi electo
et Coronato rege non discedere, nos itaqz sero venire,
et cum omnium oculi in nos velut insignes, vt inquit, Ora=
tores sint coniecti, nonnihil leuitatis hinc nasciturum ta=
men cum iam eousqz progressi essemus, pergeremus in dei
nomine, sed priusqz Trenczinium veniemus nos certio=
res de re transacta futuros, respondimus Mtem vraz
nos non mittere ad regnum illud petendum, sed ad Re=
gnicolarum, vt dictum est, postulata, alioquin id aliter
et tempestiuius à Mte vrã actum et practicatum esset
subiunxit eius Illtas esse tamen nunctium illic Mtis
vrẽ huius rei causa, idqz dicens caput scalpsit, et suspi=
rauit acriter, innuens nescimus quid de ipso nunctio.
quesiuimus deinde quid censeret agendum, si in itinere
Electum Regem acciperemus, redeundum inquit potius
quàm progrediendum, subiunximus at si dominus Vai=
woda eligetur, cui Mtas dni nri fauet ex animo, num
non potius illi esset gratulandum, quàm redeundum ex
itinere, nam ita nos à Mte vrã instructos esse, Imo
inquit hoc erit consultissimum, et ad nouum regem
vobis deuinciendum, et ad suspicionem amouendam
quod causa regni captandi missi essetis, Magnam rem
esse, diadema, vt, cuicũqz imponatur rex sit sicut al=
ter, et proinde bonis verbis esset potius deuinciendus
quàm aliqua ingratitudinis et inuidiẽ seu doloris nota
ostendenda, et hec dicendo gestiebat quodãmodo et subri=

debat, licet adderet, quod si res ita cederet, periturum ha:
ud dubie mox regnum illud, quod ita discerptum et mu:
tilatum eciam regio honesto Statui, tenendo, nedum hostili:
tati cum Thurco et Ferdinando sustinende, iam nequaqz
sufficere posse videtur/ quesiuimus postea quid sentiret de
Morauis et Slesitis, quod ipsis irrequisitis facta sit Electio.
Conuentus, et querimonias, inquit, futuras, postremo nihil.
Germanos enim, nisi Germanis fauere, pecuniam hoc
tempore omnia posse, et iterum scalpens caput et suspirans
scire se inquit, qui Mti vre consilia suggerebant, qua via
et iure exigeret regnum Bohemie, et eos ipsos precipuos
fuisse, qui ita vt factum est, opera et practicis suis effece:
runt/ hec et alia plura, plena Sycophanciarum, audiuimus
ab eius Illte, cum ingenti dolore nro, et quantum cognoui:
mus, eciam si Mtas vra omnia studia et operas suas in hoc
collocasset vt regnum illud optinuisset, nihil omnino absqz
ingenti largicione priuata et publica effecisset/ Quare nunc
maxime diuina nobis videtur Mtis vre sentencia qua
fuit ab inicio semper/ nam et Princeps Ferdinandus preter
largiciones ipsas et obligacionem de soluendis ere proprio de:
bitis regni, eciam de ascribenda in perpetuum Austria et aliis
suis prouinciis regno Bohemie se strictissime obligauit/ Nunc
Serme Princeps prosequemur iter nrm cum maiori molestia
ex his rebus quas audimus, quam ex luto Tartareo in quo
assidue volutamur, et pestilencia, quam vitando, cogimur in
Villas declinare, si electus erit rex ille ante aduentum
nrm, gratulabimur illi iuxta instructionem Mtis vre, qd
si aliter nunc propter aliquas causas censeret faciendum
nobis quamprimum per litteras declarare dignetur, simul ac
ea que tractare aut impetrare apud ipsum regem si creatus
fuerit deberemus/ quicquid postea nobis scriptu dignum oc:

currerit euestigio Mti vre perscribere curabimus, cuius gracie nos humillime commendamus Ex Fristak die Sancti Martini Anno domini M° D° XXVI°

Expectatur hic Marchio Georgius in horas idq; non alia causa nisi ad tractandum ne quid Electioni Bohemice obsisteretur ab aliquo.

Sacra Mtas post scriptas has lras egimus cum dno Duce vtsi dominus Voiewoda Rex crearetur, suggereret illi vti ad vnienda hec regna Hungarie et Polonie animum induceret et filium Mtis vre in heredem suum acciperet, propter multa commoda que hinc sequerentur in partem vtramq; quod auidissime arripuit et nobis vt idem ageremus suasit quod faciemus modo oportuno, nisi Mtas vra interim prohiberet, hec autem scribimus in eum euentum si rex ille crearetur, accederet enim hinc Mti vre nostra sentencia, existimacio non vulgaris

Andreas Criczki Eps Premistien
Petro Tomiczki Epo Cracouiensi
& Regni Polonie Vicecancell°

R Me mi domine, domine colenme, Quia scribo difuse
Mti Regie que hic apud dominum Ducem egimus et per:
cepimus eo labore, et itinerariis molestiis affectis non puto
necessarium vre R me. D. illa repetere que omnia ex
lris regiis accipiet/ omnino iste Dux persuasum habet re:
gem futurum dominum Vaiwodam idq nos accepturos
adhuc ante Trencinium Supplico R me D. vre instru:
ere nos dignetur quo pacto nos gerere in eo euentu debe:
amus ne quid Ferdinandum offendamus, qui omnia olfacit
et nequaq negocium intermittere vult/ propter pestem
cogimur in villis diuertere cum maxima incommoditate.
omnes qui nos vident, putant quod causa regni captandi
vadamus, dicitur q nobis passim nos sero venire, neq
aliter cuiq persuadere possumus quod mihi vere animus
presagebat, prosequemur tamen iter nrm, et quicquid acci:
perimus mox Sacre Mti regie perscribemus interim
me vna cum collega meo vre R me. D. humiliter co:
mendo ex Fristak die Sancti Martini Anno doi
M° D° XXVI°

Sigismundo primo Regi Polonie

Andreas Crziczki Eps Premisliensis
Stanislaus de Sprowa Castellus Biecensis

Post humilem nri commendacionem. Quam honesta et necessaria sit hec legacio nra in Vngariam Mtas vra ex literis domini Nipczic satis intelliget, nos cum huc applicuimus et rem omnem transactam cognouimus, dubii et anxii fuimus quid potissimum nobis exequendum esset, nulla enim racio suadebat iter prosequi, cum ea causa iam amputata esset propter quam missi sumus, cumq ex literis tam noui regis quam etiam domini Nipczic intelleximus non modo non optari aduentum nrm, verum eciam quodamodo ignominiosum futurum, cum preterea dubium non sit quando apud ipm nouum Regem erimus, illiq gratulabimur, quin Sermo Principi Ferdinando, et aliis dominis, qui eidem regi aduersi sunt prebeamus sinistram de Mte vra suspicionem, tamen cum hec et alia incommoda, que ex hac legacione nra sequi debuerunt adhuc Cracouie tanq in speculo preuidentes Mti vre recensuimus, neq dissuadere potuimus, quin saltem per inferioris condicionis homines quam per nos, in quos omnium oculi sunt intenti, hec legatio fuisset absoluta, et cum instructi simus a Mte vra, idq dominus Dux Theschinen approbauit, vt si ante aduentum nostrum Rex electus esset, illi nomine Mtis vre gratularemur, non ausi sumus retrocedere, ne quid aduersus sentenciam Mtis vre, aut dominorum Consiliariorum committeremus, cum is mos

nr̄ sit in sinistris successibus pro lucro habere si quid sit quod culpari possit, cogimur itaq; iter hoc omnium molestißimum et prorsus aduersus sentenciam nr̄am exequi, accedemus ipm̄ nouum Regem, dicemus causam aduentus nr̄i. dicemus et id nobis eße commissum, vt si regnum hoc illi obtingeret, gratularemur ei nomine Mtis vr̄e etc̄ Quod postea Mtas vr̄a illi confirmare per literas suas dignabitur, vt aliis legationibus non fiat opus Agemus cum illo de terra Scepusien̄ De Valacho frenando et aliis de quibus prius scripsimus ac quicquid ex vsu nobis videbitur vt saltem hec impēsa Mtis vr̄e et nr̄a molestißima fatiga non esset omnino frustra, et vt consideremus, quo modo se erga Mtem̄ vr̄am gesturus sit, et que spes in conseruando isto regno videbitur Interim nos Sacre Mti vr̄e humillime commendo Dat Tranczinii die xvi Nouembris Anno M°. D° xxvi°

. Schedula .

SErme Princeps dignetur Sacra Mtas vr̄a pro sua sapientia retinere animum et vultum illum suum, quem habuit ab inicio non aucupandi regna ista, nam hinc maiorem laude habitura est, quàm si operas omnes in hoc collocasset, que in Bohemia forsan prodeße potuissent, neq; id tamen absq; largicionibus, hic autem ne superi quidem omnes efficere potuissent, vt Hungari alium crearent, quam suum sanguinem, adeo pertesi sunt externi regiminis proinde nunc quasi renati sibi videntur, cum suma leticia domum redeuntes Quam autem vtile fuisset regna hec Mti vr̄e obtinuiße que preter externas summas hostilitates, etiam intestinis factionibus et inueterato malo ordine quasi in extremis la:

laborent, non disputamus in presens, verumtamen nobis videtur, quod dum in his aduersissimis temporibus Aetas vra vix vnum suum regnum et dominia satis tueri et conseruare potest, cum alia hec regna longe maioribus periculis exposita, et inordinationibus inueteratis deprauata susciperet, sufficere non posset ad omnia conseruanda, imo circa vnum occupata aliud certissime ruinae exponere cogeretur. nam quodlibet istorum Regnorum et presentem Principem, et modis omnibus Satagentem requirit

Sigismundus primus Rex Poloniae
Andrea Crziczki epo Premisliensi
Stanislao de Sprova Castello Biecensi

Recte et ex animi nri sententia fecistis q Albam regalem profecti estis vtcumq Trencinii intellexeritis nouum regem illic iam creatum et Coronatum esse, volumusq vt enarratis rationibus profectionis istuc vre, nouo regi ad regni istius fastigium euecto verbis nris gratulemini eiq fauorem consilium et patrocinium nrm pro condicione temporum et facultate nra efferatis, de ceteris vero actionibus supersedeatis, non enim nobis videtur tempus aptum esse in presens, vel de filio nro aut terra Scepusien vel de aliis quibuscunq rebus quicquam agere, Animaduertimus plane ea que in Alba regali gesta sunt Sermo Principi Ferdinando et Primoribus regni istius Vngariae, qui ad illius Serenitatem et Sermam do: Reginam eius Sororem se contulerunt, non admodum placere, veremurq si deus non prospexerit, ne inde extrema pernicies et exciduum

Regno isti afflicto et lacero, et demum toti reipublice Chriane
prouenat. Cui malo imminenti vellemus nos quidem pro
virili nra libentissime subuenire, sed excogitare non possu:
mus, quibus modis et racionibus id aggredi debeamus. Sci:
mus enim q Sermus Princeps Ferdinandus, nemini per:
mittere vult regnum Hungarie, quod sibi hereditarium
esse pretendit et multiplici contractuum genere obligatum,
vsqz ad vnicam guttam sanguinis. Alter est Electus et
Coronatus, nec facile Diadema capiti suo impositum detra:
hi sibi pacietur. Quare vos nullas alias actiones isthic
obeundas suscipiatis qz que vobis per nos sunt commisse et
vtamini honesta excusacione, q nichil aliud a nobis in ma:
datis habeatis. Et bene valete

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell
Andree Crziczki Epo Premisliensi: nepoti.

R Me Nepos nr charme. Binas accepi his proximis die:
bus literas vre Prtis, Alteras ex Fristad, alteras
ex Trancinio, Preuidebam ego vos ad Albam Regalem
tempori peruenire non posse, id quod vra Prtas eciam
perspiciebat, Bene tamen est factum q accepto nunctio de
Rege Electo non substitistis nec retrocessistis sed persecuti
estis iter vrm, proderit enim id aliquando regie Mti
et patrie nre, hesterno die rediit Zorawinski ex Posonio
et attulit multiplices lras, ex quibus conycere licet rem
ad magnum dissidium et arma spectare, Nam domini Vn:
gari qui in Serme domine Regine, et Principis Ferdina:
di partibus sunt, nolunt rata habere ea que in Alba Regali

forteq̃ in Conuentu suo in Comarno ad Electionem alte:
rius Regis procedent. Quodsi fecerint reliquie re:
gni istius Hungarie, nisi deus prospexerit sunt omnino
peritnre Reliqua ex litteris domini Broderici nr̃i intel:
liget vr̃a Pr̃tas

Andreas Cricius Ep̃s Premisliẽn
Petro Tomicio Ep̃o Cracouiensi
Regni Polonie Vicecancellario

Rx Me mi domine, humilem mei commendationem, Su:
mus tandem ab hoc Rege absoluti, cum quo nichil aliud
constituimus, quam generalem beniuolenciam et coniunctio:
nem, et gaudemus Mtem̃ Regiam nobis nihibuisse, licet
sero, ne aliqua alia negocia subiremus nam id ipsi diligẽ:
ter cauimus, et que de filio Mtis sue et aliis specialibus
agenda nos scripseramus, non nisi oportuno modo facere
voluimus, quantum ex secretis tractatibus dominorum
qui regnẽ adherent coniicere licet omnes Principis Fer:
dinandi mine, et apparatus aduersus Vngaros eorsum
duntaxat tendunt vt hic nouus Rex, regniam duceret
quod ille maxime recusat, vt coram dicemus, habemus iter
adeo malignum vt prorsus nescire possumus quando istuc
applicare poterimus, Me vr̃e Rx me. D. iterum humil:
lime commendo quẽ scire dignetur nos hic tantam beni:
uolenciam a rege et omnibus cognouisse quanta verbis
non potest Ex Trencinio 9a Decembris Anno dn̄i
M° . D° XXVI°

Andreas Criczki Eps Premisliens
Petro Tomiczki Epo Cracouiensi
Vicecancello

Rme mi domine, Supplico humiliter vre Rme D. boni consulat quod ita Laconice illi scribo, cognoscet enim ex literis Regie a me scriptis, mihi ad illas scribendas uix diem suffecisse cognoscet item omnia ex ipis lris quecumq; illi essent a me scribenda, valeo gracia dei recte satis sumusq; hic cum meo collega viro certe optimo gratissimi Me vre D Rme vnice comendo Quam dominus deus seruet diutissime sospitem et foelicem Strigonii 4 Decembris Anno 1526

SIgismundo primo Regi Polonie
Andreas Cricius Eps Premisliensis
Stanislaus de Sprova Castells Becen.

Post humillimam nri commendationem, Scripsimus binis lris Mti vre que primum apud dominum Ducem Theschinen, deinde vero Trencinium venien cognouimus, Scripsimus eciam Mti vre nos intellecta hic creatione noui Regis nichilominus iter nrm prosequi, cum ad gratulandum ipsi nouo Regi, tum ad alia negocia oportuna hic obeunda, nichil aliud pre nobis ferentes, q; id quod res est missos nos a Mte vra ad postulationem horum regnicolarum, vt mutuis consiliis bono Statui huius regni pro:

uideretur, Quandoquidem vnicuiusq; prudentis interest
ruenti vicino parieti prospicere, neq; Mtem vram aliquo
priuato affectu teneri, aut de alia re esse in pns sollici:
tam, q3, vt in tanto comuni discrimine Status huius reg:
ni quoquo modo conseruari posset, et vt per nos Mtas
vra certior fieret, quid de Salute ipsius et communi de:
fensione sperare deberet, Igitur egressi de Trencinio, va:
rios rumores de Conuentu Albe Regalis, et ipso nouo
Rege accepimus, alii solutum Conuentum et Regem Bu:
dam, aut Strigonium discessisse, alii diuersa referebant,
propter quod premisimus ad ipsum Regem Gierstoff Cu:
bicularium Mtis vre, cum lris, quibus illi declarauimus
aduentum nrm ad Conuentum Albe Regalis, ita vt
à Mte vra postulatum erat, cum excusatione decenti q ce:
lerius venire non potuerimus, et quamuis intellexerimus
Conuentum ipsum dissolui, et illum regem esse creatum, ha:
bere nos tamen in mandatis eum accedere, et nonnulla illi
nomine Mtis vre referre, vt nobis declararet quo ad
se venire deberemus, Misso cum ipsis lris Gierstoff, ipi
substitimus in Vrablawij, ne multum à via tam in Al:
bam Regalem q3 eciam Budam, vel alibi deflecteremus
vbi quatuor dies expectando, responsum permansimus, eciam
duas raciones in prospectu haben, vnam, vt cum res Pri:
cipalis absq3 nobis acta esset, reliqua quoq3 negocia, pre:
sertim defensionis, sine nobis absoluerentur, ne vel aliquid
oferre cogeremur, quod Mtas vra prestare non posset
vel nichil offerendo et excusando, animos horum Regni:
colarum à Mte vra alienaremus, Alteram, vt cum
nobis dictum esset, omnes absentes, presertim qui Principi
Ferdinando adheserunt citatos esse sub priuatione offi:
ciorum, et bonorum omnium, ne in eiusmodi tragediam

incideremus. Solent enim hic ad omnia huiusmodi negocia
Oratores adhiberi. Que res qd obfuerit paulo ante apud
vniuersos Vngaros, Mti vrę coram dicemus lacius.
Post quadriduum Gierstoff rediens lras nobis regias
attulit, quibus significabat se Bude nos expectaturum cuqz
iam illo proficisceremur, et pro hospiciis premiseramus, rur:
sus noctu ad nos Strigonium misit, vt hic prestolaremur
quòd Bude, neqz locus esset, neqz facultas nos pro decencia ex:
cipiendi. Se vero in Crastino qui dies erat lune venturum,
qui crastinus productus fuit ad diem vsqz veneris, Misimus
iterum ad illum Gierstoff, et significauimus mirari nos cur
tanto tempore, vel non veniret, vt nobis dici fecerat, vel nos
ad se non accerseret. Renunctiauit nobis per Consiliariu
quendam suum, cum amplissima excusatione impedimenta
et negocia sua summa, quibus distineretur, tamen omnino
se postridie venturum, vt interim equo animo hanc moram
ferremus. Venit tandem dominico vesperi satis egregie
et Magnifice, misit iterum ad visendos nos, et excusandu
moram suam in crastino tempusqz accedendi se constituit
anteprandium, vbi ad illum deducti sumus per Rmu. D.
Epm Zagrabien et dominum Raßkai omnibus exclusis
solus nobiscum restitit. Nos dicta Salutacione, verba in hac
sentenciam fecimus, Quod causa propter quam huc veneri:
mus, iam esset eius Sertati ex lris Mtis vre, ac eciam nris
comperta. Mtem enim vram cum intellexisset Conuentum in
Alba regali institutum, ad consulendum de bono Statu huius
Regni, eaqz causa Oratores suos postulari, nos euestigio ad
eum ipsum Conuentum expediuisse, ne vlla in parte huic re:
gno deesset, cuius fortunas omnes comunes cum suis semper
existimauit et cui non secus quam suo proprio, omnem bo:

num Statum et successum optauit, vtpote cuius Stirps et Sanguis
hic longissimo tempore foelr imperauit, et ipsa Mtas vra
multa in se beniuolencie officia cognouit persuasumq; habuisse
Mtem vram, quod presencia nra, et mutuis consiliis omnia
negocia que agerentur, essent vbiq; plus ponderis et aucto:
ritatis habitura, commisisse tamen et hoc nobis Mtem vraz
vt si soluto Conuentu, et illo in regem creato veniremus, in:
chilominus eius Sertem accederemus eiq; hunc nouum apicem
regium nomine Mtis vre gratularemur. Quandoquidem
Mtas vra pro ea affinitate, quam cum eius domo iamdudum
inire voluit, et complexa sit semper illam beniuolencia ac
amore non vulgari, et illi omnem foelicitatem, omnesq; acces:
siones ex animo fauit, Cumq; placuisset dno deo Mtem vraz
charmo Nepote priuare et tam miserabili eius casu, huiusq;
regni calamitate ingens animi vulnus Mti vre infligere
hoc saltem sperare Mtem vram, q pro illo desideratissimo
Nepote suo, habitura sit ex eius Mte affinem et vicinum no
minus erga se propensum et officiosum q; ille defunctus Ne:
pos fuerat, Sperare item Mtem vram q illius regimine
commodius hoc regnum ad pristinum bonum statum redu:
ci et a faucibus inimici eripi poterit Quandoquidem eius
Mtas, et gentis sue, et hostis sibi imminentis cum quo tociens
est conflictata conditionem examussim nouit, Et proinde
nisi intelligeret se huic prouincie satisfacere posse, nequaq;
pro sua prudencia suos humeros huic oneri subyciendos
existimasset, Itaq; gratulati sumus amplissimis verbis
eius Mti de assequuto hoc regio culmine, et precati sumus
vt hec illius sublimacio cederet in confusionem hostium no:
minis Chriam et ad horum regnorum tociusq; Chriamitatis
presidium et incrementum, hortatiq; sumus eius Mtem, vt
predecessorum suorum Sermorum Regum Vngarie vesti:
gia sequendo, gladium suum Regium, quem accepit, strenue

vibraret pro patria sua, et fide ac religione sancta Catho:
lica, que nunc non ab infidelibus solum, sed etiam ab ip:
sismet Christianis tm pessime prosanditur et labefactatur,
Vnde et auxilium a domino deo et laudem mortalem
apud omnes mortales esset habitura. Quod ad tea:
testatem vram attinet illam complexura esse eius autem
constanti et paterno amore, neq; illi omnibus officiis quibus
posset, defutura esse vnq;s, si quidem ita illi cordi fuerit et
consiliis tutis vre, vti voluerit Quibus quidem consiliis
si olim Serenis Rex Ludouicus minxus fuisset, pocius q;
illorum, qui bellum hoc Turcicum ad hec regna, veluti me:
dici malum ad extremas corporis partes diuertere solent,
non se et Regnum hoc in tantam perniciem et interitum
precipitasset, Rogauimus postremo, vt cum hanc significa:
tionem nre animi tutis vre habueret, nobis vicissim
declarare dignaretur quid sibi tutis vre pollicerj debe:
ret, cum de ipsius Serenitate quam singulari beninolencia
et amore semper est prosequuta, tum etiam de hoc regno
pro omnis bono Statu tutis vre, nichil vnquam ore, la:
boris et impense, quantum potuit, pretermisit, et pro eu:
ius salute, olim patruus tutis vre, nouissime vero Nepos
charissimus animam suam posuerunt, Rogauimus item, vt
cum ad Conuentum Albe regalis vocati fuerimus ad con:
sulendum mutuis consiliis de bono Statu ac defensione hu:
ius regni et Conuentum ipsum non vlla tarditate nra
sed ipsorum sera significatione neglexerimus, Declarare dig:
naretur nobis tutis sua quibus rationibus regnum suum
restaurare ac defensare constituerit, non cupere nos ea scire
vlla curiositate, que in aliena republica vitio dari solet Sed cu
hec ambo regna Vngarie et Polonie sibi mutuum parietes
sint, alterum a Turcis, alterum a Tartaris quorum ra:
bies esset etiam hoc regnum saltis expertum interesse pln:

mum vtriusq; Mtis vre vt cuiusq; vicinus paries soli:
dus et inconcussus permaneat ne alter ruens, alterum
secum in ruinam trahat. Quare vt Mtem vram que
sit spes salutis ac defensionis huius regni, edoceri posse:
mus, rogauimus eciam atq; eciam, vt nos eius Mtas
de instituto suo certiores facere dignaretur. In hunc sen:
sum fuerunt verba nra coram eius Mte, absq; vllis pror:
sus arbitris, quibus eciam subiunximus ea, propter que
petiueramus seorsum aliam secretam audienciam his cau:
sis et racionibus quas Mti vre, Secretioribus literis
nris describimus, visum autem fuit nobis Serme rex
non expectato ad hec que egimus finali responso, huc
Cubicularium Gierstoff ad Mtem vram expedire ne
in longa esset expectacione sciendi quid nobiscum aga:
tur, et vt quo pacto se principia legacionis nre habe:
ant intelligeret, veremur enim ne preter opinionem nos:
tram et peticionem assiduam nos hic Rex iste diutius
detineret, nam hoc illi accidisse videmus, quod artifici
solet, qui multos simul labores suscipit, quibus dum cito
satisfacere non potest, cogitur homines vanis promissis
ducere et cras semper in ore habere. Nunc Mtas vra
statum huius regni breuibus accipiat. Regnum est
maiori ex parte adeo crudelr vastatum et destructum
vt horrorem quendam intuentibus prebeat, omnia ple:
na egestatis et lamentacionis, hostis Arces flumina
et aditus omnes opportunos ad regnum occupat, ita
vt ipsimet regnicole fateantur regnum esse in ipsius
potestate constitutum, eamq; racionem se in eligendo
Rege habuisse palam dicunt, quòd cum nemo inter Chris:
tianos Principes tam potens sit vt regnum hoc obtinere

posset, nisi conditionibus quibuscumq; cum Thurco initis, si id per alienos fieri deberet, fieret pocius per ipsosmet, et Principem suum ex stirpe et sanguine suo electum, qui melius q; aliquis aliemigena, suos regere sciret, et fouere mallet q; exteros. Contractum est hic tantum odium, nescimus quo fato, aduersus Germanos, vt pro illis Thurca frés et amici reputentur, Nihil cogitatur nisi de coniunctione cum Thurcis, et de impetenda Germania vna cum illis, si qua hostilitas aperto marte esse ceperit. Regné prorsus omnia bona sunt ablata, idem fit illis, qui eius partibus adhuc adherent. Templa pene omni supellectili preciosa, sed per Regniam vt ipsi referunt, et per alios harpias sunt spoliata, pretextu illius infelicis expeditionis contra Thurcos. Quamobrem inter alia laudi datur huic moderno regi, q; in Transsuania et omnibus bonis suis, non permiserit tunc quicquam harum Ecclesiasticarum rerum attingere et q; illos harpias comminatione suspendii abegerit, quin eciam nunc cum audisset Ferdinandum capere argentum ex Ecclis, et monetam cudere, ipse mox in contrarium édictum fieri iussit, vt minima quæq; res Ecclia stica sui regni, intra certum tempus suo loco restitueretur, sub pena Sacrilegiorum. Mira res est, nullus nunc mercator, nullus artifex, nullus medicus, aut Apothecarius visitur, exulant mores et vestitus exotici maxime Germanici, exulat cultus, humanitas, et discreció, omnia in Scythicum quendam morem versa sunt. Rex ipse in omnibus et per omnia vitat ea, que in defuncto à suis vituperari nouit, proindeq; non alios magis q; suos complectitur, fouet, et prefici, audit, tractat, et expedit

Odium Germanorum

omnia solus, equitat suo more militari Sago ad Sellam
alligato, et discursat inter suos per iter, In loco vero rei
diuine, ante omnia et religiosissime operam dat, mox cõ:
sultat, et negocia sollicite tractat, Sed sic est, feruet semp
principium, immo iam ita refrigescere videtur, vt dum
solus omnia agere et expedire vult, ita distrahatur vt
quid potissimum agat, nesciat, omniaq; procrastinare cogitur,
multiq; pertesi expectacionis et medie, absq; responso disce:
dere coguntur cum maledicentia, ipseq; vt intimi eius refe:
runt sepe testatur se penitere suscepti se huius regiminis, et
profecto vtcumq; in publico spem vultu simulet, animumq;
excelsum preferat, videtur tamen in maximis angustiis
constitutus esse, vt omnino appareat ita illi accidisse quẽ:
admodum depingi solent in Comediis adolescentuli aman:
tes, et clam inuitis parentibus amicas suas vxores ducẽ:
tes, vt priusq; ducant, nihil cogitent, vtiles an pernicio:
se sint nuptie, et quo pacto indignatio parentum vitetur
ne vna cum vxore domo excludantur, id vnum curant
vt voto suo paciantur, quo facto, tum demum subit anxi:
etas et sollicitudo de omnibus incommodis, et aduersis, Sic
iste quanto amore regni huius potiundi flagrarit, nunc de:
mum apparet, Captatus est in hoc a longo tempore fa:
uor popularis, turbe, in Optimates et regios administra:
tores excitate, Corona vt fertur adhuc ante conflictum
Trancinium abducta, preoccupata omnium externorum
studia, tractatibus, Conuentibus, Coronatione denique,
nichil interim quale regnum sit, et quibus discriminibus
expositum perpendendo, Quare tantopere cupita et
assequuta, nunc demum cogitatur magno ex omni parte
timore et anxietate, quo pacto regnum instaurari ac

deffendi possit, nec tamen etiamnum modus vllus inuenitur
preter spem successus alicuius, aut res omnino desperatas.
vnum est Serme Rex quod spem prebere videatur sta:
tum huius regni per illum conseruandi, videmus eum cau:
tissimum et ipsa vulpe astuciorem, videmus mores et actio:
nes eius, hominibus et tempori maxime congruentes, nichilq;
illum vt nunc est ommittere, quicquid oportunum esse vi:
detur, omnia deniq; ex nutu ipsius pendere et administra:
ri. perpendimus insuper quod cum ab adolescentia sua hac
fortunam et industriam habuerit, vt multa in se molimi:
na summatum huius regni id dudum, quod accidit, time:
cium superare sciuerit et potuerit, ne addamus et regiam
auctoritatem, haud dubie cum rerum potitus sit, ita statu
suum dirigere sciet, vt ex hiis tempestatibus que illi imminet,
elabi, et regnum hoc stabilire poterit. Quod ita do:
minus Deus prestare dignetur vt vra Mtas in hiis re:
rum omnium turbinibus, saltem ex hac parte, vnde ma:
ius discrimen imminet, in aurem vtramq; dormire pos:
set. Nam Serme Princeps, quantum hic videmus, et que
alibi geruntur audimus, nusq; est adhuc foelicius virtute
et prudencia Mtis vre, q; in regno et Dominiis eius,
nisi quod nos ipsi ne bene sit, modis omnibus adnitimur,
Regnum hoc si Princeps Ferdinandus adeptus esset, aut
adipisci in posterum posset, vti se accingit vel vniuersam
hanc gentem delere cogeretur, ante quam illud paccate ob:
tineret, vel se. et regnum hoc vna cum aliis vicinis penitus
precipitaret. Si vero Mtas vra electa fuisset, vti est hic
omnibus post eum qui sanguis ipsorum est acceptissima, duo
in primis facere cogeretur, primum condiciones quascumq;
cum Thurco inire, secundo ingenti sumptu vastitatem et ru:

inas Regni sarcire, et regnicolas presertim militares, quo:
rum maxima pars hominum rerum suarum iacturam fecit,
sublevare, Quorum alterum indignum esset nomine Mtis
vre, Alterum ipsa scit, qz facile et sine hiis se et regnum
hoc omni spe frustraretur, immo incertum principium dedu:
ceret, hic autem preter bona Regnie, et patrimonium
huius Regis, ac Transsiluaniam quam tenuit, nichil om:
nino, aut modicum admodum superest prouentus Regii,
Preterea aperta esset et perpetua cum domo Caesarea hos:
tilitas Mti vre ineunda, Nunc huic Regi, more ipso:
rum Scythico multa licent que aliis fortasse non peri:
de licerent. Occupauit bona Regnie, priuat maiori:
bus officiis, et bonis absentes sibi non consencientes, Epis:
copatus vacantes mulgebit fortasse ad annum vsqz,
licet ad illos iam personas aliquas designauerit, nec:
quicquam in hac re, nisi cum consensu omnium Spiritua:
lium agat, in sarcienda tanta reipublice et Ecclesiarum
iactura, et alia id genus, que vult facit, Patrimonium
habet amplissimum, opes non vulgares dudum reposi:
tas, et alia id genus, hiis omnibus adiutus, hos pecunia
iuuat, illos promouet, alios verbis lactat, instrumenta
et alia necessaria bellica, quibus hoc regnum penitus
vacuum est, comparat, scissa sarcire, diruta restaura:
re nititur, et nihil non agere videtur eorum, que opor:
tuna censentur, idqz effusa iam, vt intelleximus, ingé:
ti summa pecunie, ingentiqz labore et sollicitudine adhi:
bita, quod, per alios, aliorumquoqz regnorum et do:
miniorum curam habentes, ita commode fieri non pos:
set. Hec propterea scribimus ita verbosius, quod
nos subditi Mtis vre adeo optauimus illi preter eius
voluntatem hec regna contingere, et nesciuimus quid
optauimus, hocqz ita dici non potest, vt apparet omnibus

faciem huius Regni intuentibus, non multos regere, sed be:
ne regere laudi datur. Quod in hiis perturbatis et infoe:
licissimis temporibus, in hiisq; regnis, erroribus et li:
bertatibus inueteratis, hoc opus, hic labor est. Quid
autem profuerit maioribus nr̃is, quod olim Ludouicus
et Vladislaus Vngarie simul et Polonie Reges fue:
rint, immo ipsis quoq; regibus, satis historie testan:
tur, nam preter alia incommoda que plurima fuerũt
et obligationes bonorum Regalium et nimie libertates,
quibus nunc laboramus, hinc potissimum manarunt. Nũc
ex ea propensione que hic erga Mtem̃ vram̃ cum à Re:
ge, tum ab omnibus passim exhibetur, Speramus Mti vr̃e
futurum hoc Regnum deditissimum. Rex ipse se Mti
vr̃e pro Nepote ammisso, filium dedicat, et qualem se of:
fert, talem accipiemus, et Mti vr̃e afferemus impari qui:
dem sorte et commutacione pro Nepote vero, filium asciti:
cium, tamen mos est eorum, qui Cultellos deferunt, vt
vno amisso ligneum interdum, ne alter pereat, aut va:
gina destruatur, imponant et sufficiant. Qui an ex
vsu aliquo futurus sit Mti vr̃e et nobis omnibus, aut
saltem impensam huius Legacionis valiturus ignoramus
Licet si Mtas vr̃a ponat ad Calculum tot et tantas im:
pensas pro defuncto Nepote factas, ex aduerso vero vti:
litates, que illi aut eius Regno ex ea propinquitate
proueniebant, nescimus damni ne plus an lucri Mtas
vr̃a offendet, cum interim ex vicinia non secus q̃z ex
hostili dominio, et cussiones monetarum et alia incõ:
moda regno Mtis vr̃e inferebantur, non quidem cul:
pa optimi illius Regis sed inobediencia subditorum
Et proinde cum ita deo placuit, non omnino hic filius
qualis qualis sit, aspernandus est, et presertim cum ab

aliis circumquaq; magne insidie, vt hic accepimus Mti vre et dominiis eius struuntur, et nusq; tuta fides, hic autem Rex si in Regno consistet vtcumq; perq; astutus sit, et sciamus quod iuxta Baccalarium Mtis vre tria desunt in Vngaria, Coclearia etc, tamen cogitur ille velit nolit Mti vre addictus esse. Cum Thurco enim si pacem obtinebit, ea absq; tributo contingere non poterit quod iugum quisq; cogitat semper excutere, Cum Germanis autem, nescimus quo diuerso ipsorum genio ita congruet semper, vt solet congruere inter canem et gattam, nisi tempus quod omnia mutat, animos ipsorum formaret. Quod ad Principem Ferdinandum attinet, scripsi ego Epus Broderico Posonium, scripsi et illi Epo Noue Ciuitatis, eo exemplo, quod mitto Mti vre, dediq; lras ipsas perferendas Palatinidi Raven, Aulico Regine, iuueni bene discreto et versuto et que illic narrare deberet instruxi.

Sacra Mtas damus operam pro virili nra, vt hec Legatio nra, nescimus ad quid facta, habeat tamen speciem aliquam honesti, et commodi aliquid in posterum pariat, ita sermones et actiones nras moderantes, vt iuste neutra pars quicq; sinistre suspicionis de Mte vra, et nobis capere possit, sicq; hunc regem, et gentem Mti vre deuincimus vt nichilominus altera pars sibi de Mte vra iure persuadere possit, integrumq; fiat Mti vre, vtra in Sella considere velit, an vero in neutram, quod omnium est consultissimum declinare, quandoquidem neutra pars in eo quod aggressa est. vsa sit ante consilio Mtis vre, et si quando ad concordiam ventum fuerit, fieret auctoritate Mtis vre, que in hiis perni:

ciosissimis temporibus de nullo alio, quam de commoni pace chri:
stianorum, et est et debet esse solicita, placeant alicui vel non
placeant hec Mtis vre in partem vtramque beniuolencie officia
cum ab illa nichil rectius agi potest, vlcus enim asperius tra:
ctatum, vniuerso plerunque corpori exicium aferre solet, quod
maxime nunc est metuendum, antequam enim Rex iste se
exturbari pacietur, pocius Thurcis se subyciet, quamuis si
quid Mtas vra coniunctionis sibi pararet aduersus eos qui
longe indignius contra Mtem vram conspirant, iure optio
faceret, et par pari referret, de quo lacius coram quo pacto
in hiis et aliis omnibus hinc absoluemur Mti vre ipsi deo
bene iuuante breui referemus. Sermo Princeps dum
hec scribebamus superuenit fama Sermum Principem Fer:
dinandum iam adortum esse dicionem huius Regni, et Op:
pidum Tharnawa obsedisse, tamen cum apud hunc Regem
fuimus, visus est hiis rebus non credere, et satis excelsum
animum preseferre. Disseruit nobis longo sermone vt
semper soliti sint Principes Germanie post decessum Regum
hoc Regnum impetere vt terram hanc possiderent, et ge:
nus Vngaricum extirparent, tamen hoc suum optatum
hactenus consequi non potuisse. Suscepisse se gubernacula
huius Regni non ambicione aliqua in tanto eius casu et
vastitate sed amore seruande patrie, pro qua paratus
esset semper vitam suam exponere spem suam summam in
deo ponere, et non dubitare se illius auxilium sibi affu:
turum. Quid postea sequetur Mti vre Sermo, vel
ipsi declarabimus vel adhuc ex itinere perscribemus. Cum
nobis hic sermo incidere solet cum dominis et Regnicolis
de Mte vra et comemoramus illis quanta in hoc Reg:
num beniuolencie officia prestiterit Mtas vra, et vt pri:
mum patruus, demum Nepos Mtis vre pro ipso Regno

sanguinem et vitam suam fuderunt, cumq; hortamur illos
vt Sacre huius et meritissime in se familie Mtis vre et
Regni Polonie, memores essent, omnes vno ore non ali:
ter appellant Mtem vram, q; suum legittimum dominum
et Regnum Polonie non aliter se existimare putant q;
suum proprium. Rex ipse et nutibus Mtis vre se obte:
peraturum pollicetur, hec vt accipimus ita Mti vre per:
scribimus, vtinam alii quoq; Principes eandem racione
Mtis vre haberent, sperandum esse breui comunem pa:
cem futuram opera et consilio Mtis vre, Nunc si Tra:
gedia inter Germanos et Vngaros orietur, quid est
aliud, nisi aliqua ingens ruina tocius Chriamitatis expe:
ctanda, quam dominus Deus sua gratia longe auertere
dignetur. Pollicitus est quidem Rex ipse nos hodie
absoluere, tamen experti prius eius procrastinatione
noluimus hunc Cubicularium Mtis vre diutius reti:
nere, sed hec principia Legacionis et actionum nrarum
Mti vre significare presertim cum iam preiudicium qua:
si habeamus expedicionis nre. vt Mtas vra ex secre:
cioribus literis intelliget. Tractamur hic honorifi:
centissime, et recte in omnibus habemus, tamen nihil
est quod magis cupimus q; ex hac afflictissima terra,
q; primum egredi, faciat dominus deus vt Sacra Mtez
vram breui saluam et incolumem reperiamus cuius
clementie nos humiliter comendamus Strigonii die
Quarta Decembris Anno domini M° D. XXVI°

Sigismundo primo regi Polonie

Andreas Criczki Eps Premisliensis
Stanislaus de Sprowa Castellanus
Biecensis. Legati.

Post humillimam nrí commendacionem. Cum venimus huc Strigonium diuerti ego Epús ad Prepositum huius Eccliē Strigonien, virum eruditum, cordatum, et non vulgaris, cum apud hunc Regem, tum omnes alios existimationis, is, quia Conuentui Alben, interexat, et Regem in Coronacione dirigebat, multa nobis dixit et comunicauit satis necessaria et inter alia retulit, quod cum Oratores Premapis Ferdinandi, ad Albam Regalem hac proficiscerētur, declinasset ad domum suā alter illorum Marcus quidam Doctor, et cum sermonidisset de Rege eligendo, subiunxisset Marcus vpē Premapem suum neminem scire, qui se impedire deberet preter solem vram, Preterea quod idem facere voluisset, in Regno Bohemie, secretis nunciis et literis, tamen id efficere non potuisset, quod si factum fuisset facile Premapem suum de illa vltisci posse, qui adhoc vnū iam habeat Moscum sibi arctissimo, foedere coniunctū vt quandocunqz velit autem vram castigare possit, Scripsissentqz Oratores ipsius Premapis ex Moschouia Ducem illum iam totum esse in manibus eius paratum ad omnem significationem autem vram impetere, Induciās, quas cum illa nunc habeat, neqz nunc esse, neqz vnqz futuras certas et stabiles, et alia id genus multa, quē licēt adhuc domi diuinabamus, tamen cum multo dolore audiuimus, subitqz in mentem querimonia domini Ducis

Casimiri de eo, quod negocia Mtis vre huiusmodi impos:
toribus, et Sycophantis qualis indubie est vnus ille Si:
gismundus, creduntur, neqz alii apud nos magis ido:
nei videntur, quam huiusmodi dotibus preditis, His ac:
ceptis Serme Princeps, tanto magis placuit Regem
hunc Mti vre deuincire, vt contra hanc virgam ferream
in qua illi tenere volunt Mtem vram, habeat illa vi:
cissim hanc ferulam qua illis semper maiori terrori esse
possit. Egimus itaqz secretissime cum hoc ipso rege
de periculis, que impendent huic Regno, non a Thurcis
solum, sed etiam ab Almanis, quantum expediret con:
diciones quascunqz in presens cum Thurco inire, qui supe:
rari, aut repelli, vllo modo non possit rebus huius re:
gni sic se habentibus, vt aliis, quod factu facilius sit, ta:
to comodius resisti posset. Quam item esset ex re vtriusqz
Mtis vre vt sese aliquo modo seu necessitudine conuin:
gerent vt mutuis consiliis suas res et negocia stabilirent.
Suasimus demum ne inconsulta Mte vra ad aliqua con:
nubia seu concordias sese precipitaret, Suasimus hoc au:
tem partim vt Connubium cum Regina, illi alioquin
et huic genti aspernabile, diuerteremus, partim vt si ille
Regnum suum bene firmabit, et Mti vre placuerit,
posset postea racio iniri, de collocanda illi filia Mtis
vre Illma domina Isabella, de quibus tempus vtiqz
iam esset cogitare, tamen eius rei, et alicuius alterius
specialis coniunctionis, nullam illi significationem de:
dimus, ne metas excederemus, sed duntaxat gene:
raliter de coniunctione aliqua egimus, vt postea libe:
rum esset Mti vre prout vellet, et prout tempus af:
ferret, se cum illo coniungere, Ad quod ex colloquuti:
one et responso ita extemporaneo hanc significatione

habemus, quod semper facturus sit omnia, quē pertinebunt
ad eam ipsam coniunctionem, iuxta arbitrium et voluntatem
Mtis vrē de suscipiendo in heredem filio Mtis vrē, visu
fuit postea domino Duci Casimiro non ita subito agere,
visum et nobis, nichil speciale proponere, inscia voluntate
Mtis vrē. De defensione et conseruatione huius Regni
quantum intelligimus, petiturus est per nos rex ipse, vt Ma:
iestatis vrē medio condiciones pacis cum Thurco inire
posset, quam operam credimus Mtem vram non recusatu:
ram, ne Regnum hoc precipitaretur et Thurcus vicinus
Mti vrē efficeretur, et vt eciam per hanc occasionem age:
re posset, Mtas vra de suis Induciis longius producendis.
Habemus eciam quoddam preiudicium ex primo sermone
de terra Scepusien, dum subiunxit, recens adhuc esse,
quod iurauit fines, et dicionem Regni non alienare, vt for:
te non sit ita concessurus vt petebamus, tamen de omnibus,
certiores erimus, post responsum vltimum. Sacra Mtas,
venit huc ex Posonio Palatinides Rawen, Aulicus regie,
qui multa nobis mira narrauit inter alia habuisse Dnum
Thurzonem copiam legationis, quam D. Nipfzic, apud huc
Regem nouum egit, et alia pleraq secreta Mtis vrē, eaq
cum aliis illic dominis excusisse, et ita omnes interpreta:
tos esse, quod Mtas vra, vel ambierit sola hoc Regnum
vel illud huic nouo Regi fauerit, et cum quidam diceret
se audiuisse Mtem vram habere gentes nonnullas in Scepu:
sio ad defensionem ipsius Regis, subiunxisse illum Pala:
tinum affinem Masouien, cum multis conuiciis Mtem vraz
solam defensore indigere, neq se et subditos suos, a bestiis
Thartaricis tueri posse, abducta hoc anno per illos Mti
vrē, plus ducenta milia hominum, plusq illi q Regno

Vngarie damni illatum, et alia multa in contumeliam Mtis
vre, et generis Polonici, propter quod scripsi ego Epus ita
Broderico, vt Mtas vra ex copia intelliget. Hanc gratiam
refert ille nunc Mti vre, et pro vxore cosecuta et pro dig:
nitate bis restituta, sola auctoritate Mtis vre, quam semp
dnus olim Archiepus in huiusmodi odiosis causis obten:
dere solebat ita vt in degradando dno Stephano Verbecio
qui nunc est omnia, nunctius Mtis vre non solum non interfuerit
~~solum~~ eius nomine, sed eciam sentenciam dictarit, nescimus
an ad hoc missus, quod nos crassioris intellectus, nunqz
ausi fuissemus facere, nam ea res, et Sermo olim dno Re:
gi Ludouico, et Mti vre plurimum detraxerat fauoris
apud hos omnes Regnicolas, sed illa omnia facta fuerat
in gratiam Regine, et Principis Ferdinandi in eum fine
qui nunc apparet. Narrauit eciam nobis ipse Palatini:
des valde iam nutare illos dominos qui adherent Princi:
pi Ferdinando, timeturqz de ipsorum fuga, modo huc tuto
reuerti possent, non sunt autem nisi Palatinus, Epus
Vesprimien, Banus Croacie, et Brodericus, reliqui
omnes cum vniuersis Regnicolis, emori mallent, qz huc
Regem deserere, quid fiet postea nescimus, hodie pransuri
sumus apud ipsum Regem, et speramus nos absolui, co:
mendamus nos iterum Sacre Mtis clementie. Strigonii
quarta Decembris Anno M°. D. XXVI°

Andreas Cricius Eps Premislien. Stefano Broderico. Epo ~~Varmien~~ Vesprimiensi

RME mi domine scire dignatur vra D. Rma. me nescio quibus malis auibus huc appulisse. Erat Sermus Rex meus preter summum dolorem de ammisso Nepote, eciam de Statu huius regni vti de vicino pariete apprime sollicitus vrgebatur a nobis, vt non deesset communi soluti, si ab hiis Regnicolis, vt rex esset postularetur, id modis omnibus reluctabatur, nec dnes vre in quibus potissimum confidebamus, vllam significationem dabant, quorsum res inclinarent, vt penitus omnia ignoraremus. Superuenit interim Orator Sermi Principis Ferdinandi auxilium ad regnum consequendum petens. letata erat Mtas sua, q is Princeps munus hoc sibi suscipiendum duxerit, qui potissimum illi satisfacere et rebus labantibus succurrere possit, mox accurrit nunctius cum lris ex Thokai ab Optimatibus et regnicolis illic congregatis, quibus scribebant se Conuentum ad Consulendum de bono Statu Regni sui in Alba Regali instituisse, enixe rogantes, vt Mtas sua Oratores ad ipsum Conuentum mittere dignaretur. Expeditus sum ego euestigio cum Collega non vulgari, vt terminus erat breuis, pene tumultuarie, vt iuuaremus, si quid possemus consilio. Salutem huius regni, et rem Sermi Principis Ferdinandi, quantum fieri posset, promoueremus, interim q3 venimus et Conuentus solutus est, et Rex preter spem creatus, diu quid

facturi essemus, dubitauimus, visum tandem fuit breue re-
trocedere, sed perreximus ad visendum ipsum Regem
et quæ facies esset rerum explorandum, cum quo, nescio
quid suspicante, et congressum meum vitante, non cito co-
uenimus et inprimis vt decebat gratulati sumus illi,
hoc regium Culmen assequutum, rogauimus demum, vt
cum ad consulendum de bono Statu huius regni huc vo-
cati essemus et Conuentum neglexerimus, declarare no-
bis dignaretur, quibus racionibus Statum suum et huius re-
gni decreuerit, aduersus tot tempestates tueri et conser-
uare, quandoquidem interesset plurimum tuis dñi mei
sore, quo pacto hic Regni sui paries consisteret, ne sua ru-
ina Regnum etiam suum in preceps deduceret, quanq
autem ex responso, et bis, quæ video, colligere possum omnia
videntur nobis et desperata, neq; aliud presagire possu
nisi ingentem aliquam horum Regnorum et totius rei
Christianæ ruinam, maxime igr perturbati reuertimur ad
Sermum dominum nrm, qui nunc de hac vna re sollicitus
est, vt communis salus, aut saltem horum Regnorum ser-
uetur, cum vero acceperit, quæ permiosa molimina, hic
cognouerimus, quantum mali impendeat ex animis horum
vicinorum in se exulceratis, haud dubie incredibilem
capiet dolorem. Si vobis placuisset tempori etiam aliquid
communicare, Sermo dno meo, et cum eius consilio agere
de salute patriæ sue, et honore Sermi Principis Ferdinadi
aliter forsitasse omnia successissent, nunc quam vobis, et
patriæ consuluistis, videritis, nos ex mandato dñi nri
libentissime inseruiissemus ipsi Sermo Principi, Sed ve-
nimus post prandium, et hec gens vra adeo fremit in Ger-
maniam, nescimus quo malo fato, vt nephas sit, nisi cum

contumelia nominare, et Thurci iam pro fratribus et
amicis habentur / D.° vrā, si ita videtur, poterit rem
mti Rli et ipsi Principi declarare, et nrā obsequia
mtibus suis commendare non grauetur.

R me mi dnē accepi esse istic nonnullos, qui existimacioi
Serm̄i dn̄i nr̄i, et gentis nrē, modis omnibus detrahunt
qui impotenciam nrām, qui, tot centena milia hominum
hoc anno per Thartaros abducta palam iactant, quod eò
maiori amaritudine animi audiui, quo sciam eos ipsos plu:
rimum officii et beneficencie Principis nr̄i in se expertos
esse, fatemur quidem impotenciam nrām, sed tamen, tot
et tantis hostibus cincti hactenus gratia dei nulli suc:
cubuimus, incessebat nos magno seculo Germania, huic
non ignauiter restitimus, impetebat vi mensa Moscus,
is quoqz cesus, et repressus, eandem mercedem rettulit
Moldauus, adoriuntur plerunqz Thurci, et hi maiori
dispendio, quam lucro discedunt, neqz hactenus nullam
Arcem nrām occupant, incursant Tartari, sed incursant
illam oram ab inicio, id vel ex tristibus Ouidii liquet, neqz
illorum clandestinos insultus, regio campis patentissima
vitare potest, qui si tantum muscarū abducerent, quantū
vos hominum istic computatis, ne musca quidem iam su:
peresset in Polonia / semel inuaserant Vngariam, et omnia
deleuerant, semel vmbilicum vrm̄ attigit Thurcus, et iā
actum de omnibus videtur, et nos qui quotannis cum his,
et aliis hostibus, soli absqz vllius alterius auxilio confli:
ctamur, et subsistimus hactenus, vobis fungi videmur
non homines, vtcumqz est contenti sumus nos Principe
nrō, cui vtinam omnes essent similes, contentus est, et ipē
dicione sua, nichil vnquam ex his vr̄is foelicitatibus
et amplioribus Imperiis ambiens, neqz est vt apparet

quod ambiatur, spectabimus istas vrãs Magnificas Tra:
gedias equidem non libenter, quas ordinini, et videbi:
mus, quorsum, vel vos, vel patriam vrãm deducetis, fa:
ciat dominus Deus, vt omnia in pacem et tranquillitatẽ
conuertantur, quod vnum Princeps nr̃ optat et curat
et non deesset eciam opera, si id alicui cordi esset, foe:
licissime valeat vrã D.o et me diligat Dat. Stri:
gonii etc

Andreas Cricius Eps Premislien Episcopo Noue ciuitatis in Austria

RME domine dne honoran. vt nouit vra Rma Do: me cum Collega meo postulantibus, his Optimati: bus et Regnicolis ad Conuentum Albe Regalis mis: sos esse ad consulendum de bono Statu huius Regni, ita non ignoret nos post actum Conuentum et Regem, pre: ter spem creatum huc venisse, neqz iam consilii de Statu hu: ius Regni, neqz seruicii prestandi Sermo Principi nro Fer: dinando, vllum nobis locum relictum esse, accessisse nos ta: men ipsum nouum Regem et gratulatione facta, vt con: ueniebat, hoc vnum nos in presens curasse, vt sciremus in quam spem Rex ipse tantum onus susceperit, et quibus racionibus defensionem statuerit, quid ne Sermus dnus nr Polonie Rex sperare possit de hoc Regno conseruan: do, cum quo illi communis calamitas ab infidelibus impedet: ne hic paries vicinus ruens nos secum in ruinam trahat, comperisse nos hic tandem plus fremitus, et apparatus in Chrianos, quam in ipsos Thurcas, multaqz molimina, pene desperata, et reipublice Chriane perniciosissima, sed nec minora istinc de vobis audimus, propter quod vehemen: ter perturbati reuertemur ad Sermum dnum nostrum quem scimus de nullo alio, qz de communi salute nunc esse sollicitum, deus omnipotens omnes has nebulas ac tempes: tates in Serenitatem et comunem tranquillitatem conuer: tat, hec vra Rma Prtas Sermo Principi suo refferre ve: lit Cui Mtas dni mei et nos eius subditi omnem optamus

felicitatem. Commendo vre Rme Prti que sit foelix et incolumis Dat Strigonii

Legatio a Ser^mo D. Ferdinando rege Bohemie ad Sigismundum primum regem Poloniae.

16 Abris 1526

Data Joanni Mrakiess: de hijs que nomine Regis Ferdinandi et Vxoris eius Anne Regnie: apud Regem Polo^e agere debet.

Nempe ad sue Mtis Curiam proficiscatur vbi oblatis lris nris et Coniugis nre credentialibus dicat fraternum nrm amorem, amiciciam et singularem beniuolenciam, si sue Mti, et eius Coniugi, in bona valetudine et foelici regimine omnia pro voto bene verterent vehementer gauderemus.

Preterea declarabit, quemadmodum olim nr charmus predecessor Coesar Maximilianus simul et Vladislaus Hungarie et Bohemie etc Rex, ambo prefate Coniugis nre in suam Mtem singularem et eam fraternam confidentiam habuerunt, eam ob rem ille vtreq Mtes in humanis agentes Regie Mti Polonie nos iuxta et Serm olim Ludouicum Regem Bohemie nrm desiderabissimum affinem foelicis recordationis, et vxorem iam nunc nram charmam vnice commendauerant, hinc est q predictus rex Polonie ex singulari affectu, eam ipsam Coniugem nostram

non vt patruus sed vt pater post obitum Serm̄i olim Vla:
dislai Hungarie et Bohemie ꝛc Regis complexus est
quam paterno amore ac fide prosecutus est. Proinde nos
vna cum Coniuge nr̄a obnoxii sumus sue Mt̄i vt fratri
affini patri et Patruo occasione huiusmodi beniuolencie et
studii vt nos gratos exhibeamus. Nos item cum Coniuge
nr̄a in illa Mt̄e ponimus pre ceteris amicis nr̄is, nr̄am
singularem et summam confidentiam quamobrem visum
nobis fuit vt illi Mt̄i nr̄am et Coniugis nr̄e grauitatem
et aduersitatem, que iam nunc nobis instat, pro beneuolē:
tia nr̄a erga illam Mt̄em innotesceret. Quemadmodū
prefata domina Anna Coniunx nr̄a secundum sā:
guinem, deinde nos iuxta tenorem nonnullorum cō:
tractuū de quibus sua Mt̄as nidubie bene scit, pro:
ximis superioribus annis hic inter quondam prefa:
tum Coesarem Maximilianū et Regem Vladislaū
foelicis recordationis erectorum, veri et adeo ordinati
heredes Regni Hungarie sumus, neq; nobis persuade:
bamus vt quispiam quicumq; is esset nobis in hoc impe:
dimentum facere ausus fuisset. Atqui non animaduerso
iure hereditatis predicte et contractus erecti, Joannes
Comes à Scepusio Vaiwoda Transsiluanie, ausus est
contra deum, honorem, ius, imo omnem equitatem et in:
stitiam nr̄am agere, quippe qui se per adherens suos in
Regni nr̄i Hungarie hereditatem intrusit, se q; Regē
vt pretendit declarans, contra vtriusq; nr̄m iusticiam et
hereditatem.

Quantum nos eam ipsam rem apud nos ipsos expendimus
nichil aliud dispicere et inuenire possumus nisi q; ipse id

genus practicam longo tempore et spatio ante, pro suo et suo:
rum complicum commodo intenderat, quod ex multis suis fac:
tis colligi potest, quippe qui viuentibus Serm̄is Vladis:
lao et Ludouico Regibus, ad Culmen Regni Hungarie
aspirare conatus est, vt non ignotum est qui etiam id tem:
poris cum Thurcus Chriāne fidei hostis et persecutor cū
ingenti vi et Exercitu Hungariam inuasisset ad expu:
gnandum Castrum Nandoralben̄, tn̄ domino suo Serm̄o
Ludouico nullum subsidium, quod tamen nunq̄ non apd̄
se habuit, ad sue Mtis multiplicem requisitionem pre:
stitit, quinimo suam Mtem̄ in Castris agentem deseruit.
quo Imperator Thurcarū fortissimas munitiones diffici:
lium passuum nimirum Arcem pariter et Ciuitatem
* Nandoralbe et alias id genus munitiones loca q̄ cō:
muni Chriānitati in grauissimum dispendium expugna:
uit, et dicioni sue subiugauit, Insuper manifestum est
et res ipsa fert q̄ idem Vaiwoda proxima superi:
ori aestate cum ipso Serm̄o domino Ludouico contra Tur:
cum in campo castra metanti, cum non contemnendis
copiis equitum et peditum in procinctu esset vti Regi
presto fuisset, cum autem animaduertisset belli molem,
suam profectionem causando remoratus est, et ita pugne
non interfuit, imo à dn̄o suo in supprema necessitate de:
sciuit, quo proch dolor interitus Serm̄i domini Ludouici
subsecutus est, Quod nos et charm̄am Coniugem no:
stram et vtriusq̄ nrm̄ necessarios haud parum afficit.

Ad hec potissimum colligi potest q̄ predictus Vaiwoda pri:
uatam intelligenciam cum Imperatore Thurcarū habuit
si quidem cum idem Thurca post acceptam cladem nostro:

rum Budam concessisset, vnde se rursus promouit discessurus cum Exercitu suo descendens partim per ditiones ipsius Vaiwode, pretexendo Exercitum eius, quam profectionem ipse Vaywoda Thurco sine aliqua remitte: qui permisit, quamobrem Vaiwoda vna cum suis a Thurcis indemnis permansit.

Postea idem Vaivoda auctoritate sua propria, Ciuitatem capitalem Budam et Arces sibi vsurpauit, positis in eisdem presidiis, quo non contentus atque cum complurib⁹ suis Conuentum in Oppido Thokay celebrauit. vbi contra prefati Regis Ludouici derelictam, sororem meam vt Coronatam Reginam et Palatinum regni Hungarie in vita existentem in dispendium regni Hungarie Statutorum decretorum, et solemnium ex antiquo consuetudinum, Conuentum promulgauit in Alba regali, quem a decessu regis nulli nisi regine et Palatino regni indicere et statuere conuenit, quo non animaduerso se in hoc ita gessit, et Conuentum ipsum ita quasi verus heres regni Hungarie esset vniuersis innotuit.

Quamuis soror mea prefata, et Palatinus regni iuxta tenorem ordinationis Statuti et Decretorum regni Hungarie etiam Conuentum omnibus Statibus indixerant et declarauerant, et maxime Vaivode qui sibi huiusmodi Conuentum non displicere prefeferebat, imo consultum visum esset, qui demum ea in re secum tractare permisit vt videlicet suum pretensum Conuentum abrogaret et ad illius Regis tutis et Palatini regni Hun-

garie legittimum Conuentum veniens vnacum aliis statibus Regno obedientibus, super rebus regno necessariis in medium consuleret, quorum omnium ipse Vaiwoda nullam rationem habuit, sed iuxta conatum suum, quem in vita saepius nominatorum Vladislai et Ludouici Regum etc practicam meditatus est procedens, seqz 30 octobris proxime preterita Budam cum certo numero equitum recepit, vbi Regium Palatium in possessionem accipiens, deinde cum suis complicibus in Albam Regalem peruenit, vbi cum primis de mortuo Regi Ludouico sub apparentia gratificaturus eum sepelire iussit, se ipsum porro 19 Nouembris in pretensum Regem Hungarie eligere, et postridie mox Coronare permisit contra ipsius Regni Hungarie laudabilem et receptam consuetudinem decreta, simul et immunitates.

Etsi nos pro nra parte et persona, ad Vaiwodam miseramus ipsum super omnibus hiis rebus comonefacien, postulantes ne nos in iure nro hereditario impediret, qui tamen preterea quòd eius rei oblitus est, nuncios nros verbis datis detinuit, pollicendo ei nonnihil spei, quod coram comuni contione sui pretensi Conuentus comparere impediuit, hinc est qz sub eo ipso Conuentu nuncii nri, nram simul et Coniugis nre iusticiam ad consortes ipsius Vaiwode deferre minime potuerunt. Itaqz ipse cum suis ius nrm et Coniugis nre ad Regnum Hungarie preripuit, ad quod administrandum tum à Superis, tum à natura nichil iuris, aut equitatis habet.

Ex omnibus iam premissis sua Mtas pro sua suma pru:

dentia predicti Vaivode et suorum adherentium ma:
chinationem expendat, que Serenissimi Ludouici Regis, cladis
et interitus et Thurci victorie non parua occasio fuit
proinde nos cum Vxore simul et Sorore nris, ipsius Ludo:
uici Regis fratris et amici mei fatum ex animo dolemus

Esto prefati Vaivode negotium in meliori fundamento fixum
et locatum sit quam est, si etiam pluzium suffragiis vt legitti:
mus Rex ad Regni habenas euectus esset, neqz eciam
in aliquibus pactis cum Thurco staret, tum ipse pro sua par:
te adeo parue potencie est, vt ipsi Thurco si proxime ventu:
ro vere contra Chrianos ingenti vi belligerandum vt
preterita aestate decreuerit, neutiqz ita resistere possit
vt nos cum Regno meo Bohemie, et aliis ad nos spectanti:
bus Ducatibus et prouinciis simul et Cesaree Mtis dni
ac fris mei, necnon Imperii Statibus auxilio quod nobis
dubio procul non contemnendum assumeum persuademus.
Stantibus rebus Vaivodem in eo statu vt nunc non Re:
gnum Hungarie modo sed alia finitima Chriana domi:
nia multis partibus maioribus discrimimibus exponan:
tur oportet. Si vero nobis et Coniugi meq charme vti
veris et naturalibus Regni Hungarie heredibus habe:
ne Regni traderentur humilia omnia pericula modo
bono vitari et precaustodiri possunt.

Preter hec expendendum est, Si prefatus Vaivoda in eo
Regie dignitatis Culmine, contra nram coniugis meq
iusticiam mansuetus sit, tum id in futurum aliis se libenter
in altum ferre volentibus exemplum vt à decessu Primi:

pis derelinquentis liberos, vel non, se per vim in heredi:
tates intrudendū prestabit, ex quo tandem nichil nisi san:
guinis ingens effusio consequeretur, prout idem Rex Po:
lonie apud semetipsum sufficienter estimare potest.

Licet nos ab interitu Serm̄i domini Ludouici Regis, tam stre:
nuum exercitum equitum et peditum conscriptum habuimus,
quòd deo beneuolente ipsi Vaivode re ipsa ita conatus suos
ne ea ratione Coronam nr̄am nobis preriperet, prohibere
potuissemus, verum nos vt non inique nr̄o hereditario
Iuri et contractibus inter Coesarem Maximiliam̄ et Vla:
dislaum Regem factis omnino confidebamus, ne ante
contra Regni Hungarie decreta, Statuta, ordinatione
et modum prescriptum eligendi Regem, quicq̄ Re:
gnicole attentare auderent, Conuentum Soror nr̄a
Hungarie et Bohemie Regina simul cum Palatino Re:
gni ad Posonium, iuxta vim et tenorem ordinationis
Regni Hungarie et Statutum indixit vbi obsequētibus
statibus Regni tum congregatis per nr̄os insignes Orēs
nr̄am et Coniugis nr̄e, iusticiam et contractus in hoc
certos proposuimus, super quo prefati status bene deli:
berato et maturo consilio et causa debita expensa, heri
nempe dominica die ante festum S. Thomae Apli qui
xvi Decembris est, Superis sic volentibus nos et Con:
iugem nr̄am, in Regem et Reginam legittima electione
eligentes publicarunt, Quare electio et Coronatio Vai:
vode que ex sua ipsius et adherentium suorum propria
vtilitate et audacia facta, est inualida et nullius robo:
ris, pro electione vero nr̄a nos cum primis superis
acceptum cum laude et honore referamus opportet, quam

Sermo Regi Polonie fri et affini nro charmo pro mu:
tua beneuolentia vt nobiscum congaudeat celandum esse
noluimus.

Quemadmodum nos vt premissum est, cum Coniuge nra
ex illa singulari comendatione qua nos Coesar Maximili:
anus et Vladislaus Rex Paterno amore et affectu Mti
sue comendauerant, pro illa arctissima necessitudine et
suma confidentia quam in illam Mtem figimus et locamus
minime dubitantes, quin sua Mtas nobis vtrisq; vnice
affecta sit, vt honorem et fortunas nras iure ad nos spec:
tans promoueat, et dispendium et iacturam nram precus:
todiendo. Quod deniq; eundem Sermum dominum Re:
gem Polonie nos cum Coniuge nra maiorem in modum re:
quirentes rogamus, vt sua Mtas in quam Coesar Maximi:
lianus et Vladislaus Reges singularem confidentiam
vt fratrem habuerunt, huiusmodi ardua negocia animo
perpendat, super quo nobis suum fraternum, atq; adeo pater:
num consilium imparciat, et ad suscipiendum pro nra et
Coniugis nre iusticia, Regnum Hungarie, ad quod iam
debita electione vocati sumus, auxilio et assistencia sua nos
nequaq; deserat quinimo se erga nos fauorabile exhibere
velit, quia nos et Coniux nra secundum deum, spem sumam
in suam Mtem collocamus, cui nos rursus offerrimus vbi
sue Mti inseruire possumus, etiam contra eius aduersarios
et hostes, cum requisiti fuerimus, quod nos pro facultate
nra non illibenter vt nro charmo fri et affini presto esse
volumus suam Mtem nulla ratione derelinquentes.

Prenominatus ~~Cubicularius~~ Consiliarius nr̃ illi Mti Polonie significet si sua Mtas nomine Coniugis sue propinquitatis in regno Neapolitano aliquid difficultatis haberet, in quo sue Mti auxilio esse possemus vt nos sua Mtas confidenter certiores reddat, tum nos in ea re domino et fri Coesaree Mti fideliter scripturi sumus negotiumq; ipm sollicitabimus et promouebimus, non aliter q̃ si nrm proprium esset quo se indubie Coesarea Mtas amice erga illam Mtem exhibebit, Ita quod sua Mtas Polonie cum Coniuge sua bene contenta erit

Ex quo deliberauimus intra paucos dies, nempe post festum Epiphaniarum domini hinc esse solituros versus Regnu nrm Bohemie ad suscipien Diadema, tum Consiliarius nr̃ supranominatus Regem Polonie verbis nr̃is et cõiugis nr̃e requirat, et petat vt sua Mtas pro honore et complacencia nr̃a Oratorem suum ad huiusmodi Coronationem mittere non deneget, que omnia nos vna cum Coniuge nr̃a illi Mti vt nr̃o singulari fri affini patri et patruo obsequiis nr̃is compensare et complacere studebimus.

Post huiusmodi Legationem quam Consiliarius nr̃ ad Regem Polonie delaturus est tu ad Rlem Mtem affinem nr̃am Coniugem sue Mtis adeat, cui post oblatas nr̃as et Coniugis nr̃e credentiales lr̃as, pari ratione vtriusq; nr̃m verbis, beneuolenciam et studia nr̃a dicat si sue Mti Rli omnia prosperare responderent quod id nobis singulari gaudio esset, postea sue Mti Rli declaret, quomodo ipse a nobis vtrisq; ex speciali confidẽtia

quam erga dominum et Maritum sue Mtis Rlis geri:
mus in necessitatibus et grauitatibus nris apud illa
Mtem fidele consilium auxilium et assistenciam peciit
Non dubitamus quin etiam eius Legationis tenor ad no:
ticiam sue Rlis Mtis, perueniet quam obnixius ro:
gabit vt sua Mtas apud dominum et Maritum suum
nro et Coniugis nre nominibus, modo meliori quo pt
promoueat, Nos rursus sue Mti Rli exhibentes si ipsa
in Regno Neapolitano ratione hereditatis sue aliqua
difficultatem habet vt nobis innotesceret tum nos sue Mti
Rli apud dominum frem et Coesaream Mtem summo stu:
dio adesse volumus, Itaq sua Mtas bonam et celeriorem
expeditionem consequatur, quemadmodum idem Mrakeß
id diligentius pluribus verbis ad suam Mtem Rlem de:
ferre nouit.

Quodcumqz responsum ex vtraqz parte ei dabitur, nos
in reditu suo presens edocturus est quo voluntati nre
satisfaciet. Dat in Ciuitate nra Viennen dnica
die post Lucie hoc xvia die mensis Decembris Anno
domini Mo Do. xxvi Regni nri prio

Legatio a Ferdinando electo rege Bohemiæ ad Sigismundum primum regem Poloniæ.

Secretus exponenda

Instructio pro Joanne Drakess de Naskaw quid in secreto inter cætera quæ à nobis in speciali instructione ad fratrem et affinem meum charissimum Regem Poloniæ etc. deferre et tractare in commissis habet.

Quemadmodum in præmissa Instructione eidem Consiliario nro data vt post enumeratam benivolentiam et amorem de quo nobis apud illam Altem Polonie vt fratrem affinem patrem et patruum plurimum confidimus, eciam exposito negocio Joannis Comitis Sceprusien Vaivode Transsilvanie quomodo ipse contra nam et Coniugis mee hereditatem nempe Regnum Hungarie se hactenus iniuste gessit, quod petitio desiderium et studium mum eo tendat vt Sermus Rex Polonie in quem quondam Cesar Maximilianus et Vladislaus Rex singulariter confidens vt fratri suo charissimo totam spem fixerant, nam simul et Coniugis mee iniuriam respiciat. vtqz nobis sua Altas pro suo fraterno paternum consilium ad suscipiendam hereditatem nram Regni Hungarie auxilium et assistenciam præstet quemadmodum id lacius instructio nra in se continet.

Nichilominus ipse Joannes Drakess debet in speciali Regie Alti Polonie significare, quod quamuis mee petitiones et desideria, ac contra exhibitiones exigua suam Altem in generalitate consistant, tamen non est animus me vt hec

exhibitio nra huiusmodi similibus vt instructio in se continet
arctetur quinimo offerimus nos respectu illius auxilii quod
nobis futurum speramus pro repetendo Diademate Regni
Hungarie illi Mti Polonie conuexo contra hostes et aduer-
sarios nempe Moschos Thartaros et alios nrm sedulum sub-
sidium equestre et pedestre cum id à nobis sua Mtas requi-
reret.

Cum sua Mtas in id de quo nos minime dubitamus consentiet
ad id qz ventum fuerit vt designetur et nominetur quali aut
qz magno auxilio nos sue Mti obnoxii esse debebimus et
cum quali et qz magno nobis sua Mtas iam nunc adesse vo-
luerit. In quo Consiliarius nr cum sua Mte finaliter con-
ueniet et concordabit iuxta continenciam mandati nri
in hoc à nobis ei dati.

Per huiusmodi amicam et fraternam intelligentiam ex vtra-
qz parte nostrum non parum commodi prouenturum est quo
etiam magna Christiani sanguinis effusio precaueri poterit
Nimirum cum vtriusqz nrm aduersarii et inimici huius-
modi fraternam vnionem et confederationem senserint
futura illi erit maiori terrori qz gaudio seqz non fa-
cile contra alterum nrm aliquid hostiliter attentare moue-
bunt.

Demum Consiliarius noster ea omnia premissa summo stu-
dio cura et opera apud illam Mtem agat et referat quod
nobis de sua Mte firmiter huiusmodi subsidium futurum
persuademus eò nomine qz sua Mtas vt pius pater et

Patruus nr̃e Coniugi in causa Matrimonii, et alias nr̃q̃
defuit quinimo ipsamet matrimonium conficere iuuit, vt
vicz̃t Regnum Hungarie post decessum masculini sexus,
nempe Regis Ludouici ad nos veniat et deuoluatur. Si:
quidem cum nos sue Mtis auxilium habuerimus quo bre:
ui in possessionem Regni nr̃i Hungarie peruenire pos:
sumus. speramus deo duce breui futurũ quod cum Regni
nr̃i et aliis Ducatibus et dominiis nr̃is, etiam Coesa:
ree Mtis domini et fr̃is nr̃i et Imperii insigni subsidio
pro quo iam nunc non indiligenter solicitamus, Thurco tã:
tam resistenciam facturi sumus, per quam non solum Re:
gna nr̃a Hungarie et Bohemie, sed etiam Regnum Polo
atq̃ adeo vtriusq̃ nr̃m Ducatus et Dominia imo tota
Chriãnitas ab vlteriori illius hostis impetu, et incursioẽ
imũnes erunt. Si autem ipse Vaivoda cum suis adhe:
rentibus diucius in Regno moraturus sit, id nequaq̃ fi:
eri possit. Sed cum Thurcus proximo vere cum suo exer:
citu veniret, tum non solum in Regno Hungarie, sed ali:
as magna strages et sanguinis effusio, et alia irrecupe:
rabilia damna subsequerentur, sua Mtas pro comperto
habeat quod a Statibus Imperii ipi Vaivode contra
Thurcum nullum subsidium dabitur, quam quidem Chri:
stiani sanguinis effusionem sua Mtas frater et affinis nr̃
vt Chriãnus Rex precustodire cupidus et inclinatus est.

Cum autem minime ambigendum est, quin vterq̃ Vaivoda
tam Moldauie, q̃ minoris Valachie ipi Vaivode
Transsiluanie adherere poterint a quibus sibi subsidiũ
non vulgare fore sperat. Proinde sua Mtas adiuuet vt

nobis eam adiuturam persuademus, vt prefati Vai:
vode ab auxilio ei prestando alienentur et abducan:
tur.

Sunt preterea plures Ciuitates in Hungaria quarum spes
omnes sitte sunt in Rege Polonie, ad quem respectum
singularem habent, vt sua Mtas illas flectat et ducat
in id, vt nos et Coniugem nram pro veris heredibus
cognoscant, partesq nras sequantur, neq se alterius cu:
iusq debito subiicere sinant.

Si sua Mtas nos et Coniugem nram in Regnum nrm
hereditarium reponere adiuuabit, tum sua Mtas Re:
gnum Hungarie non solum a Thurcis seruauit, sed sue
ipsius Mtis Regno Ducatibus Et Dominiis de securi:
tate optime consuluit, de tota denique Christianitate optime
meruit, id quod si secus fiet, sua Mtas dispicere possit
quid sue Mtis heredibus expectandum esset, et quod hu:
iusmodi bono et vtili comuni Chriamitatis sua Mtas
impedimento foret.

Responsum a Sigismundo rege Polo[nie] datum Oratori Ferdinandi Archiducis Austrie.

PErsuasum habet Sacra Mtas Regia Sermum Principem Ferdinandum dolere atq; angi ex tam miserabili interitu Sermi olim domini Ludouici Hungarie et Bohemie regis non solum propter mutuam necessitudinem sed eciam quia casus illius Mtis ingentem iacturam et periculum attulit vniuerse reipublice Christiane, quod quidem periculum quo viciniius est, eo magis est omnibus in commune metuendum.

SEd quia diuine Mti placuit, et nra demerita exigunt vt vniuersa Christianitas hoc vulnus et flagellum sustineat, ferenda est eius voluntas, cui nemo resistere potest, eque et infracto animo, curandumq; vt placato dei furore, nichil quod ad communem salutem tuendam restat pretermittatur

MTas Regia, licet accepto hoc tristissimo nunctio incredibili dolore hactenus detineat, quodammodo tamen a bilia prestari potuit ni eo casu insperato, vt hec Regna salua et defensa manerent, nichil opere ac diligencie sue omisit Quod eciam vt Sermus Princeps Ferdinandus faciat, et cum Cesarea tum alios Principes Christianos ad hoc commune incendium extinguendum hortari et monere velit Mtas sua et suadet et rogat

Quod autem eius Sertas à Mte sua postulat vt sibi cõ:
silio et auxilio adesset ad regna ista Vngarie et Boemie
consequenda Mtas sua fauit semper ex animo Cum Cesa:
ree Mti tum ipsi Sermõ Principi Ferdinando ita vt
debet, omnem accessionem et prosperitatem, vt vtriqz Mti
satis compertum esse potest; et nunc Mtas sua intellecta
electione illius Sertis in Regem Bohemie magnam cepit
voluptatem, et illius Mti ex animo gratulatur speratqz q
successu isto reliqua illius Serti pro voto succedet, atqz ita
cum illius Sertas consilium à Mte sua optat id consulit et
suadet Mtas sua vt eius Sertas admitatur quo Regnico:
le Vngarie vnanimi voto et sentencia Regem eligerent
et scissio modis omnibus euitetur, ne ad externam cala:
mitatem hec quoqz domestica non minus noxia accede:
ret Quem casum Mtas sua vehementer timens, optat,
vt Sermns Princeps Ferdinandus citra vllum tumultu
et sedicionem rem agat ac ea causa mittit illuc Mtas sua
Oratores suos ad postulata illorum dominorum et Regni:
colarum vt cum nunc pax et concordia intestina sit potis:
simum necessaria, modis omnibus curarent, quo vnani:
mibus votis Regem eligerent et que salutis sunt ample:
cteretur.

Qua in re et in omnibus aliis quicquid Mtas sua in mo:
dernis angustiis et difficultatibus fauoris et adiumenti
prestare poterit illius Serti citra incommodum dignita:
tis sue et iacturam reipublice Regni et dominiorum suo:
rum cui astricta est hoc semper est qz libentissime factura:

Sigismundus Primus Rex Polonie.
Ferdinando electo regi Bohemie.

Serme etc. Binas hiis diebus habuimus a Mte vra lras alteras xvii die Nouembris, alteras xxv^a eiusdem mensis Vienne Austrie datas ex quibus id quod etiam alioqui non ignorabamus quale videlicet Ius Mti vre Sermeq eius Coniugi domine Anne Nepoti nre charie ad Regnum Hungarie competat, ceterasq res, que propositum eius impedire videntur, probe intelleximus, Nos quidem Serme Princeps, cum pro vetusta et a plurimis annis mutuis officiis confirmata beneuolencia et necessitudine, que cum Serma domo Coesarea, nobis iampridem intercedit, tum eciam pro singulari amore, quo et Sertem vram et Coniugem eius Nepotem nram iam dudum merito complexi sumus, amplissimas quasq fortunas et maximorum honorum incrementa, ei sinceriter fauemus verum ad Regnum Hungarie assequendum, opem, et consilium nrm quod a nobis nunc poscere videtur, vt pote in re perplexa et difficili, tam subito ei prestare, cum arduum, tum perdifficile nobis videtur, perspicimus enim negotium ipsum cum propter plurima, tum vero maxime propter inopinatam noui Regis in Hungaria creationem tot difficultatum nodis implicatum esse, vt ad id consilio expediendo longiori et studiosori deliberatione, atq iudicio opus esse

censeamus, Quocirca non dubitamus Sertem vram pro humanitate et prudencia sua, equiore animo laturam, Si ei in re tam impedita tamq difficili, consilium mem ad presens non apperimus, nec enim vllo pacto committere vellemus, vt nos consilii mei pudere debeat, Quin potius successu temporis quod tamen breui fore confidimus, circumspectis rebus plurimis rationibusq subductis quicquid ere et dignitate Sertis vre fore arbitrabimur per proprium Nunctium mem illi significabimus, Quam tamen plurimum rogamus velit interim sibi a bello et reliqua hostilitate quantum ficri poterit temperare, nam prelerquam q tempus ipsum ami, ad res gerendas sit minime aptum et commodum, Considerare etiam atq etiam Sertem vraz operepreciu ducimus ne Regnum chzianum, et quodam florens, nunc vero ab inimica hoste adeo quassatum et afflictum existens, vt pene extremis laboret, funditus intereat, Nam Thmeus qui omnes opportunitates et momenta obseruare solet, Si Hungariam ab ea parte vrgeri offerit, verendum erit ne ad eam euertendam et penitus occupandam, omnes suos conatus animumq adiciat vnde quid consequturum esset, facile quinis diudicare potest, Itaq quid res, quid tempus, quid ratio postulet, pro sua summa prudencia et rerum multiplici vsu, optime constituet et perpendet Sertas vra, Nec dubitamus quin consilio nro in re tam salubri, tamq humana acquiescere dignabitur Quam feliciss me et diutiss me valere optamus eiusq mutuo amori nos commendamus Dat

Sigismundus primus regis polonie Alexio Turszoni

Spectabilis et Mgce sincere nobis dilecte, Accepimus lras
stis tue, quibus declarauit Sermum dominum Archidia:
cem Austrie Regem Bohemie electum, cum Serma dna
Hungarie et Bohemie Regina Hamburgi vna fuisse, et
illic pariter constituisse, vt eadem Serma dna Regina
cum dno Palatino Regni Hungarie generali, et reliquis
optimatibus, ad proximum Diue Catherine festum de
futuro Rege Hungarie eligendo, simul et de tam afflictis
Hungarie rebus fulciendis Conuentum indiceret, etiam
quomodo Mgcus dnus Vaivoda Transsiluanie, omni:
bus Primoribus et Nobilitati Regni Hungarie pena
proscriptionis, si quis contrairet adiecta, per lras denu:
ciauerit, vt Conuentum, quem ipse ad proxime preteri:
tum S. Emerici festum in Alba Regali indixerat
coram interessent, ibiqz de creando nouo Rege Comicia
haberent, Preterea eundem Sermum Principem Ferdi:
nandu in animo habere Jus suum quod ad Regnum Hu:
garie se habere pretendit armis et viribus persequi si
alter quispiam qz ipse in Regem Hungarie designaretur
postremo, vt (quo minus aliqua scissio et dissidium in
Regno Hungarie fieret) operam et auctoritatem no:
stram interponeremus, nos admonuit et impense rogauit

Et primum omnium, hoc tue Stis in nos officium studium et
fidem q nos viczt de tantis rebus certiores effecerit grato
animo suscipimus, hancq eius de salute omnium sollicitu:
dinem plurimum comendamus, scire deniq eam volumus
nos, et florentibus, et iam ruinam minantibus Regni Hu:
garie rebus auxilio et consilio nro nunq defuisse, et nuper
statim post miserabilem interitum Sermi dni Regis Ludouici
Nepotis nri desideratissimi, nichil officii et beneuolencie
nre pro reliquiis eiusdem regni seruandis pretermisisse, ad
vltimum cum proxime ab eodem superius nominato dno Vai:
voda Transsiluanie et reliqua congregatione, que cum eo
apud Thokai conuenerat, per lras rogaremur, vt ad Con:
uentum in Alba Regali indictum Oratores nros mitte:
remus, Nos, vt fauorem et beniuolentiam nram erga dic:
tum Hungarie Regnum re ipsa comprobaremus, euesti:
gio ipsos Oratores nros illuc misisse, quibus inter cætera
ad salutem eius Regni pertinencia, mandata, hoc primu
et precipuum dedimus, vt seposita omni ambicione, que reg:
norum et rerumpublicaru precipua pernicies, et excidium
fieri solet, sublatisq intestinis desidiis, simultatibus, odiis,
et factionibus, dni ipsi, ac vniuersi ordines Regni Hu:
garie, de tali Rege eligendo agerent, ac omnia studia,
curas, cogitacionesq suas intenderent, suffragiaq sua
conferrent, qualis et regno ipsi Hungarie, et toti reipuce
chriane saluti, et presidio atq decori esset futurus qui:
q genere, dignitate, finitimaru nacionum amiciciis et
auxiliis, armis, virisq ita suffultus sit, vt ad resistendu
tanto hosti sufficere posset, Sed et in posterum quicquid
possibile nobis factu fuerit pro isto regno saluando, in

quo tanto tempore genus nrm̄ foelr regnauit, et in quo multum beniuolencie et fauoris semper cognouimus, nil omnino pretermittemus. Dabimus eciam omnem operam vt in eodem ipso Regno scissio modis omnibus euitetur, ne ad calamitatem extremam, hec quoqz domestica nō minus noxia accederet et vt vnanimi voto et sentēcia Rex eligeretur. bene valeat tua S.

Responsum a Sigismundo rege Polonie datum oratori Joannis regis Vngarie.

Sacra Mtās Regia Rnde dnē plurimas agit et habet grās Sermō dnō Regi Vngarie, fratri et affini suo charmō, pro hac beniuolencia et propensione animi, quā erga eius Mtem̄ cum ante hac multis argumentis et testimoniis, tum vero nunc per vram̄ d. amplissime declarauit.

Mtās sua Regia vicissim si prosequuta fuit semper illius Mtem̄ in minoribus existentem singulari fauore et beniuolēcia, cum illaqz et domo ipsius affinitatem contrahere voluit, nunc illius Mtem̄ ad Regium culmen euectam et quidem illius regni, in quo olim longo tpe sanguis Mtis sue foeliciter regnauit et in quo eciam Mtās sua multum erga se fauoris et beneficii experta est

Tanto magis illius Mtem̄ complecti et amare dignabitur et, quemadmodum illius Mtās se pro filio, et Regnum suum eius Mti comendat, Mtās sua vult libentissime et illius Mtem̄ et filium suum, et Regnum eius, vt Re:

gnum proprium omni beniuolencia, omnibusq; paternis officiis semper prosequi, nichilq; eorum pretermittere, que Mtas sua pro dignitate et commodo illius Mtis et regni eius prestare posse videbitur quandoquidem preter hanc mutuam beniuolenciam vtriusq; Mtis, eciam boni et mali successus vtriq; propter vicinitatem et mutua foedera communes esse videntur.

Quare nunctiabit vra Do nomine Mtis sue pluri: mam salutem et paternum amorem illius Mti, nunctia: bit hanc animi significacionem Mtis sue, quam audi: uit, commendabitq; vicissim eius Mtem Regnumq; et Dominia Mtis sue fraterno amori et beniuolencie illius Mtis, pro conseruanda veteri amicitia et foederibus du: dum inter Sermos Reges et Regnum hoc vtriq; initis. Declarabit illius Mti, quod quacumq; in re Mtas sua illi et eius regno commodare et gratificari vnq; po: terit hoc non secus quàm filio suo et quàm proprio re: gno suo faciet semper libentissime

Sigismundus primus Rex Poloniæ Joanni Regi Vngariæ.

SErme Princeps et dne frater et affinis nr charme. Etsi post mortem, ac infelicem euentum Sermi Principis domini Ludouici Hungariæ ac Bohemiæ Regis, Nepotis nri desideratissimi, iusto dolori nro aliquatenus indulseramus nonnichilqz vt par erat fuimus commoti, non solum propter mutuam necessitudinem et arctissimum sanguinis vniculum, sed eciam quia casus illius Mtis ingentem iacturam et periculum attulit regno isti Mtis vre Hungariæ et reipublicæ Chriane, tamen cum naturæ legem inevitabilem et durissimam rerum humanarum condicionem, nobiscum in animo reuolueremus, resumpsimus animum, acerbitatemqz meroris mitigauimus et nos ipsos sumus consolati, sed et lre Mtis vre per oportune nobis nuper oblate, amice simul et humaniter ad nos perscripte, non minimam partem doloris nri leuauerunt quibus omnem ordinem et seriem rerum in Regno suo hiis diebus gestarum, vt potè de congregacione in Oppido Thokai, item de altera apud Albam Regalem de sepultura ipsius Sermi dni Ludouici Regis iustisqz persolutis, et quod maxime optabilè, et periucundum erat de sua in Regem Hungariæ, omnium ordinum cocordibus suffragiis prouectione et coracione nos certiores effecit quas cum perlegissemus incredibile dictu est quantum ex honorifico Mtis vre successu exhilariti ac in spem bonam erecti

simus. Iam enim multo ante cognouimus, quanta sit animi vrē
Mtis magnitudo, quanta prudencia, quantus denique in rebus
agendis vsus, quibus fore, vt cum iam deus optimus ma:
ximus illam Regno isti multis cladibus nuper afflicto,
et ferro ac igne crudelissime depopulato preficere volu:
erit, curabit in primis Statum illius componere, turbas
et disenssiones intestinas sedare, discrimini quod foris im:
pendet, quam celerrime prospicere, et totam Chriānitatem
ab extremo interitu vindicare. Et proinde maiori studio et
alacritate qua possumus gratulamur Mti vrē, hoc Regium
Culmen et fastigium in quo vt diutissime presit, ac Domi:
nia sua cum summa sua gloria, et perpetua subditorū suo:
rum pace et tranquillitate moderetur, summopere optamus
et precamur, et cum Mti vrē pro nrā singulari in eam be:
niuolencia proque ea affinitatis necessitudine que inter nos
intercedit Regnum istud quod Deo duce virtute comite
est assecuta ex animo fauemus, postulamusque ab ea, persua:
sum sibi habere velit, quod nos erga illam semper in omnibus
euentibus ita gerere volumus sicuti bonum et fauorabilem
affinem decet. Quicquid etiam consilii et auxilii pro con:
ditione temporum et facultate nrā, illi et Regno eius pre:
stare poterimus, nihil omnino pretermittemus. Dominus
Deus seruet diutissime Mtem vram sospitem et foelicem
Dat Cracouie

Ioanni Regi Vngarie.

Petrus Tomiczki Eps Vicecancells

Inter faustas acclamationes, gratulationesq; que post assequutũ tante dignitatis culmen ad Mtem vram deferuntur ab eis qui de illa aut meriti sunt, aut mereri student. Ego quoq; qui et Mtis vre et tocius eius domus dignitati et decori iam à multo tempore sincerissime studui, Eidem Serme Mti vre Regie que maximis virtutibus suis, et rebus clarissime gestis ad tanti Regni fastigium eleta est, humillime gratulor, Deũq; imortalem precor vt eam pro salute Regni sui et tocius rei publice Chriane, seruet q; diutissime triumphantem incolumem et foelicem. Rogo autem plurimum Mtem vram hoc sibi de me persuadere dignetur, quod de addictissimo quocumq; seruitore suo Cuius gratie me rursus humillime commendo Dat

Henricus Rex Anglie Sigismundo primo Regi Polonie.

TAnto facilius consilia, preces, adhortacionesq; nras, apud vram Sertem locum habituras confidimus, quanto aperti: us constat, in eam calamitatem, Chriae reipublice summa, esse adductam, vt Iure quodam peculiari, expansis ma: nibus, effusisq; lachrimis, nunc grauissime periclitans, Chrianorum Principum auxilia imploret, collatorumq; beneficiorum gram nunc exposcat, quam cogimur ex offi: cio cumulatissime referre, tum q beneficio dei, qui toci: us est reipublice caput, immensa munera accepimus, tum vero q commune incendium, publicum exitium, et summi Dei indignatio ad id omnes maxime impellit. Quodsi Chrianorum pectora simultas, odium, saeuaq; bellorum cupiditas, et discordiarum appetitus ita obcecat, vt non paciatur illos mutue charitatis memores esse, aeterne tame salutis racio, iugumq; durissimum, qd a tam potenti et tru: culento nre fidei hoste, ex propinquo iminet, merito debet Chrianos omnes ad publicam perniciem arcendam ad co: mune extinguendum malum, Thurcarumq; tiranni rabie, prius q se latius effundat, cohercendam, in tempore tam ne: cessario inflamare eoq; in loco meminisse debent, publicam causam, catholiceq; religionis culmen, priuato cuilibet odio vel affectui esse preponendum, in tanta presertim occasione ac necessitate, quam a deo in Chrianorum oculos iniectam

arbitramur, vt cogatur in pnti malo, ex nobilissimi regni
Hungarie calamitate, ex potentissimi illius regis amissione
publicoq discrimine, quod longe antea prospici debuerat, pro:
prie nunc saluti consulere, que quum non nisi vnicam spem
vnicumq presidium relictum sibi habeat, id veluti tutissi:
mum portum, par est obuiis vlnis, alacri animo, iunctis
viribus, concordiq voluntate, à cunctis amplecti, priuatasq
iniurias, publice vtilitate, ipsiq deo bonorum omniu opifici
tandem condonari, eius nãq militia, et in sacrosancte fidei
gram susceptum bellum, tantum solidi promittit gaudii, cer:
tissimiq fructus, quantum à mutua, ac nefanda illa inter
Chrianos grassatione, mali calamitatisq expectandum est
existimantes itaq gloriosissimum esse, et Chriano nomine ma:
xime dignum, vt certatim omnes tante propulsande cladi
se accingant, seq totos expeditioni huic tantopere deo acce:
pte addicant, voluimus in salutaria hec consilia vram
Seretem: vna cum aliis Principibus pro viribus allicere
et adducere, quò ex ista animorum, et virium coniunctione
facilius iniri queat necessarium illud aduersus truculentissios
fidei hostes certamen, quòd non alio animo suademus, q vt
in eò iuuando, nullas partes omittamus, que à Catholico
Principe possint expectari, vram igr Sertem intimis precor:
diis, omni studio, omniq ardore precamur, obsecramus
et obtestamur, vt ex animo velit ad dicti Regni defensi:
onem, Thurceq seuissimu Imperiu reprimendum cogita:
tus, consilia actionesq suas, et se totam conuertere, et q plu:
rimos potest, suo exemplo, pientissimis his conatibus lu:
crifacere, quorum exitus, si modo ex multa disputacioe

rei benegerende facultas non omittatur, foelicissimus opta:
tissimusq; sese vndiq; offert. Et felix diutissime valeat
eadem vrā Sertas: Ex Regia nrā Grenwci die 1a
Nouembris Anno domini M° D XXVj°.

Sigismundus primus Rex Polonie Henrico Regi Anglie: dno Hijbernie

SErme Princeps et domine fr, amice, et consanguinee nr
charme. Fuit apud nos Orator Sertis vre, exposuitq;
nobis, quamobrem ab illa in Hungariam, et ad nos sit missus,
et lras Sertis vre, nobis reddidit, ex quibus abunde
cognouimus, quanto amore et pietate predita sit erga rem:
publicam Chrianam, quem animum et studium Sertis vre,
licet iam antea fama eius illustri cognoueramus, fuit tn
nobis hec significatio in laboribus et discriminibus nris
voluptati et solacio non vulgari, agimusq; imensas gras
vre Serti, quod erga hec nrm et Hungarie Regna, que as:
sidue tantam molem infidelium sustinent, vtiq; maiori
sollicitudine teneatur, quàm hii qui post terga nostra securi
degunt, propensiores ad turbas et sediciones intestinas, qui:
bus diuina et humana omnia confunduntur, quàm ad succu:
rendum nobis in extremo discrimine constitutis, Iam enim
Sertas vrā satis intelligere potuit, quemadmodū Nepos
nr desideratissimus dns Ludouicus Vngarie et Bohemie
Rex interierit, quantamq; hoc tempore Regnū Vngarie

cladem acceperit, quantas item Regnú nrm calamitates et
labores sustineat in reprimendis assidue non solum Thur:
corum viribus, sed eciam Thartarorú, Moscorum, et alio:
rum infidelium ac Scismaticorú insultibus, soli enim nos
sumus, qui absq vllius alterius auxilio tolam illam oram
tuemur, ex qua olim Gothi, Vandali, Alani, Hunni pro:
ruperant in sumam rei Chriane perniciem, quorum omniu
multitudinem et ferocitatem longe exuperant Tartari. Quare
cum nos supperiis magis, quá calcaribus egeamus, plurimú
rogamus Sertem vram, vt quod animo et officio veri Catho:
lici Principis facit et pollicetur, non desit nobis, et Regno
Vngarie in tanta calamitate et discrimine constitutis, ali:
osq Principes Chrianos, vt idem faciant, cohortari dignetur.
quandoquidem comunis res agitur. Et perfractis nobis, quid
reliqua Regna, et naciones vtilitatis et solacii consequétur,
Sertas vrá vt Prudentissimus Princeps abunde cognoscere
potest. Cum autem ad modernam cladem Vngarie hoc etiá
mali accedat, vt aller in regem Coronatus, statum suum mo:
dis omnibus eciam si extrema tentanda essent, tueri velit,
aller illum extorbare, et regno illo potiri sumo conatu niti:
tur, nos qz hoc iter compendiosissimum esse ad interitum con:
siderantes, operam omnem facimus, vt hoc bellum adeo perni:
ciosum sisti et auerti posset, eciam atqz eciam rogamus Sertem
vram vt hoc studium et laborem nrm modis et mediis omni:
bus quibus potest adiuuet, nec minus adnitatur Sertas
vra, vt digladiantes inter se illos alios summates Principes,
in concordiam reducat, quorum alia ex aliis intestina bella
exitiali furore sine fine gliscentia totam rempublicam Chri:
stianam in perturbacionem et interitum deducunt. Comenda:
mus nos ex corde Serti Regnumqz Dominia, gentes et fa:

cultates omnes nr̃as, quas Sert̃i vr̃e ad omnem eius necessita:
tem offerimus Rogamusq; illam, vt nos eo amore, quem
testatur, prosequi non desinat, et quicquid de integerrimo fr̃e
et amico sibi persuadere potest, id omne cupimus de nobis sibi
semper persuadeat, dilectissime fr̃ nr̃ dn̄s deus seruet vr̃am
Sert̃em diutissime sospitem et semper foelicem. Dat

Sigismundus primus Rex Poloniæ Cardinali Eboracensi.

Rme in Chr̃o Pater et domine amice nobis charm̃e.
Cum esset apud nos Mgcus Joannes Vallopp magnus Mar:
schalcus Caleti, declarauit nobis et singularem in nos beni:
uolenciam Rme .D. vr̃e, et studium curamq; non medi:
ocrem de bono Statu rei Chriane ac defensione aduersus
infideles, quod nobis eo gratius fuit audire q̃ non igno:
ramus eandem .D. vr̃am Rmã, summa vt meretur,
cum apud inclytum istum Regem frem̃ nr̃m charm̃um, tũ
apud vniuersum regnum auctoritate prestare, et proinde
est quod illi gr̃as agamus non vulgares, nobisq; et ipsi rei
chriane afflicte, gratulemur, et spem aliquam salutis illi
pollicemur, Quo nos vicissim animo sumus et in Serm̃um
istum Regem fratrem et consanguineum nr̃m, et etiam
in vr̃am Rmam D., que item sit condicio et Status horũ
regnorum, que sola nunc totam infidelium molem sustinet
ita vt ferre iam diucius nequeant, declarabit rursus
item Mgcus Joannes Vallopp, Rogamus vr̃am .D. Rmã

dignetur suo consilio et fauore, adesse nobis et Regno Hun:
garie, vt iste Serm̄us fr̄ nr̄ cum reliquis summatibus Prin:
cipibus tandem ad iuuandum nos in extremo discrimine
constitutos permoueantur, hii enim qui post terga nr̄a de:
gunt, parum nobis spei de se prebent qui ipsi religionem
Christianam magis turbant, maioriq; ignominia affici:
unt, quàm vlli infideles, non intelligentes, quanta nobis
perfractis, calamitas in ipsos, et vniuersos alios dimanabit.
Commendamus ex animo nos et subditos nr̄os Gedanen
et alios, qui istic in regno Anglie negociantur D.ni vr̄e R.me
vti amico nostro singulari, Cui in rebus omnibus quibus
poterimus semper gratificari et nichil officii bone amici:
tie erga illam pretermittere volumus, dominus deus ser:
uet illam semper sospitem et felicem Dat. Cracouie etc

Annus Domini 1527

Sigismundus primus Rex Polonie

Consiliariis Regni Polonie primariis.

Comitia Regni indicuntur in annum 1527.

RNde in Chro pater, sincere nobis dilecte, Meminit vra Rtas, quomodo in generali Conuetu, anni preteriti, decretu fuit, q Jura et Statuta cmunia Regni, primu excuterentur, per Consiliarios à nobis designatos, et Nunchios terrarum, per Nobilitatem electos, Deinde vt Conuctus generalis, hac hyeme per nos statueretur, in quo, nihil aliud, nisi de corrigendis, et reformandis ipsis Statutis, ageretur, ac ea causa, Contributiones pro defensione, ad biennium esse institutas, Quod igitur ad Jura, et Statuta Regni attinet, id curauimus, vt sint, per Consiliarios, et Nunctios electos, hac æstate, diligenter expensa, vt videlicet, et quo pacto reformatione indigerent, Restat igitur, vt ad illa corrigenda et reformanda Conuentu agamus. Verum, quia euentus huius anni infelicissimus exigit, vt aliu defensionis modu, ac ordinem constituamus, opus est, vt no minus de ipsa defensione, q3 de Juribus reformandis, et quidem diligentius, q3 alias vnq3, consulatur, Jam em nouit vra Rtas, quantum damnu et iactura intulerint nobis hoc anno Thartari sub defensione in Conuentu preterito decreta, Nouit

etiã, vt Sermus olim dñs Ludouicus, Hungarie et Bohemie
Rex, Nepos nr desyderatissimus, cũ plurimis Prelatis, et
Proceribus, innumerisq3 Regnicolis, per Thurcos fusus et in-
teremptus sit, vt arces potissime occupate, et Regnũ ipsũ
Hungarie, miserabilr est deuastatũ, Et proinde cũ nrã
res agitur, ardente vicino pariete, et Thartarus alia ex
parte, nos indies magis conficit, ne futuro Vere, eadem, vel
maior calamitas, nos inuadat, Conuẽtũ generalem, nõ solũ
ad Jura reformanda, sed etiã ad consulendũ tantis discri-
minibus, que iam vndiq3 impendent, necessariò statu-
endũ duximus. Et fuit quidem institutũ nrũ, illũ
Pyotrcouie, in loco consueto agere, verũ, cũ pestilentia
illic circumcirca adeò sæuiat, vt indies magis augeri,
et serpere videatur, et tante mutationes, in hijs Regnis
vicinis, afferẽt varios tractatus, et negotia, ad commu-
nem vtilitatem ptinẽtia, que propinquitate nrã indigebũt.
habito consilio, cũ Consiliarijs, tam absentibus, q3 etiam
pñtibus, Conuentũ, ipsũ generalem, hic Craconie, pro
festo sanctorũ Triũ Regũ proximo, instituig, et indi-
cimus, Quem, particularis in Camyenyecz, feria sexta,
in Vigilia Conceptionis et cõmunis
terrestris, in Visliza, feria,
de more precedent, Hortaũrq3 vrã P, vt primũ ad Cõ-
ventũ particularem in Camyenyecz, et cõnem terrestrẽ
in Visliza, vbi de eligendis cũ plena facultate Nũctijs
opã faciet, demũ ad gñalez huc Craconiã, ad tps designatũ,
venire nõ negligat, nobiscũ vna, atq3 alijs Consiliarijs nris
pro fide, et prudentia sua, tã de oportuna defensiõe, q3 etiã
de corrigẽdis Statutis, cõsultura. Que bñ valeat. Datũ Crac,

Sigismundus primus Rex Poloniæ Minoribus Consiliariis.

GEnerose fidelis dilecte, quamuis in gnali Conuetu, anni preteriti, decretum fuerit, quod Jura, et Statuta comunia Regni, primum excuterentur, per Consiliarios per nobis designatos, et Nunctios terrarum per Nobilitatem electos, Deinde, vt Conuetus gnalis, hac hyeme per nos statueretur, In quo, nihil aliud, nisi de corrigendis, et reformandis ipsis Statutis ageretur. ac ea causa Contributiones pro defensione ad biennium erant institute; quia tamen euentus huius anni infoelicissimus exigit, vt alium modum defensionis, ac ordinem constituamus, et vt non minus de ipsa defensione, quam de Juribus reformandis, et quidem diligentius, quam alias vnquam consulamus, Conuentum gnalem Regni nri, non solum ad Jura reformanda, sed etiam ad consulendum tantis discriminibus, que iam vndique impendent, hic Cracouiæ, (cum pestilentia, circumquaque Pyotrconiam, sæuiat) pro festo sanctorum Trium Regum proximo, indicendum duximus, ac indicimus, Quem particularis in . N. feria et communis terrestris in . B. feria de more, precedent. Itaque hortamur tuam f. vt constituta prius, in ipso particulari Conuentu in N. et communi terrestri in B. demum ad generalem huc Cracouiam, pro tempore designato, venire non negligat, nobiscum, et cum alijs Consiliarijs nostris, et

Nunctijs terrarum, tam de oportuna defensione contra impe-
dentia pericula, quam etiam de corrigendis Statutis, consul-
tura. Pro offitio suo, et gratia nostra factura. Datum Crac

Sigismundus primus Rex Polonie Capitaneis Arcium in Regno Pol.

GEnerose fidelis dilecte, Indiximus Conuentum generalem Re-
gni, cum ad Iura reformanda, tum maxime ad consulendum
tantis discriminibus, que iam vndique Regno nostro impedent,
hic Cracouie, pro festo sanctorum trium Regum proximo. Que
particularis in Grodek, feria secunda proxima, ante fe-
stum sancte Lucie virginis, et comis terrestris in Visliza,
die sancte Lucie proximo, loco Noue Ciuitatis Corczin,
vbi pestilentia grassatur, de more, precedent. Itaque man-
damus tue S. vt istos Conuentus proclamari, ac publicari
faciat, in omnibus foris, et congregationibus populi, Ciui-
tatum, et Opidorum, Capitaneatus sui, litterasque nostras, quas
ad officiales, et nonnullos Nobiles scripsimus, ad eosdem
perferri, quam primum, et diligentissime faciat, sic, vt ad
omnes deferantur, Que autem superscriptione non habent,
eas, hys, quos insigniores norit, intitulatas transmittat.
Pro officio suo, et gratia nostra, non aliter factura. Datum
Cracouie, feria quarta proxima, post festum sancti
Martini. M.° D.° XXVI. Regni nostri XX°.

Legatio ad Conuentus prosseuicensem & Visliciensem

NVncius Regius, post dictam Mtis Regie gratiam, et oblatas lras, referet.

In Conuentu anni preteriti decretum fuisse, vt Jura, et Statuta Communia Regni, primum à principio, vsque ad finem dispicerentur, et excuterentur, et quod in eis videretur correctione, aut reformatione necessarium, illud corrigeretur, et reformaretur, idque per Consiliarios à Mte sua designatos, et Nunctios terrarum per Nobilitatem electos. Deinde vt Conuentus gnalis, hac hyeme, per Mtem suam statueretur, in quo, nihil aliud, nisi de corrigendis ipsis Juribus, et Statutis ageretur, ac ea causa Contribucoes pro defensione Regni, ad biennium esse institutas.

Quod igr ad Jura, et Statuta Regni attinet, curauit iam Mtas sua, q statuto tempore, et loco, hoc est, Piotrcouie, Aestate preterita, per eosdem Consiliarios et Nunctios electos, sunt expensa et reuisa, vbi, vcz, et quo pacto, et in quo, quodlibet caput, reformatione indigeret, Nihil em sua Mtas magis optat, nihilque aeque conatur, quam vt vnicuique, propta, et debita iusticia ministraretur.

Verum, quia euentus, huius anni infoelicissimus, exigit, vt aliis firmior, ac solidior defensionis modus, acordo

cōstituatur, opus est, vt nō minus de ipsa defensione, q̄z de Iuribus reformandis, et quidem diligentius, q̄z aliàs vnq̄z consulatur.

Iam em̄ D. vr̄e nouerunt, cum Mt̄as sua Regia, in longinquo, hoc est in terris Prußie ageret, et bonū statū earundem terrarū, qui tum summo periculo, proximus erat, componeret, et instauraret, quanta clades, et vastitas, sub tam leui defensione, in Conuentu prēterito decreta, in terrꝫ Rußie, per Thartaros est accepta, nempè, cedibus, incendiis, rapinis, omnia illic depopulata sunt, prēdaq̄z ingens hominū, et pecorū abducta,

Quam Cladem terrarū, et subditorū suorū, Mt̄as sua, vt pote clementißimus, et ꝓuidentissimus Princeps, q̄znis cū magno dolore suo tulerit, tamen propter subitā, et inopinatā hostiū incursionē, nequaq̄z propulsare potuit, eo, q̄ generalis Regni motio, priusq̄z hostes aduenißent, nō fuit indicta, quam Mt̄as sua semper, omni studio, vitauit, nolens subditos suos illa grauare. Si verò tūc primū, cum de incursione hostiū, per Exploratores cognitū est, motio ipsa indici debuißet, nequaq̄z efficax, et vtilis fuisset. Quid em̄ ex illa, et quē defensionis efficatia, consequi soleat, D. vr̄e optime norunt.

Eciā D. vr̄is nō est incognitū, quomodo Sēr̄mus dn̄us Ludouicus, Hungarie, et Bohemie ēt̄ Rex, Nepos Mt̄is suē chār̄mus, cum multis vtriusq̄z Status Prelatis, Baronibus, ac innumeris Regnicolis, à Thurcis, miserabilr̄ victus, profligatus, et cesus, interierit, Regnumq̄z eius

Hungarie, pro maiori parte afflictu, et deuastatu, imo vi hostili occupatu sit, castraqz principaliora, et oportuniora intercepta, Buda Sedes Regni, Peschtum simul, et alie Ciuitates multe et Vici, hostili igne, et gladio absumpte.

Quo quidem infoelicissimo euentu, no solu granissie dolet Mtas sua Chrianu Principem, et Nepotem suu charmu interiisse, Regnuqz eius Hungarie, tanta calamitate affectum esse, quam, ammisso Principe, ammisso exercitu, et magna parte procerum, et optimatu suoru, ammissis deniqz Arcibus plurimis, et terra depopulata, nuc accepit, Veru etia angitur, et sollicita est Mtas sua impense, qp intelligat, quanta ex hoc casu, primu his Regnis cotiguis, deinde toti Chriaitati, ruina, et periculu impedeat. Quodquidem periculu, quo vicinius est, eo magis est oibq in commune metuendum.

Et proinde, cu nra res agitur, paries cu proxius ardet, et Thartari alia ex parte, Regnu, et Dominia Mtis sue, indies magis conficiunt, cu quibus Mtas sua nihil habet constitutu, nihil firmatu, qui et nunc no longe à finibus terraru Russie degunt, easqz assiduis incursionibus fatigant, et diripiunt, et vt Exploratores Mtis sue nunctiat, etia sub granissima hyeme, stante gelu, et niuibus, sunt timendi, ne inopinate eade, vel maior calamitas Regnu inuadat, Mtas sua Conuetu gnalem, no solu ad Jura reformada, sed etia ad consulendum tantis discriminibus, que etiam vndiqz

impendent, necessario censuit indicendum esse.

Nouit enim Mtas sua Imperatoris Thurcorum institutum, vt per has regiones aditum sibi, ad reliqua Dominia et Regna omnia Chriana occupanda, paret, nouit potentiam et fortunam, illi nris peccatis, nraqz negligentia, et dissidiis intestinis, fauentem, nouit et perfidiam Thartari Precopen, qui rediens in gram cum Oslamsoltan fratre suo, nihil magis cogitat, nihil magis curat, et agit, qz vt Mti sue, et subditis eius, incommodare possit.

Non ignorat preterea sua Mtas Vayuode Moldauie, vniversos conatus, quid vczt in suam Mtem, et in subditos eius struat, quidue moliatur, qz fraudulenter, qz insidiose, terras sue Mti, sibi contiguas, innumeris damnis, calamitatibus, iniuriis, et incomoditatibus, clam, atqz etiam aperte afficiat.

Atqz ideo Mtas sua, considerat fore summe necessarium, Conuentum generalem, mutuumqz consilium, ac deliberationem, super predictis habendam, ne, quod Deus auertat, Regnum, et subditi sue Mtis, in extremum aliquod discrimen, et periculum incurrant.

Et fuit quidem Mtis sue institutum, Conuentum ipsum gnale Piotrconie, in loco consueto, iuxta decretum Conuentus preteriti agere, verum, cum intellexisset Mtas sua, no sine graui molestia sua, pestilentiam circumquaqz Piotrconiam adeo grassari, vt indies magis augeri et serpere, versus ipsam Piotrconiam videatur, nec dubium sit, quin, vbi Conventus illic celebraretur, subito ea labes, p vicinos

homines, illuc cōportaretur, quē res cederet non solum in perturbationem omniū rerū, sed etiā in discrimē vitē Mtis suē, ac oīuz tū Cōsiliariorū, q̄z aliorū qui illuc cōue-nirent.

Cū p̄terea Mtas sua aīaduertat, et in aīo suo reuoluat, mu-tatiōez in Regnis Hūgariē, et Bohēiē, et vicinis Prouincijs, ob miserabilem interitū Ser^mi et desyderatißimi Nepotis sui, dn̄i Regis Ludouici factā esse, cum quibus Regnis, et Prouincijs, multa, et maximi momēti negotia, ad com-munem vtilitatem pertinētia, sunt tractanda, quē, pro pinquitate Mtis suē indigebunt, habito consilio cū Cō-siliarijs, tam absentibus q̄z etiā p̄ntibus, Conuentū ipsū generalem Craconiē, pro die festo sanctorum Triū Regū, instituit, et indixit,

Hortaturq̄z vr̄as D. Mtas sua, vt sepositis turbis, et sedi-tionibus intestinis, et pernitiosißimis, inter se colloquan-tur, tam de defensione Regni, melius ordinanda, qua Mtas sua, debite ~~restituere~~ resistere posset suis hostibus, q̄z etiā de reformādis et corrigen̄ Statutis, vtq̄z ad cōsulendū et Statuēd̄ de oībꝫ supradictis, ad eundem gn̄alem Con-ventū Craconiā, Nūctios, viros bonos, graues, et pru-dentes, cū plenißima facultate, eligāt, et mittāt, qui, vna cū Mte sua, vniuersoq̄z Senatu, id statuere, cōsulere, et ordinare sciant, et possint, quod ad seruandā in tan-tis discrimībꝫ Patriā, religionem, templa, vitā, vxores, liberos, libertatemq̄z, p̄tinere videbitur. Nisi enim vnanimi voto, et sententia, sepositisq̄z oībus priuatis, affectionibus, et odijs, quē nocuerunt semp̄, et nocet

omnibus Rebus publicis, de firma, ac solida defensione, nunc consultum, et statutum fuerit, verendum est, ne hec tempestas, quae Regnum hungariae florentissimum, et opulentissimum, nuper subito afflixit, breui ad Regnum et Dominia Mtis suae, et alia Regna Christiana perueniat.

Mtas aut sua, diligenter prouidebit, ne quid incommoditatis, tam dni Consiliarii, quam etiam terrarum Nuntii, Craconiam, ad gnalem Conuentum venturi, in hospitijs, aut rebus alijs habeant, hocque illorum obsequium, omnimoda gratia sua illis referre curabit.

Sigismundus I. Rex Poloniæ Joanni Laski Archiepo Gnesnensi

Rme in Chro pater, sincere nobis dilecte, Cu et iustis rationibus, et de consilio ta vre pctis, qz aliorum Consiliariorum, quos ante requisiuimus, Conuentu generale, hic Cracoviæ indiximus, ad eumqz cu alii Regnicolæ, tum et Nobilitas Maioris Poloniæ consensit, no videtur nobis necessariu, neqz satis dignu, rem hanc, ita p nos constituta, et vniuerso Regno declarata, denuo, cu ia reliqui Consiliarii, et terrarum Nunctii, huc conueniet, in dubiu, et disputatione Conuetus Coleu, permittere, et illinc, tanqz ex oraculo, totius Regni, diffinitione eius expectare, Et fuit quidem Conuetus ipse Colen satis de more, vt cæteri particulares Conuetus pmulgatus, neqz in ea re, à nobis, aut Cancellaria nra, quicqz est omissu, sed q pauci illuc conuenerit, neqz miru est, neqz nouu, Idem accidere solet in Conuetu Noue Ciuitatis, quod tamen ante, nihil Conuetui generali officiebat, Et si omnes Conuetus, ad quos non omnes qui debent conueniunt iterare deberemus, nihil nos nisi Conuetus agere oporteret, vt vix hoc modo aliquis legittimus contingeret. Vt aut. alia omia, hmoi superfluas moras, et rones paterentur, tempus tame tam angustu, consulendis tot difficultatibus, et discrimibus Regni, nequaqz patitur, Imo Thartarum in campis nris degentibus, cogimur etiam nunc,

assiduè, insultum ipsorum formidare. Quapropter hortamur vrām Prtem, vt posthabitis extrauagantibus causis, et rationibus, huc ad Conuentum gnalem Cracouien, pro die designato, venire nō negligat, vbi de corrigendis, interpretandisq3 Iuribus, et de oportuna defensione, ac qcqd aliud pro bono, et tranquillo Statu Regni nri, necessarium esse videbitur, ita liberè, sicut Piotrcouie, disserere et consulere poterit. Quē bene valeat. Datum

Sigismundus primus Rex Poloniē Palat° et septem Castellanis Ducatus Mazouiē.

MAgce sincere nobis dilecte, Non est incognitum tuē Sti. quantas, populationes, vastationes, cedes, incendia, et rapinas fecerint æstate preterita Thartari, anniuersarii ac continui hostes nri, in terris nris Russiē, quantam item calamitatem, et iacturam æstate præterita, acceperit à Thurcis Regnum hungariē florentissimum quondam, ac opulentissimum, ammisso Principe, Sermo ac desyderatissimo Nepote nro, dno Rege Ludouico, amisso exercitu, et magna parte Procerum et optimatum suorum, ammissis deniq3 arcibus plurimis, et terra depopulata, Hec et alia Regno et Dnijs nris, impendentia pericula, reuoluētes in aio nro, et rem nram agi cernentes, paries dum proximus ardet, timentesq3 ne pximo Vere, aliquis nos hostis imparatos aggrediatur, statuimus generalem Conuentum Regni nri,

hic Cracouie, pro festo sanctorum Trium Regum proxmo. In quo, vt omnia, que ad validiorem, solidioremq3, et expeditiorem promissionem, eiusdem Regni mei, et bonum Statum istius Ducatus mei Mazouie, attinent, melius perpendi possint, indiximus etiam, et indicimus Cō, ventum eiusdem Ducatus mei Masouie, in Ciuitate nostra Varschouiew, pro feria secūda proxima, ante festum sancti Thome Apostoli, Hortamurq3, et mandamus tue St, vt constituta prius in eode Cō, ventu Varscheniensi, et de rebus necessariis in eo, et hijs, que per Nuncium nostrum proponentur, diligēti consilio habito, demum huc, ad generalem Regni, veniat. Pro debito suo, et gratia mea factura, Da, tum Cracouie Sabbato proxmo, ante festu san, cte Elizabeth. M°. D. XXvj°. Regni mei, anno, xx°

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni de Lusianis Palat° Culmensi
Capit° Radzinensi

MAgce sincere nobis dilecte, Non est incognitu tue Sta, quantas, preterita Aestate, quo fere tempore nos, isthic in Prussia fuimus, fecerint populationes, vastationes, et incendia, in terris Russie hostes mei Thartari, à quibꝫ adeò iam nihil, tutu, securuꝫ esse potest, quia, quod proxime fecerunt, facere iam tandem eos sæpius opoz', tet, instinctu, iussuꝫ Cæsaris Thurcoru, hominis, tot, tantisqꝫ fortune successibus exultabundi, fretiqꝫ cum opibus, tum copiis, qui, quod eiaꝫ non nesit tua S, nuperime illud celebratissimu olim, pariter opulen', tissimu Hungarioru Regnu, tanta clade subito affe', cit, vt ipsu Serenu dum Ludoicu, Hungarie, et Bo', hemie Regem, Nepotem nostru desideratissimu, cu multis, vna tam spualibus, qꝫ Secularibus, Prelatis, Procerib9, et optimatibus, pariter, et cu innumera suoru Regni', colaru multitudine, ad interitionem omnino pro', stranit, ne dixerimus obtrinit, Postremo ibidem, plu', rimis, Ciuitatibus, Opidis, Arcibus, partim possessis, partim, aut demolitis, aut igne absumptis, ipsu qꝫ Regnu, vsqꝫ adeò calamitosu reddidit, vt lacerum direptumqꝫ, reliquerit, Cuius nos animu expedetes, nihil ambigimus, quin, si vnqꝫ, nunc nuc post eam victoriam, futuru eum certe confidentissimum,

subuerentesq3, ne prosequi pergat sua fortuna, in animq3
inducat, Regnu subinde nostru adoriri, hinc ipse, illinc
per Thartaros, sibi obsequentissimos, negotia nobis facessēs,
atq3 exhibens, Na fama est, eosdem ipsos Thartaros,
hac aduentante hyeme, omnino in nr̄a Dn̄ia, incursio-
nem moliri, ac adornare. Itaq3 nos de hys, tot et tātis,
nobiscu ratiocinantes, atq3 in primis rem nr̄a agi cer-
nentes, paries dum proximus ardet, et precipue, ne pro-
ximo Vere, aliquis hostis, nos imparatos aggrediatur,
statuimus generalem Conuentu Regni nr̄i, hic in Cra-
couia, pro festo proximo sanctorum Triu Regum,
id est, ad diem sacru Epiphanie Domini, desyderio
(: Deo bene iuuante :) faciendi tandem aliquam vali-
diorem, solidioremq3, ac expeditiorem prouisionē Statui,
et securitati Regni nr̄i, deniq3 et inuenturi aliqua
rationem, conseruande, tam nr̄e, q̄3 subditoru, ac vni-
versi Regni, pacis, et incolumitatis. In quoquidē Cō-
ventu Regni nr̄i, vt, omnia melius, que ad Statum
istaru terraru Prussie attinent, perpendi possint,
indiximus etia, et indicimus p̄ntibus, Conuentu, ea-
rundem terraru, in Ciuitate nr̄a Thorunensi, pro
die sancte Lucie proximo, Hortamurq3 tua S̄tem,
vt constituta prius, in eodem Conuentu Thorunen̄.
et de rebus necessarys in eo, et hys, que per Nun-
ctiu nostru proponentur, diligenti consilio habito,
deniu huc ad gn̄alem Regni veniat, pro debito suo,
et gratia nr̄a.

Vt aūt Communis Nobilitas non ignoret ea, que

in prędicto Conuentu Thorunensi, proponentur, et age-
tur, volumus, et mandamus tue Sth, vt ante eundem
Conuentu Thorunen, statuat, ac indicat suis. lris, Co-
ventu particularem, in aliquo loco, Palatinatus sui,
vt in eo Nuncii, ad ipsu Conuentu Thorunen, eliga-
tur, et mittantur. Et bene valeat, Datu Craco-
vie, feria sexta proxima post festu, sancti martini.
Anno Dni Mo. D. xxvjo. Regni mri, anno xxo.

Legatio ad Conuentum Prussie Torunii actum, a Sigismundo rege missa

Imprimis Nunctius Regius in Conuentu Thorunen, hec aget, Dicet gratiam Mtis sue vniuersis ordinibus. Deinde post oblatas lras referet.

Non est incognitum D. vris, quomodo sub id tempus, quo Regia Mtas, ordinandis, et componendis, terre huius Prussie, rebus, intendebat, Thartari perpetui Mtis sue hostes, cum numerosissimo exercitu, incursione facta, terras Russie sue Mti subiectas, longe, lateq3 depopulati sunt, predamq3 ingentem abduxerunt, Quomo etiam vno eodemq3 tempore Thurcorum Imperator, cum validissimis copijs, maximoq3 belli apparatu, Regnum Hungarie potentissimum, et ditissimum ingressus, arcibus nobilissimis, firmissimisq3, atq3 oportunis, vi potitus, tandem collatis signis, Sermum dnm Ludouicum, Hungarie ac Bohemie Regem, exercitumq3 eius fuderit, prostrauerit, et deleuerit, quo in bello, idem Sermus Rex Ludouicus, nepos sue Mtis desyderatissimus, cum maxima parte Procerum, et optimatum Regni sui Hungarie, Status vtriusq3, cecidit, et interijt.

Quibus rebus, effectum est, vt Thartari ipsi, et modo nihil aliud agant, moliantur q3, q3 vt terras, et Dominia sue Mtis, in perpetuam vastitate, solitudinemq3,

redigant, et Thurcus ipse, tot successibus et victoriis elatus, orbem terrarum sibi subigendum destinamit, neqz Regno Hungarie contentus, cum finitimis gentibus, atqz ita, et Dnys sue Mtis, perniciem, interitumqz, (quod omen Deus auertat) minatur.

Hys, et similibus causis Regia Mtas permota, tanqz optimus et prouidentissimus Princeps, Conuentum generalem locum Regni sui, ad festum Epiphanie dni proximum, Cracouie habendum indixit.

Sed quo D. vre, parationes, instructiores qz ad eundem Conuentum venirent, et salubriora consilia, de locum rei christiane, et omnium terrarum sue Mtis, tum precipue istarum terrarum Prussie, dare possent, sua Mtas etiam hic Thorunii, Conuentu, a vris D. haberi voluit, in quo mutua et concordi deliberatione inter se habita, totqz vrgentibus rebus perpensis, quid potissimum agendum sit, et quibusnam remediis utendum, quo pacto, tot, tantisqz impendentibus periculis obuiandum, in commune consulere possint.

Meminit preterea sua Mtas, dum proxime hic agebat, quomodo vniuersa Nobilitas, a sua Mte, magnis precibus optabat, vt Jus Culmense, quo terre iste Prussie vtuntur et diriguntur, conscriberetur, In eaqz forma redigeretur, quo vniuersi earundem terrarum Incole, noticiam illius habere possent, Itaqz sua Mtas vult, vt D. vre, ia modo committere velint, auctoritate Mtis sue Doctoribus Jurium, quibus hec

prouintia, demandata est, vt tandem rem, eiusdē Iuris Culmēsis conscribendi aggrederentur, et de pro-visione, vnde, et de quibus peccuniis, eis dari debeat, deliberent et constituant, et ad suā mtem referāt quē dignabitur, curē, et laboris eorundem Doctorū, et Iuris peritorū, benignā habere rationem.

Monetā cudere hic in Prußia, etiā mtas sua de cōsilio vrarū D. cōstituit, talem, qualis monetē Polonicē, in valore responderet, Sed quia Illmus dns Dux Prußiē, dū, cum eo, de ratione monetē cudendē ageretur, cupi-vit sibi concedi dilationem ad festū sancti Martini, quo sup ea re, cū suis subditis conferret, nec tamen hactenus quicqz de ea re significauit, sua mtas Re-gia etiam vult, in eodem monetario negotio à vrs D. interim consuli, et deliberari, quid sit faciendū; Et si vlterius deliberatio dni Ducis in Prussia ex-pectanda,

Preterea, pvenit ad notitiā suē mtis, Ciuitatem istam Thorunen, in magna sui parte, Lutherana hæresi in-fectā esse, Ideo mandat vris D. mtas sua, vt secūdū quod, et Gdani, et Elbingi, in causa religiōis cōstitutū est, id etiā Thorunii pficiant, et obfirment, ne Ciui-tas ipsa, nouis doctrinis, et ritibus se accōmodet, qn vetustū ritū Ecclcū, à sanctis Patribꝫ iā olim insti-tutū, et p tot secula à maioribus eorum religio-sißime obseruatum, seruent, et inuiolabiliter retineant.

ordinaº hec est supra anno 1526. folio.

Magratum preterea Ciuitatis Thorunen, qui propter tumultuantem Plebem, fere exauctoratus est vult, et iubet Mtas sua, vt primo splendori, et auctoritati vre D. restituat, et Plebi Conuenticula (que ipsi per sagittandi occasionem, in Sagittario hortu habere solent) ne habere liceat, semel duntaxat in anno, hoc est ad festu Penthecostes, dum auis, balistis petitur, strictissime, et sæuerissime prohibeant, aliaqz omnia ordinent, et constituant vre D, que ad dignitatem Mtis sue, simul et ad bonu, tranqllumqz Statu eiusdem Ciuitatis, et Ciuiu vnionem ac cocordiam, ptinere putabunt.

Franciscus Estche, Ciuis Thorunen, propter fama xtutis, et pbitatis, Regie Mti, no vulgariter est comendatus, Iubet igr sua Mtas, vt eu vre D, in pristinu Statu suu, hoc est, ad Sedem, et locu Procosularem, et ordine Senatoriu, auctoritate sue Mtis reponant, et restituat,

Cæteru, si Galzewski, nondu satisfecit, sorori famati Conradi Hithfelth, Proconsulis Thorunen, pro iniuria, qua ei, in eius domo propria intulit, vult Mtas sua, vt illu cogant vre D. quo illi satisfaciat, eamqz saltem precibus sibi reconciliet,

Idem Galzewski, qa se temere ingerit, in bona pueroru, bone memorie, Ioanis de Ponte, comittit Mtas sua, vrs D., vt illu, et similr nobilem Volski pbibeat, noie et aucte Mtis sue, ne ad eadem bona gubernada, se quoquo modo intromittere audeant, sub graui indignatione Mtis sue.

Mandata a Ser^mo Dño Sigismundo Rege Polonie: solis Proconsulibus Gdanensibus: per Castellanũ Gdanen̄ exposita

Sæpenumero refertur ad Regiam Mtem̄, nimia asperitas, vehemētiaq; vr̄a, dñi Procōsules, qua, reliquos Cives, populũ, et Plebem Gdanen̄, grauare, eamq;, licet immerita, vbis atrocibus, et minime Ciuilibus territare dicimini,

Inuita hēc de vobis audit M̄tas sua, clemētissimus dñs nr̄, multo em̄ libentius concordiam, et pacem inter vos, q̄ odiũ, et simultates, audire vellet, sed cũ intelligat Plebem vrbanam, de supradictis conqueri, facile intelligit concordiam, et amorem, inter vos non esse.

Ne itaq; occulta odia, et simultates, inter vos, et Plebē, latius serpant, et radices agant, mandat sua M̄tas, vt vos, ab illa ipsa, de qua criminamini, austeritate, et inclementioribus verbis, erga immeritos, cōtineatis.

Defertur prēterea ad suam M̄tem, multa noua, à Senatu, in damnũ Ciuiũ, reliqueq; Plebis exoriri, idq; fieri prætextu Priuilegiorũ, quibus Senatui Constitutiones, et ordinationes, de consilio prudentiorum facere licet, nō placuit suē M̄ti, nec fieri vult, vt à modo quicq; nouetur, quo victus ratio, ipsi plebi imminui deberet, sine scitu, et permissu suē M̄tis.

Priuilegia nihilominus et ordinationes, si in bonum tendunt, secundum modernam conditionem Ciuitatis, nõ vult seponi sua Mtas, aut illis in aliquo derogari, modo, ne ad superfluas ordinationes Senatus acceleret, tales presertim, que Constitutionibus, recens à sua Mte sancitis, contraueniant.

Accepit insuper sua Mtas, nõnullos, qui ad intercessiõem Consiliariorum Regni, in officia Ciuitatis euecti sunt, rursus pmutandos fore, vnde nõ aliud nisi exacerbatio, animorum consequeretur, Est itaqz super hoc velle sue Mtis, vt dicta officia, ad vlterius tempus, in suis locis manere pmittantur,

Prefecti Militaris presidii, quod, abiens istinc Mtas sua, reliquerat, petierunt à Mte sua missionem, et ab tali Prefectura vacationem. Qua de re, cum vos, Mti sue, per lras vras, nihil significastis, sine scitu vro nihil constituere voluit Mtas sua, Dignum tamen ei visum est, vt meritorum eorum, et sumptuum, à vobis ratio habeatur, presertim cum in huc vsum, Cõtributio, de tota Ciuitate ista, cum voluntate Mtis sue, constituta, fuerit, nec dubitat Mtas sua, quin erga eos, vos, ita geretis, quemadmodum ipsi de vobis meriti sunt.

In summa, serio imperat Mtas sua, vt cum vniuerso populo, et plebe Gdanensi, inuicem diligatis, ne qcqz noui, in detrimẽtum cõmune, nouetis et instituatis. Vetus odium ex cordibus vris abiciatis, Et qbus nos

pepercimus, et delicta condonauimus, ne ea deinceps illis commemoretis, vel renouetis, sub gratia Regie nris.

Singulariter vobis dne Philippe Bisschow, vt pote Burgrabio huius Vrbis, sua ntas mandat et committit, vt omnibg rebus ita intendatis, quatenus Gdanen vrbs, in amore, et concordia Ciuili contineatur,

Imperat insuper sua ntas, ne in reddendo Ciuibus veris Iure, negligentes vel arrogantes sitis, quin eos benignis verbis, et mera iustiia absoluatis, plusq3 valeat apud vos, in tractandis Conciuiu vestroru rebus et causis, prudentia et modestia, q3 asperitas, et odiu, Hoc à vobis sua ntas fieri vult secretius, et serioſius.

Populus Gdanensis, dicitur aduenas, qui frumeta ex Regno ntis sue isthuc deuehunt, occlusione portus granare, Cui tame rei, ntas sua, ex quo illa, de ea re certiorem no feristis, minime fidem habet. Sed sue ita fuerit, sue non, scialis nti sue vehemeter displicere, si quicq3 contra ordinationes suas, quas vobis reliquit, et quas obseruari à vobis, in omnibus earu punctis, et articulis, vult, et precipit, à quibuscumq3 attentari deberet,

Non potest etia no improbare ntas sua, q plerasq3 mandata sua, que ad vos dat, non adimpletis. Vult igitur, vt in futuru tempus, omnia mandata castigatis igitur sua, obseruentur à vobis, ne eis contemptis, vetus ludus iteru inchoetur.

Videte preterea, vt debite, et sine negligentia contributioz

que Ciza vocatur, Mti sue decreta, exigatis, et exigi fa-
ciatis, Pro fide vra, et gratia Mtis sue, hec omnia supra
dicta factur.

VSigismundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ, Prussiæ, Masouiæq;, &c. Dominus & hæres.

Vniuersis & singulis Ecclesiasticis & secularibus Consiliarijs Regni nostri, cæteriscq; subditis nostris tam terrestribus q̃ Ciuitatum & oppidorum honoribus & officijs insignitis, ad quorum notitiam præsentes literæ nostræ peruenerint & præsertim in Palatinatu & districtibus eius consistẽtibus, sincere & fidelibus dilectis salutem & gratiam Regiam. Reuerendissimi ac Reuereñ in Christo patres ac Magnifici Generosi Nobiles famati & prouidi, sincere & fideles dilecti. Cum Regnum nostrum adeo ualide & continue ab incursionibus Thartarorum infestetur, ut necesse sit uel conducto milite, uel generali belli expeditiõe illos reprimere, perpendeñ nos una cum Consiliarijs, & terrarum Nunctijs in hoc generali Conuentu Cracouieñ. generalem belli expeditionem, neq; tempestiuam, neq; diuturnam fieri posse, plusq; damno esse uniuerso Regno, q̃ defensionis aut utilitatis alicuius. Ad cõducendũ militem & præsidia Regni quæ maiora fieri posse uidebãtur, infrascriptas Contributiones omniũ Cõsilio & cõsensu cõstituimus & decreuimus.

In primis ex triginta mansis seu Laneis agrorum, contribuentur decemocto floreni in moneta per triginta grossos computati secũdum antiquas quittantias, quos soluet dominus hæreditarius seu tenutarius & possessor tam spiritu alis q̃ secularis, & Colonus, soluendo uidelicet de quolibet Laneo decemocto grossos, quorum medietatem hoc est nouem grossos soluet dominus et possessor uillæ, alterã uero medietatem, hoc est alios nouem grossos ipse Colonus, ad duas temporis rathas infrascriptas, hoc est duodecim grossos pro Dominica Iudica proxima. Ita q; omnes soluãt & contribuant incipiendo a Dominica Iudica, usq; ad festum Paschæ, sub pœna dupli, quæ exigi debet ab omnibus negligentibus, aut soluere non curãtibus, mox post festum Paschæ, sex uero grossos reliquos pro festo Natiuitatis sanctæ Mariæ. Ea autem solutio a nobis, ac primis statibus ac ordinibus Regni nostri spiritualibus & secularibus fieri & incipi debet.

In quibus autem Villis obligati sunt census perpetui seu in uim reemptionis alias na widerkoff. Is qui percipit eiusmodi censum siue spiritualis siue secularis, soluet a qualibet Marca eiusdem census sex grossos, quos illi dominis &

320

possessor uillæ defalcabit, quando ei Censum debitum soluet, & ipse solus, nè defensio reipublicæ negligatur, soluet ut supra dictum est, cum suo Colono de quolibet Laneo secundum antiquas quittantias decemocto grossos.

Item Domini Spirituales & seculares habeñ Census nudos, qui non includuntur in proprietate Laneorum, ut ex Censibus quibuscumq; annuis Ciuitatum & oppidorum, ex Theloneis, Zuppis, Exactione Poradlne, Pontalibus, Aggeralibus, Nauigñs, Albatorñs, quæ uulgo Blechi uocatur, Molendinis pecuniarñs, quæ non soluunt mensuram in grano, sed censum annuum in numerata pecunia soluunt. Ex officinis minerarñs, & similiter ex officinis Vitrearñs, quæ Hutti uocantur alias ex censu ollarum qui domino soluitur. Item ex uillis desertis seu etiam nõ desertis, quarũ agri sub certa pensione annua locantur, seu arendantur, & alñs id genus prouentibus pecuniarñs dabunt & soluent ab octoginta Marcis eiusmodi censuum & prouentuũ, decem octo florenos in moneta per triginta grossos computatos. Et qui non habuerint integras octoginta Marcas, ex huiusmodi censu pecuniario, soluent iuxta quantitatem summæ iustam partem decem octo florenorum, hoc est a qualibet Marca usuali sex grossos cum medio, quatuor denarios cum medio. Medietas autem a prædictis Censibus nudis solui debet pro Dominica Iudica proxima. Alia medietas pro festo Natiuitatis beatæ Mariæ.

Item Domini Spirituales & seculares, ac etiam Aduocati, qui habent census pecuniarios nudos, ex domibus quæ sunt in Ciuitatibus sub locatiõe seu arenda, ex balneis, ex opificibus Picis & Cinerum, Thabernis, Cerdonibus, Pistoribus, Mercatoribus, Lanñs seu Carnificibus, Institis, Sutoribus. Alias ex omnibus prouentibus pecuniarñs, qui aliunde q̃ ex Laneis illis obueniunt, soluẽt similiter ab octoginta Marcis pecuniarum decemocto florenos in moneta, ad rathas temporum suprascriptas, hoc est medietatem pro Dominica Iudica proxima. Aliam medietatem pro festo Natiuitatis beatæ Mariæ.

Palatini, Castellani, dignitarñ, Succamerarñ, Burgrabñ Castrorum, Tribuni & alñ omnes Officiales, prouentus pecuniarios quoscumq; & qualescumq; in Zuppis, Theloneis, uel aliubi habentes, soluent etiam ab octoginta Marcis pecuniarum decemocto florenos in moneta ad rathas temporum supradictas.

Item Venatores, Cuſtodes equirearum noſtrarum Regiarum, & ſerui dominorum poſſeſſiones & prouentus aliquos habeñ. & neq; ciuilem, neq; aliam quamcunq; Contributionem ſolueñ. ſoluent de quolibet Laneo duodecim groſſos. Qui uero non habent integros Laneos, ſecundum quantitatem Lanei contribuent, de medio uidelicet Laneo ſex groſſos, de quarta parte Lanei tres groſſos. &c.

Item Villæ noſtræ Regiæ, & dominorum ſecularium Caſtris ſeruientes & cenſum non ſoluentes, ſoluent uigore præſentis conſtitutionis de quolibet Laneo nouem groſſos, non obſtante eo, q; antea publicas Contributiones ſoluere non ſolebant.

Item Burgrabij terreſtres, & Exactores, qui quodam abuſu, publicas Contributiones, pro Regni defenſione decretas, de bonis ſuis non ſoluebant, contribuere debent de omnibus bonis ſuis, ac etiã de prouentibus pecuniarijs quos habent, modo & ordine ſupraſcripto, quemadmodum alij contribuent.

Item Sculteti & Aduocati liberi Villarum, non habentes Cenſus, duntaxat Laneos colẽtes, ſoluent de ſuis Laneis per unum fertonem. Aduocati uero colonos ſeu Kmetones habeñ. ita ut alij domini cum ſuis Colonis, ad rathas ſupradictas contribuent, uidelicet de quolibet Laneo decem octo groſſos, quorum medietatem hoc eſt nouem groſſos ſoluet aduocatus, aliam medietatem hoc eſt alios nouẽ groſſos, q; ſq; eius Colon⁹ ſeu Kmetho, p; ſoluet et cõtribuet.

Item Nobiles Pauperes Colonos & Cenſus nõ habeñ, de quolibet Laneo culto ſoluent duodecim groſſos. Qui uero non colunt ſoli agros, nec Colonos in eis habent, ſed locant pro cenſu pecuniario ipſos agros ſuos, ſoluent ab octoginta Marcis pecuniarum decemocto florenos, ita, ut a Cenſibus nudis pecuniarijs alij omnes contribuent. Illi uero Nobiles, qui non habent Laneos, ſed prædia, computatis eiuſmodi eorum predijs in Laneos, ſoluẽt de quolibet Laneo, duodecim groſſos. De medio Laneo ſex groſſos, de quarta parte Lanei tres groſſos. Et reliquum de quantitate Laneorum. Vbi autem duo, tres, aut quatuor pauperes Nobiles unum Laneum colunt, ſoluent omnes ſimul de huiuſmodi uno Laneo duodecim groſſos, alias quiſq; illorum ſoluet, ſecundum quantitatem agri & portionis Lanei. Medietatem uidelicet pro Dominica Iudica proxima. Aliam medietatem pro feſto Natiuitatis beatæ Mariæ.

Item Ciuitates & oppida tam noſtra Regia, q̃ ſubditorum noſtrorum ſpiri/tualium & ſecularium in toto Regno noſtro. Exactionem ciuilẽ, quam Schoſſ uocant, unam cum media, iuxta antiquas quitantias ſoluent & contribuent, Quæ quidem exactio Ciuilis integra ſolui debet per eaſdem Ciuitates & op/pida pro Dominica Iudica proxima, medietas uero eiuſdem exactionis ciui/lis, contribuetur pro feſto Natiuitatis Sanctæ Mariæ proxime futuro.

Quæ autem Ciuitates & oppida libertatem habent a ciuili exactione, & ni/hiliominus de agris quos colunt, ſoluunt cenſus dominis ſuis, de ñſdem agris ſoluent a quolibet Laneo duodecim groſſos. Vbi uero dominis ſuis cenſum non ſoluunt, nihil contribuent de ñſdem agris. Idem de uillis uaſtatis, exu/ſtis, & libertatem habentibus, quæ non ſoluunt cenſus dominis ſuis, eſt intel/ligendum. Ita ꝙ Incolæ huiuſmodi uillarum liberi ſint & eſſe debeant, a ſolu/tione contributionis in præſenti Conuentu inſtitutæ.

Item Inquilini in Ciuitatibus & Villis exiſtentes, qui neq; exactionem ciuilẽ, neq; de Laneis ſoluunt. Et ſimiliter Piſcatores circa fluuios aut alias aquas re/ſidentes, qui nullos agros habẽt. Item Ruſtici ſeptimanatim laborañ. in quo/cumq; loco fuerint ſoluent per ſex groſſos, pro ratha utraq;. Exceptis Viduis pauperibus & Hortulanis, ac familia artificum.

Item Contributio Ceruiſiæ, Vini, Medonis, Malmatici, Muſcatelli, Czopo/ue dicta, in ñſdem Ciuitatibus & oppidis ac etiam Tabernis Villarum, tam noſtris q̃ ſubditorum noſtrorum ſpiritualium & ſecularium incipiendo a fe/ſto Anunctiationis beatæ Mariæ proxime uenturo, ad integrum annũ, a ſin/gulis Ceruiſiæ coctoribus more ſolito ſolui debet, ex quibuſcũq; braſeis fue/rit eadẽ Ceruiſia cocta, ſiue braſea ipſa ſint ciuium & dominorum ex molen/dinis prouenientia & emenſurata, ſiue domi facta.

Item etiam a Ceruiſia, quam Domini & Nobiles ex Braſeis ſuis coquunt ſeu braxant, & illam dant ad propinandum ſuis tabernatoribus, ab eadem Cer/uiſia exactionem ducillorum ipſi Domini ſoluant. Ac etiam de Ceruiſia ex/terna, quæ de externis regionibus & ducatibus, nobis, & Regno noſtro, non ſubiectis, ad Regnum noſtrum ducitur, ut Swidniceñ. Theſſneñ. Bernouieñ. & alia quacumq;, Contributio ipſa Czopoue ſoluatur. Qui uero nobiles ſub/diti noſtri, pro ſua domeſtica neceſſitate & uſu proprio coqui faciunt Cerui/

ſiam in Ciuitatibus & oppidis contributionem Czopoue ab illa non ſoluent. Si autem illã ad propinandum ſuis aut alienis Tabernatoribus dederint ſoluere ab illa contributionem ipſam Czopoue tenebuntur.

Item Tabernatores Manuales, qui aduectitiam propinant Ceruiſiam, ſex groſſos hoc anno ſoluent. Tres groſſos pro prima ratha, & pro ultima tres groſſos ſoluant.

Item Molendina omnium Villarum tam noſtratum, q̃ ſubditorum noſtrorũ, ſpiritualium & ſecularium, quæ Poyſrzebne uocantur, manuales ſeu anniuerſarios Molendinatores habentia, ex ſingulis rotis ſex groſſos ſoluent.

Hæreditarij uero Molendinatores dictarum uillarum. Et ſoluſſche, ex ſingulis rotis Molendinorum ſuorum quæ walne dicuntur, duodecim groſſos perſoluent, ad rathas temporum ſupra dictas, uidelicet groſſos ſex pro prima, & alios ſex groſſos pro ultima rathis.

Item Molendina braſealia & hæreditaria aquatica & equeſtria in oñibus Ciuitatibus & oppidis more ueteri taxata, & ſecundum antiquas quittantias, Contributionem unam cum media, quæ Schoſſ dicitur, a qualibet Marca taxæ duos groſſos perſoluent, pro Dominica uidelicet Iudica proxima integrã Contributionem Schoſſ, mediam uero pro feſto Natiuitatis ſanctæ Mariæ.

Et ſimiliter illa Molendina quorum tertias menſuras Tenutarij bonorum noſtrorum Regiorum exemerunt, & illas a ſe emptas, ſeu in ſummis pecuniarum obligatas tenent, ſoluent Contributionem quæ Schoſſ dicitur, ſicut reliqua omnia Molendina in Regno, ſeu illorum Molẽdinatores eam ſoluere ſolent, Cõtraria conſuetudine, quæ corruptela potius dici debet, penitus nõ obſtãte.

Minerariæ uero officinæ, alias Ferrũ facieñ. Et ſerræ hæreditariæ, ex ſingulis rotis, duodecim groſſos. Annales autẽ officinæ minerariæ & ſimiliter Annales Serræ, hoc eſt locatæ ſeu conducticiæ, a qualibet rota, ſex groſſos ſoluent.

Item Molendina uentilia hæreditaria, duodecim groſſos. Illa uero Molendina uentilia, quæ anniuerſarios Molendinatores habent, ſex groſſos ſoluent,

ad rhatas temporum ſupra dictas, hoc eſt medietatem pro Dominica Iudica proxima. Et aliam medietatem pro feſto Natiuitatis ſanctæ Mariæ.
Item Sacerdotes Rutheni qui Popones uocantur, ex ſingulis Eccleſijs & Sinagogis mediam ſexagenam groſſorum.

Protopopones uero alias Namyeſtnyczi, per duos florenos in moneta ſoluãt.

Item Epiſcopi Rutheni, qui Wladice dicuntur, de cenſibus ſuis pecuniarijs nudis quibuſcunq; ſoluent etiam quemadmodum & alij ab octoginta Marcis decemocto florenos per mediam ſexagenam computatos.

Item Walachi ex ſingulis Laneis integris, ſi illos habent, uel areis quæ dworziſcza dicuntur, duodecim groſſos ſoluent.

Et qui agros non habent, a ſingulo centenario ouiũ, ſimiliter duodecim groſſos perſoluent. Sex groſſos pro prima, & reliquos ſex groſſos pro ſecunda ratha ſuperius expreſſa.

Item dantes ſuas pecunias Iudæis, & quibuſcunq; alijs perſonis pro cenſu annuo, etiam ab octoginta Marcis pecuniarum, decemocto florenos ſoluent.

Solutio aũt a cenſibus nudis pecuniarijs, modo ſupradicto fieri debet, medio uniuſcuiuſq; ſoluentis iuramento, & medietas ſummæ ſoluendæ ab ijſdẽ cenſibus pecuniarijs nudis dari & ſolui debet pro Dominica Iudica ꝓxima. Alia uero medietas pro feſto Natiuitatis ſanctæ Mariæ.

Quicunq; autem deprehenſus fuerit fraudem aliquam in ſolutione ab ipſis cenſibus pecuniarijs nudis commiſiſſe, & non iuſte id quod debet ſoluiſſe, teneatur duplum ſoluere.

Vt autem ſupradicta ordinatio in exigendis eiſdem Contributionibus facta debite executioni demandetur.

in Palatinatu

& diſtrictibus eius, Exactores, deſignauimus & conſtituimus præſentibus literis noſtris. Mandamuſq; ut in manus illorum, deſignato tempore eaſdẽ Cõtributiones perſoluere curetis.

Vobis uero Capitaneis quorum interest, Mandamus, ut præfatis exactoribus nostris pro tempore & termino superius expresso, sub pœnis ad hoc constitutis absq; cuiusuis moræ & dilationis interuentu, de dictis Cõtributiõibus per eos ad quos pertinet responderi faciatis & uos ipsi respondeatis. Negligentes uero in soluendo, & contumaces, per pignorationes & alias pœnas solitas ad soluendum easdem Contributiones compellatis, pro officio uestro & gratia nostra factur.

Exactores autem prædicti, eas ipsas Contributiones, modo & ordine suprascripto exigent, & collectas, cum Palatino, & uno ex ordine Nobilium eligendo dispensabunt, & militibus mercenarijs, qui in terris Russiæ sunt militaturi distribuent.

Idem exactores habebunt mercedẽ seu salariũ pro labore & expensis suis de publicis Contributionibus, secundum constitutionem Conuentus Thoruneñ. Marcas pecuniarum, hoc est quisq; illorũ habebit pro labore suo & expẽsis Marcas pecuniarũ. Et in Cõuentibus particularibus qui precedent generalẽ Regni Conuentũ futurum, facient, facereq; tenebuntur rationem de pecunijs Cõtributionum a se perceptis & expositis, corã Palatino, Castellanis, dignitarijs, & Officialibus Palatinatus sui ac etiam coram uniuersa Nobilitate, si eandem rationem audire uoluerit. Alias coram aliquot uiris, quos eadem Nobilitas de medio sui elegerit, & illo uiro Nobili qui ad dispensandam publicã pecuniam cum Palatino & ipsis Exactoribus fuerit electus. Et eandem suam rationem ueram esse comprobabũt hij ipsi exactores, quittantijs quas dabunt hominibus, Contributiones ipsas soluentibus, non autem regestris suis. Eas autem quittantias Rectores parrochialium Ecclesiarum seu Plebani de mandato Dominorum Episcoporum in Ciuitatibus, oppidis, & uillis parrochiarum suarum exscribent fideliter, & eas ad ipsos Dominos Episcopos perferent, Domini autẽ Episcopi transmittent illas, ad Conuentus particulares, in quibus eadem ipsa ratio fieri per Exactores debebit, ad rationem exactorum melius comprobandam.

Vt autem Plebani ipsi non impediantur in exscribendis eisdem quittañ. Domini & tenutarij seu possessores Ciuitatum oppidorum & uillarum Spirituales & Seculares, mandare debent, seu pœnis nostris regalibus Colonis & subditis suis, ut eas ipsas quittantias contributionum Plebanis suis exscribendas, sine quauis renitentia concedant, & soli ipsi Domini & Nobiles, Colonis suis, quo minus id faciant, non prohibeant, occulte seu manifeste, directe uel indirecte, aut quouis quesito colore, quandoquidem hæc res non propter aliud fieri

debet, q̃ ad cognoſcendam uerius exactorum fidelitatem, quam omnes liben/ter uidere debent, q̃ ſi alio modo q̃ ſupra dicto ipſe exactor rationem face/re uellet, ſuſcipi ab illo non debet.

Idem exactores facient rationem diſtinctæ, demonſtrando ſingillatim quan/tum ex Contributione Laneorum, quantum ex ciuili exactiõe, quæ Schoſſ di citur, quantum ex Czopowe, quantum ex nudis cenſibus, & quantum ex No/bilibus pauperibus, qui Colonos non habent, perceperint & diſtribuerint, ut ſciri poſſit, quæ ſumma pecuniarum, ex unaquaq̃ Contributionum prædicta/rum colligatur.

Quia autem Cenſus nudi, non ſunt omnibus hominibus cogniti, poſſetq̃ in eis magna fraus committi, ut uia maliciæ hominum præcludatur, uolumus & mandamus, ut omnes qui cenſus nudos, & ſimiliter exactionem Ciuilem quæ Schoſſ dicitur, & Contributionem Czopowe ſoluent, quittantias, ſeu recogni tiones ſuas apud exactores relinquant, quibus declarent, quantum de eiſdem Contributionibus ad manus exactorum dederint ac perſoluerint, quo exacto/res ipſi poſſent ſe ab omni ſuſpitione uendicare.

Tabernatores uero Villarum qui ſcribere neſciunt, priuſq̃ portabunt pecu/niam exactionis Czopowe ad exactores, præſentare ſe debebunt Plebanis ſu/is, & illis declarare, quantam ſummam pecuniæ Contributionis Czopowe. ſint ad ipſos exactores perlaturi, quam ſummam Plebani in regeſtris ſuis an/notabunt, & recognitiones ſuas dabunt ad exactores, ut ſciant, quantum ab ipſis tabernatoribus parrochiæ ſuæ ſint percepturi. Dat̃ Cracouiæ feria ter/tia proxima poſt Dominicam Reminiſcere. Anno Domini Milleſimo quin/genteſimo uigeſimo ſeptimo. Regni uero noſtri Anno uigeſimo primo.

Ad Mandatum Regiæ
Maieſtatis proprium.

SIgiſmundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſouiæq;. &c. Dominus & hæres.

Significamus tenore præſentium quibus expedit uniuerſis. Quia cum fatali quadam aduerſitate hactenus contingere non potuit, ut certa, ſtabilis, & opportuna defenſio, aduerſus continuos et anniuerſarios hoſtes Regni noſtri ſtaueretur, ita ut quotannis nos Conuentus agere, et nouos ſemper tractatus de ipſa defenſione facere oporteat. Factum eſt, ut pene quotannis ingentia damna Regno et dominijs noſtris inferantur, et reſpublica in deterius ſemper labi uideatur. Quare cum per Statutam anno ſuperiore debilem ac incertam defenſionem, maxima damna regno noſtro eſſent illata, Regnumq; Hungariæ ſummam cladem accepiſſet, nolentes deeſſe reipublicæ tantis diſcriminibus expoſite et ſolidiorem aliquã defenſionem conſtituere: indixeramus Conuentum generalem Cracouien. in quo una cum uniuerſis Conſiliarijs et Nuncijs anxie diſquirentes, et in medium conſulentes de certo et firmo aliquo defenſionis modo, tandem ad infraſcriptas Conſtitutiones: omnes conuenimus, et ut in executionem deuenirent decreuimus.

In primis ſtatuemus Conuentus particulares in ſingulis Palatinatibus Regni noſtri, uidelicet in Palatinatibus terrarum Maioris Poloniæ pro feria ſecunda proxima poſt Dominicam Conductus Paſchæ, in Palatinatibus uero terrarum Minoris Poloniæ, ad feriam Tertiam proximam poſt Dominicam Iudica proxime futuram. Ad quos quidem Conuentus Palatini et omnes dignitarij, Caſtellani, Capitanei, et Officiales totaq; Nobilitas uniuſcuiuſq; Palatinatus conuenire debent ſub pœnis noſtris regalibus, et in eis Palatini, Caſtellani, et Nuncij terrarum, qui ad hunc generalem Conuentum Cracouien. erant miſſi, declarabunt communi Nobilitati, q; decreta eſt in hoc ipſo generali Conuentu Cracouien. taxatio omnium bonorum ſeu fundorũ, hoc eſt Ciuitatum, oppidorum, et uillarum totius Regni, præter bona noſtra Regia, quæ libera ſunt et non oppignorata, iuxta decretum Conuentus Pyotrkouien ante biennium habiti, quod poni debet hoc anno in executionem.

In hijs autem Conuentibus quiſq; Palatinus cum Caſtellanis, Officialibus, et Nobilibus ſui Palatinatus, eliget et deſignabit ad ſingulos diſtrictus unum Caſtellanum illius diſtrictus, & duos uiros Nobiles eiuſdem diſtrictus. Sic q; ad ſingulos diſtrictus ſit electus & deſignatus Caſtellanus, & duo Nobiles eiuſdem diſtrictus fide digni probatæ uirtutis, & bonæ conſcientiæ ad ipſos fundos ſeu bona terreſtria taxanda. Quod ſi non fuerit in aliquo diſtrictu Ca-

ſtellarius, eliget Palatinus alium dignitarium ſeu Officialem illius diſtrictus, de cõſenſu dignitariorum, Officialium, ac Nobilitatis quæ ibi fuerit aut maioris partis ipſius.

Eligetur etiam in eiſdem Conuentibus ad Contributiones nouiſſime laudatas colligendas, unus uir Nobilis, ex ordine Nobilium, qui cum Palatino ſeu Caſtellano & exactoribus, quorum duo eſſe debent, in quolibet Palatinatu, alter ſpiritualis, per Dominos Epiſcopos eligendus. Alter uero ſecularis, qui publicas contributionum pecunias diſpenſabit, & erogabit militibus mercenarijs, qui in terris Ruſſiæ ſunt militaturi. Deſignabuntur præterea in hijs ipſis Conuentibus ad iura reformanda, illi, qui prius erant deſignati. Vbi uero aliquis illorum ægritudine, uel morte preuentus, munus hoc obire nõ poſſet, alter in locum illius ſufficietur.

Exactores in omnibus Palatinatibus habebunt pro mercede & expenſis ſuis, id quod in Conuentu Thoruneñ. eſt conſtitutum, & non plus, uidelicet ambo exactores terræ & Palatinatus Cracouieñ. ſpiritualis & ſecularis habebunt pro ſalario ſeu mercede annua, & expenſis, nonaginta Marcas pecuniarum.

Exactores terræ & Palatinatus Poſnanieñ. nonaginta Marcas pecuniarum.
Sandomirieñ. Centum Marcas pecuniarum.
Caliſieñ. Nonaginta Marcas pecuniarum pro mercede annua & expenſis.
Siradieñ. Octoginta Marcas.
Lanciciеñ. Sexaginta Marcas pecuniarum.
Brzeſieñ. Quadraginta Marcas.
Iuniv. ladiſlawieñ. Quadraginta Marcas pecuniarum.
Ruſſiæ Centum & decem Marcas.
Lublineñ. Quinquaginta quinq; Marcas.
Belzeñ. Quadraginta Marcas.
Podoliæ Triginta Marcas. Ploceñ. Quadraginta Marcas
Terræ ſeu Palatinatus Raueñ exactores pro ſalario annuo & expenſis habebũt Sexaginta Marcas. Terræ Dobrzineñ, triginta Marcas pecuniarũ.
Palatini uero, ſeu in eorum abſentia Caſtellani, qui diſpenſabunt publicas pecunias, habituri ſunt pro labore & impenſis ſuis, quiſq; illorum Viginti Marcas. Qui uero illis adiungentur ex ordine Nobilium quiſq; illorum decem Marcas eſt pro ſalario ſuo habiturus.

Item eligemus cum Capitaneo generali præfectos militũ hoc eſt poruczniki in quolibet Palatinatu uiros poſſeſſionatos & rei militaris peritos. Ipſi uero præfecti delectum facient militum in Palatinatibus ſuis pro arbitrio ſuo.

Quiſq; Præfectus militum, qui ducentos equites in ſuo comitatu & præfectura habuerit, aut paulo minus, habebit ſeruitium ſuper decem equos, & ad ſingulum equum ſtipendium decem florenorum, per quatuordecim ſcotos quẽlibet florenum computando.
Reliquis uero militibus ſoluetur ſtipendium ſuper quemlibet equũ, ad quodlibet quartale anni per ſex florenos per mediam ſexagenam.
Quilibet autem præfectus non per ſubſtitutum, ſed ſolus per ſeipſum ducere debet Comites ſeu commilitones ſuos tam eundo ad terras Ruſſiæ, q̃ inde redeũdo, & proſpicere, ne damna fiant hominibus ſpiritualibus & ſecularibus, aut eorum ſubditis, neue ab illis ſtationes exigantur. Quæ damna ſi facta fuerint, ipſe præfectus pro illis conuenietur, & ad ſolutionem reſartionemq; illorum erit obligatus.

Vt autem præfectus poſſit prouidere indemnitati ſuæ, cum ob culpam alterius, nemo mulctari debet, reſeruabit apud ſe partem aliquam pecuniæ commilitonibus ſuis ſoluendæ, cum ad terras Ruſſiæ cum illis proficiſcetur, & ſimiliter cum ad domum cum eis reuertetur, ut ſi in itinere & profectione aliquis comes ſeu ſocius eius, damnũ cuipiam homini cuiuſcunq; ſtatus fecerit, & reſarcire illud noluerit, ipſe pro illo, ei, qui damnum paſſus eſt, ſub teſtimonio ſociorum ſuorum ſatisfaciat, & poſthac eidem militi qui damnum fecerit, de eius ſtipendio, id quod pro eo ſoluerit, detrahat & defalcet.
Idem præfectus cuiuſlibet Palatinatus duabus ſeptimanis ante finitũ ſeu) expiratum ſeruitium ſuum, & comitiuum ſuum de noſtris & terris Ruſſiæ diſcedet, ut comitiuam ſuam ſub obedientia ſua habeat, & in officio contineat, prohibereq; commodius poſſit, ne damna hominibus & miſeris colonis, ac ſpiritualibus inferantur.

Idem præfecti militum prouidere debebunt, ut neminem ſuſcipiant ad militiam, niſi ad ſummum in octo equis, & inferius, in ſeptem, ſex, quinq;, quatuor, Et ut quiſq; militũ ſolus per ſeipſum ſeruiat, non per ſubſtitutũ, & ſeruos ſuos.

Item milites mercenarij cum eorum præfectis cogi non debent ad inſolita iuramenta per Capitaneum generalem exercituum Regni. Obedire tamen eidem Capitaneo debent, & militari obedientia ſubiecti eſſe.

Literæ indemnitatis non uidentur eſſe dandæ præfectis, & eorum comitiuis prout anno ab hinc ſecundo etiã non erant datæ, ſed ſtabitur pro damnis. Ea/

demq; damna ſuſcipientur a præfectis & eorum ſocijs per Capitaneum generalem, ſeu imperatorem exercitus, ac per Palatinos & exactores, ac illis adiunctos perſoluentur,

Terræ, Cracouiẽ, Sandomiriẽ, & Lublineñ, habebunt unum Notarium, hominem induſtrium, & fidum, per nos deſignãdum, qui conductus publicis pecunijs, militibus mercenarijs ad terras Ruſſiæ, pecuniam perferet, ac eam illis numerabit ſecundum regeſtra conſcriptionis, quæ apud ſe habebit.
Terræ uero maioris Poloniæ, mittent pecuniam contributionum ſuarum in Lancitiam, quam inde Notarius per nos eligẽdus perferet in Ruſſiam, & ſoluet ſtipendia militibus illic militantibus ſecundum regeſtra conſcriptionis, quæ illi ex unoquoq; Palatinatu mitti debent.
De terris autem Ruſſiæ Exactores portabunt pecuniam militibus, & eam illis numerabunt.

Exactores publicarum Contributionum deferre tenebuntur nobis, ſi in loco propinquo fuerimus, uel ſi in remotis ageremus. Capitaneo loci, omnes qui negligentes fuerint in ſoluendis ipſis Contributionibus, aut qui illas non ſoluerint, aut integre non extradiderint, & tales, cuiuſcunq; ſtatus, ordinis, & præeminentiæ illi fuerint, nos ſine omni ſpe ueniæ pœnis debitis puniemus. Et ſimili pœnæ ſeu mulctæ, ſubiacebunt Capitanei, qui executionem non fecerint mandatorum noſtrorum, & decretorum conuentualium.

Villæ & Tabernæ, quæ ex quadam negligentia ſeu conniuentia exactorũ & Capitaneorum, publicas contributiones hactenus non ſoluerunt, ad ſolutionem illarum omnino compellantur. Et ſimiliter molendina quorum tertias menſuras Tenutarij bonorum noſtrorum exemerunt, & illas a ſe emptas, ſeu in ſummis pecuniarum obligatas tenent, ſoluant contributionem quæ Schoſſ dicitur, ſicut reliqua omnia molendina in regno noſtro ſeu illorum molendinatores eam ſoluere ſolent, contraria conſuetudine, quæ corruptela potius dici debet, penitus non obſtante.

Et quia moneta Swidniceñ, quæ uniuerſo Regno noſtro ineſtimabilem iacturam facit, & detrimentum, hactenus cohiberi nõ poteſt ignorantia ſimpliciũ hominum, & licentia eorum, qui decreta & prohibitiones noſtras tranſgrediuntur, decreuimus cum uniuerſo Senatu Regni noſtri, non ſolum prorogã-

dam & custodiendam diligentius occlusionem uiæ in Slesiam, sed etiam eandem monetam prorsus ex regno extirpādam, ita ꝙ deinceps, nemo illam recipere, expēdere, aut in regnum & dominia nobis subiecta inferre audeat, sed quisq; intra hunc annum, alias hinc ad duodecimam diem Martij anni futuri, illam extra regnum exportet aut permutet per modum cambij, aut rerū emptionis, seu quocunq; negotiationis genere, sub pœna nostra regia quatuordecim Marcarum, & amissione huiusmodi pecuniæ. Et qui illam intra hoc tempus permutare & alienare a se non posset, expendat illam & permutet intra spacium huius anni sed non carius, q̄ quemlibet eius medium grossum per quinq; denarios, aut ad officinam nostram monetariam portet, pro qua dabitur bona moneta, & soluentur similiter illi pro quolibet medio grosso Swydniceñ quinq; denarij. Post exactum autem annum, ea ipsa moneta, per quam splendor & decus Maiestatis nostræ Regiæ imminuitur, omniumq; Statuum & ordinum hominibus, non mediocre damnum infertur, nullo modo recipiatur, sed tanq̄ falsa ac noxia ab omnibus uitetur, & apud quemcunq; hominem cuiuscumq; status & conditionis reperta fuerit, & perdere illam debeat, & pœna quatuordecim Marcarum puniri, sic ꝙ apud quemcumq; duo grossi illius in una Marca inuenti fuerint, totam illam Marcam perdat, absq; spe alicuius ueniæ.

Constituemus etiam Custodes in finibus Regni, qui custodiant & diligenter inquirant, ne deinceps ea ipsa Moneta Swydniceñ. in Regnum inferatur. Qui quidem Custodes, apud quemcumq; illam inuenerint, recipere eam possint & debeant.

Quia uero præter ipsam externam Monetam Swydniceñ. magna etiam uis falsæ Monetæ, tam in Regno nostro q̄ etiam alibi excusa est, & excuditur, in maximum damnum & detrimentum reipublicæ ipsius Regni & Dominiorum nostrorum. Proinde ne malefactores cudendi illam deinceps, & importandi in Regnum occasionem habeant, prouidebimus, & Braccatores constituemus in Ciuitatibus & oppidis, qui illam signent, & notam seu signum percussionis illi imponant, quo facilius cognosci ab omnibus & uitari possit.

Capitanei autem locorum, exactam diligentiam facere debebunt, ut prædicta constitutio tam de Swydniceñ q̄ etiam falsa Moneta ab omnibus strictissime & inuiolabiliter obseruetur.

Ad corrigenda autem tam enormia facinora, & tantas falſitates, a quibus etiam nec Nobiles aliqui, ut ea eſt huius temporis malignitas, ſeſe continent, Statuimus, ꝙ accuſatus ſeu inculpatus de falſa Moneta, aliquis uir Nobilis, cuiuſcumq; ſtatus & dignitatis, citari debet ad præſentiam noſtram ex officio noſtro, & ſi cõuinci poterit per duos teſtes Nobiles, in ſimili crimine falſæ Monetæ deprehenſos & condemnatos, ac ultimo ſupplicio affectos, qui confeſſi ſint illum, reum eius criminis eſſe, & falſam Monetam cudiſſe, aut conſilium auxilium, patrocinium, ad illam excudendam preſtitiſſe, ac in ea confeſſione perſeuerauerint, & morte ſua cõfirmauerint, talis pœna capitis plectetur, bona; eius confiſcabuntur, quæ nos pro nobis, & fiſco noſtro regio retinebimus ad præcludendam uiam calumnijs hominum, & nemini illa conferemus, alias uita, ſalus, & ſtatus, eius ipſius Nobilis inculpati, & hoc modo conuicti, erit in gratia noſtra regia. Si uero teſtes contra illum teſtificañ. non fuerit Nobiles, ſed alterius inferioris ordinis, & conditionis, domeſtici, ſeu externi, qui in eo ipſo crimine deprehenſi, & contra illum teſtificañ. & non reclamantes, ſeu confeſſionem ſuam non reuocañ. ultimo ſupplicio affecti fuerint, in eo caſu Nobilis ille accuſatus ſeu inculpatus, expurgabit ſe, cum decemocto uiris Nobilibus bonæ famæ, ſibi in genere ſimilibus, quos nos ipſi deligemus ex ter decemocto, hoc eſt quinquaginta quatuor teſtibus Nobilibus, quos ille qui ſe expurgaturus eſt, ſtatuere coram nobis debebit in ſex Septimanis, a die indictæ & decretæ ſibi huiuſmodi expurgationis, qui ſi in probatiõe, & in ſui expurgatione defecerit, pro conuicto habebitur, & pœna falſi punietur. Si uero in ſe expurgando non defecerit, abſolui a crimine illi obiecto debebit, ubi tamen poſthac de hoc ipſo crimine falſæ monetæ, de quo ſe ſemel modo præmiſſo expurgauerit, accuſatus, inculpatus, & teſtimonijs hominum ciuilis, plebeæ, aut alterius conditionis conuictus modo ſupradicto fuerit, ad aliam expurgationem non admittetur, ſed ut falſarius, pœna debita punietur, ac bona eius confiſcabuntur, caputq; uita, & ſalus eius, erit in gratia noſtra Regia Citatus aũt literis citatiõis noſtræ de falſa moneta cõparere coram nobis debebit, nõ reuocando ſe ad diſtrictũ & ſi in primo termino nõ comparuerit, citabitur ſecunda citatione, & terminus tam primæ q̃ etiam ſecundæ citationis, debet illi aſſignari & præfigi in quatuor Septimanis a die poſitiõis & executionis eiuſdem Citationis, qui ſi in ſecundo termino non comparuerit, pro conuicto habebitur, ſiue is fuerit poſſeſſionatus ſiue nõ, debebitq; banniri de Regno, & bona eius confiſcari. Et præſens ſtatutum durabit ad uitam noſtrã.

Et quia non uerentur plurimi, prohibitionem uiæ in Sleſiam, multiplicibus modis tranſgredi, in contemptum decretorum & mandatorum noſtrorum,

& in peſſimum inobedientiæ exemplum, uolentes tam cuſtodes, q̃ etiam negociatores, hanc ipſam prohibitionem noſtram trãſgredientes coercere. Statuimus, cum uniuerſis Conſiliarijs & terrarum Nunctijs, ꝙ quicumq; deinceps compertus fuerit, eandem prohibitionem noſtram, tranſeũdi cum mercibus aut frumentis qualibuſcunq; in Sleſiam, ultra fines Regni noſtri tranſgreſſus eſſe, & capite & bonis omnibus puniri debebit. Qui uero non fuerit in tranſgrediendo deprehenſus, ſed uel furtim, uel conniuentia Capitaneorũ tranſgreſſus, & dehinc domum reuerſus, ſi teſtibus idoneis conuictus fuerit, eam tranſgreſſionem commiſiſſe, pœna capitis punietur. Si autem quiſpiam Capitaneorũ permiſerit aliquem, contra ipſam prohibitionẽ noſtrã in Sleſiã tranſire, & Capitaneatus ſui officio priuari, & alia quæ nobis condigna uidebitur animaduerſione puniri debebit. Si uero fuerit Capitaneus, qui bona noſtra habuerit oppignorata, perdere debebit abſq; ulla ſpe ueniæ, ſummas omnes pecuniarum, quas in ipſis bonis noſtris habuerit inſcriptas, eademq; bona ad nos ipſo facto deuolui debebunt. Quod ſi Burgrabius Vicecapitaneus aut Notarius Capitanei, modo ſupradicto exceſſerit, & idoneo teſtimonio conuictus fuerit, ꝙ aliquem contra prohibitionem noſtram tranſire in Sleſiam permiſiſſet, quouis colore uel prætextu, illum, eius dominus uel euincere uel ad pœnam capitis & bonorum nobis extradere debebit. Atq; huic conſtitutioni & decreto noſtro, uniuerſi homines, tam noſtri q̃ ſubditorum noſtrorum ſpiritualium & ſecularium ſubiacebunt, nec quiſq̃ exemptus eſſe debebit.

Quod ad uiolentias, quæ in Ciuitatibus & oppidis Regni noſtri committuntur attinet, ſi quiſpiam Nobilis, uiolentiam ipſam perpetrauerit, & in Ciuitate ſeu oppido, Ciuem uel hominem aliquem uerberauerit aut iniuriam aliquam per uiolentiam cuipiam intulerit, detineri quidem ſeu comprehendi ab officio Ciuitatis poterit, ſed Iudicari & ad pœnam condemnari, non niſi ſub præſentia officij caſtreñ debebit.

Statuimus etiam, ꝙ ſanctimoniales, ordinem aliquem a ſede Apoſtolica approbatum profeſſæ, tametſi mundo & bonis temporalibus renunctiauerint, nihilq; proprij habere poſſint, Quia tamen non ſunt ubiq; debito modo prouiſæ, & cõceſſum ſit illis ex indulgẽtia ſedis apoſtolicæ, ut ſuccedere poſſint, in bona paterna & materna ad ſe deuoluta, de illiſq; libere, cum auctoritate ſuperiorum ſuorum diſponere, quia multæ querelæ ſubditorum noſtrorum ad nos deferebantur, qui indigne ferebãt, ꝙ ipſæ ſanctimoniales ſuccedere deberent in bonis ſuis paternis & maternis, ad eas poſt mortem parentum aut cõſanguineorum earum deuolutis, Iureq; illas, ab eiuſmodi ſucceſſiõibus repel-

lere nitebantur. Volentes huiuſmodi querelas cohibere, & eaſdem ſanctimoniales in bona gratia & fauore conſanguineorum illarum cõſeruare, illarumq; neceſſitatibus benigne proſpicere. Statuimus & ordinamus de conſilio & cõſenſu Conſiliariorum Regni noſtri ſtatus utriuſq;, & Nunctiorum terreſtrium, q; moniales ipſæ, ordinem regularem profeſſæ, & in Cœnobijs ac clauſtris manentes, ſuccedere quidem poſſint ad bona paterna & materna quæ ad eas deuoluta legittime fuerint, alienare tamen illa a conſanguineis, & propinquis, aut in alienas perſonas quoquo modo tranſferre, nullo modo ualeãt, ſed cumprimum ad eas, aut earum aliquam, ea ipſa bona deuoluta fuerint, iure legittimæ ſucceſſionis ac deuolutionis, proximiores conſanguinei ſeu agnati & cognati earum illa tenere, eorumq; poſſeſſionem adire debebunt, & ex illis medietatem omnium Cenſuum & prouẽtuum pecuniariorum, illis, & cuilibet illarum ſoluere erunt aſtricti, uita illarum durante. Reliquam uero medietatem prouentuum pecuniariorum, ſimul ac fructus omnes ex bonis illis prouenien. pro ſe retinebunt, & ex illis onera reipulicæ Regni & bellicæ expeditionis ſuſtinebunt.

Quod ſi bona ad moniales ipſas deuoluta, nullos prouentus pecuniarios habuerint, eſſent tamen in illis predia, ſeu piſcinæ, ſeu molẽdina, uel prata, uel ſiluæ cæduæ, aut mellificia, aut agri, qui locari poſſint, & aliæ id genus utilitates, quocumq; nomine cenſeantur, in eo caſu Epiſcopus & Ordinarius loci, ſeu eius in ſpiritualibus Vicarius, cum Capitaneo terræ ſeu diſtrictus illius, in quo bona eiuſmodi conſiſtunt, diſquirent diligenter, quantum ex eiuſmodi bonis prouenire in anno poſſit, illaq; & obuentiones ſeu utilitates, quæ ex illis, annis ſingulis prouenire poſſent, diligenter taxabunt ac eſtimabunt, & ad quamcumq; ſummam illa taxauerint, conſanguinei dictarum monialium, qui bona eiuſmodi tenebunt, ſoluere illis, & cuilibet earum reſpectiue, medietatẽ eiuſdem ſummæ quotannis, abſq; omni contradictione tenebuntur,

Et ſi ẽdem conſanguinei in ſoluendo negligentes & remiſſi fuerint, & moniti literis monitionis Domini Epiſcopi ſeu loci Ordinarij aut eius in ſpiritualibus Vicarij ſeu Officialis, illis ſatiſfacere de bonis illarum temere noluerint, ac demum propterea excommunicati, tres menſes cenſuras eccleſiaſticas ſuſtinuerint, extunc libertatem & facultatem habebunt moniales prædictæ, bona ſua huiuſmodi alteri cuipiam conſanguineo aut etiam externo locandi ſeu arendandi pro arbitrio ſuo ad uitam ſuam, poſt mortem uero illarum eadem ipſa bona earum, ad proximiores illarum conſanguineos rurſus deuoluentur & deuolui debebunt.

Cæterum conſiderantes ſubditorum vniuerſi Regni detrimentum, relaxauimus de conſilio, et conſenſu vniuerſi Senatus Regni nri, et Nunctiorum terrarum ſuſpenſionem libertatum, que erat ad Quinquennium facta, à ſoluendis theloneis antiquis, Omnibusq3 ad priſtinum ſtatum reſtitutis, ipſam ſuſpenſionem, penitus ſuſtulimus. Et quia incerta eſt futurorum euentuum cognitio, nec aduerſus illos, certa conſilia dari, aut prouiſiones fieri poſſunt, erit in poteſtate nra, ex decreto preſentis Conuentus, generalem belli motionem facere, vbi talis neceſſitas ingrueret, vt illi per preſidia decreta, obſtari non poſſet, Harum quibus sigillū noſtrum etc. Crác, in Conuentu gnali, feria tercia proxima poſt Dominicam Reminiſcere. M°. D°. xxvij. Regni nri xxi°.

Ad Mandatum Regie
Mtis proprium.

Taxatio seu estimatio omnium fundorum in regno Polonie

Sigismundus dei gr^a Rex Polonie, Magnus dux Lituanie etc.

Vniuersis et singulis Principibus, tam Spiritualibus q̄ Secu:
laribus Rmis ac Rueren̄ in Chr̄o Patribus dominis
Archiepiscopis, Cp̄is, omnibusq; aliis Status Ecclesiastici
ordinibus, necnon Mgc̄is, Generosis, Nobilibus, Fama:
tis, et Prouidis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Te:
nutariis, Terrigenis, Nobilibus, Officialibus, et eorum
vices gerentibus, Ciuitatumq; et Oppidorum tam nr̄orum
q̄ quorumcūq; subditorum nostrorum, Mgr̄is Ciuium, nec:
non Consulibus, Ciuibus, Oppidanis et eorum comunitati:
bus et generaliter omnibus subditis nr̄is Spiritualibus et
Secularibus, cuiuscūq; Status, sexus, conditionis, et preemi:
nentie in Regno nr̄o existentibus, Sincere et fidelibus nobis
dilectis, Salutem et gr̄am nr̄am regiam, Sincere et fideles
dilecti. Licet ante biennium, perpendentes, cum vniuersis
consiliariis et terrarum Nunciis, in Conuentu generali Pio:
trkonien̄ nullam certam et firmam defensionem, sine bono
ordine, bonum ordinem vero, absq; iusta et conuenienti dis:
positione, iustam autem dispositionem et facultatis vniuſ=
cuiusq; cognitionem, fieri non posse, absq; debita bonorum
taxatione, statueramus vnanimi omnium consensu, fundos
bonorum terrestrium, in vniuerso Regno taxandos, et qui:
bus modis id fieri debebat, fuit sufficienter descriptum et

omnibus publicatum, verum cum per aliquos homines, oīs
boni- ordinis impacientes, fuit hec salutaris institucio prepedi:
ta, ita, vt prout decretum erat, ad effectum suum venire non po:
tuerit, et in presenti Conuentu Craconien, consulentes
imminentibus indies magis Regno nro periculis et dis:
criminibus, nihil vtilius reperire potuerimus, ad firmam
et omnibus æquam ac tolerabilem defensionem statuen:
dam, q̄ ipsam fundorum taxationem, placuit vniuersis
Consiliariis et terrarum Nunctiis, illud decretum ante
biennium factum, in integrum restituere, et ad taxandos
ipsos fundos, modo infrascripto procedere.

In primis, in Conuentibus particularibus, quos in omnibus
Palatinatibus Regni nri, et locis consuetis iam indiximus
et ad eos, Palatinos, et omnes dignitarios, Castellanos,
Capitaneos, et Officiales, totamq; Nobilitatem, vnicu:
iusq; Palatinatus conuenire iussimus, quisq; Palatinus
cum Castellanis, Officialibus et Nobilibus sui Palatina:
tus eliget et designabit ad singulos Districtus, vnum Ca:
stellanum illius Districtus, et duos viros Nobiles eiusdē
Districtus, sic quod ad singulos Districtus sit Electus ac
designatus Castellanus et duo Nobiles eiusdem Districtus
fide digni, probate virtutis, et bone conscientie. Quod
si non fuerit in aliquo Districtu Castellanus, eliget Pala:
tinus alium Dignitarium seu Officialem illius Districtus
de consensu Dignitariorum, Officialium ac Nobilitatis
que ibi fuerit, aut maioris partis ipsius.

Hij vero omnes supradicti Iurati esse debebunt, Palatinus
et Castellanus, sub eo iuramento, quo nobis et reipublice

Regni nri obstricti sunt, dicent, duo vero illi Nobiles ex communitate electi, corporale Juramentum prestabunt, q omnium et singulorum bona, juste taxabunt et conscribent, ita, vt illa vendi aut emi deberent, non habita ratione sanguinis aut amicitie, vel cuiuscuq necessitudinis, neq ex amore, prece, precio, aut odio, nec propter munera, aut pollicitaciones, nec metu aut timore, sed pure, sincere ac secundum deum et justiciam.

Quinisq autem Palatinus cum Castellano Primario et duobus Nobilibus ex communitate electis initium faciet, cinsmodi taxacionis bonorum, feria secunda post festum Sancte Trinitatis proxima, et primus ipse capitalem Districtum sui Palatinatus obequitabit, videndo, estimando, et taxando cuiusq bona, a suis propriis incipiendo, si illa in eodem Districtu capitali habuerit, sive illa sint hereditaria, sive obligatoria, secundum industriam, discretionem, et conscientiam, et descendendo personaliter cum sibi adunctis Castellano et Nobilibus, ad singulas Parrochias eiusdem Districtus, et vbi opus fuerit et dominis taxatoribus ita expedire videbitur, etiam ad villas ipsas, Civitates, et Oppida, situm, prouentus omnes diligenter perpendendo et disquirendo, et ibidem valorem et extimacionem bonorum illius Parrochie, vocato ad se Plebano aut eius Comendario, et aliis hominibus tam Nobilibus q plebeis omnis ordinis et Status circumadiacentibus, inquiret nulli fauendo, sed deum et conscientiam pre oculis habendo, ac ipsam taxam ac valorem singulorum bonorum eiusdem Districtus, fideliter conscribi et annotari faciet.

Quo exemplo alii Castellani cum duobus nobilibus juratis, ibunt per Districtus sibi deputatos illius Palatinatus et ta:

xationem omnium bonorum, descendendo ad Parrochias modo
premisso facient et fideliter conscribent.

Jubit autem vnus Castellanus post alium infra vnam septimanam
si et inquantum priorem Districtum absoluerit, per alios sin-
gulos Districtus, propterea, vt Nobiles in diuersis Distric-
tibus bona hereditaria habentes taxationi suorum bonorum
interesse possint, id quod facere debebunt et tenebuntur sub
penis nris Regalibus, vel si ipsimet personaliter comode
interesse non valerent, vices suas amicis, vicinis, famili-
aribus, aut officialibus suis, committere possint, alioquin eo-
rum bona nihilominus taxabuntur, et taxari debent ab-
sentia illorum non obstante

Et quoniam in omnibus Palatinatibus et Districtibus, doi
Spirituales, habent bona sua Ecclesiastica seu fundos, que
licet nunq alias subiecta erant oneri bellice seruitutis, vt
que per Serenos predecessores nros Polonie Reges et Du-
ces, sunt ab inicio fundationis Ecclesiarum ad vsum dunta-
xat et onera Ecclesie collata, multisq immunitatibus et
libertatibus donata, tamen in presenti Regni necessitate
et summo discrimine, volentes ipsi domini Spirituales, sibi
et Ecclesiis suis gratiam nostream Regiam demerere, fra-
tribus vero suis dominis Secularibus gratificari, reiq pub-
lice pro cuius bono Statu orare tenentur, ope sua non deesse
permiserunt etiam non granatim, bona sua Ecclesiastica hac-
tenus semper libera, cum his que ad defensionem obligata sut
in presens taxari, ita vt bona dominorum secularium taxabun-
tur. Et proinde domini Archiepi, et Epi, designabunt duos
vnos Ecclesiasticos bone fidei et conscientie ad quemlibet
Palatinatum, qui vna cum taxatoribus, per Palatinum Cas-
tellanos, Officiales et Nobilitatem electis seu eligendis,

taxabunt bona omnia tam Spiritualium q̄ Secularium personarum, et hii primum cum Palatino et Castellano Primario, ac duobus Nobilibus electis, capitalem Districtum obequitabunt per singulas Parrochias, et simul cum illis bona eiusdem districtus taxabunt et estimabunt, modo suprascripto, secundum Deum et conscientiam sublato amore, fauore, metu, prece, odio, etc.

Idem Spirituales designandi per dominos Archiepos et Epos ituri deinceps sunt successiue per alios districtus illius Palatinatus, et bona omnia tam spiritualia q̄ Secularia cum Castellanis et Nobilibus electis seu eligendis taxabunt, modo et ordine suprascripto, et non erit opus, vt ad singulos Districtus eligantur, seu designentur alij et alii Spirituales, prout taxatores Seculares qui ad singulos Districtus eligi et designari debent. Sed ad totum Palatinatum et Districtus illius omnes duo duntaxat taxatores Spirituales incipiendo à primo et Capitali Districtu, bona omnia vt supra dictum est, cum taxatoribus ad singulos Districtus electis seu eligendis taxabunt seu estimabunt.

Verum prestabunt prius Iuramentum corporale in manibus sui Epi, q̄ non amore, non prece, odio, metu, fauore, etc. sed iuste et secundum Deum, ac conscientiam, ac iustum rationis sue iudicium, bona omnia taxabunt, et estimabunt.

Si uero Taxatores Spirituales et Seculares inter se fuerit discordes in taxatione aliquorum bonorum Spiritualium aut Secularium, huiusmodi differentiam et quibus ra:

tionibus et causis quęq pars nitetur, et assertionem ac motum animi sui fulciet, describent, et ad nos ad proximum generalem Conuentum preferent, reuidendam per nos et Consiliarios nr̃os, et iusticia mediante decernendam.

Peracta autem in singulis Palatinatibus et Districtibus eorũ taxatione suprascripta, descriptisq diligenter omnibus differentiis, si quę circa eam exorientur, eam Palatini ipsi Castellani, et Taxatores Spirituales et Seculares suprascripti, in singulis Palatinatibus conscribent, ac in regestra seu libros redigent ac redigi facient, illaq manibus propriis subscripta Sigillis suis obsignabunt, quę Palatini ipsi terrarũ ad se recipient et nobis afferent, ad proximũ generalem Conuentum, in quo nos cum Consiliariis nostris et terrarum Nunctiis, visis, perspectis, et mature perpẽsis taxationibus omnium bonorum, constituemus modum et ordinem defensionis Regni nr̃i, qui eidem regno vtilis et subditis nr̃is tolerabilis et ferendus sit futurus, idq quod nobis in ea ipsa taxatione bonorũ moderandum, augendũ et minuendum videbitur facere et constituere cum Senatu Regni nr̃i et nunctiis terrarũ curabimus.

Quia vero nos ferimus multa onera in sustinendo Statu nr̃o Regio et expediendis reipublice negociis, non visum fuit vt bona nr̃a Regia, quę libera et non oppignorata habemus, subijcerentur taxationi suprascriptę quoniam nos pro officio ac debito nr̃o, proq virtute et benignitate Regia, nunq̃ deesse solemus, nec vnq̃ deesse volumus, viribus et facultatibus nr̃is defensioni ipsius Regni et subditorum nr̃orũm.

Verum bona reliqua omnia nr̃a Regia, in summis pecuniarũ quibuscũq obligata, subiecimus, et subijcimus taxationi

ſupraſcripte/ que perinde taxari et eſtimari debebunt/ ac
aliorum/ ſubditorum nrorum ſpiritualium et Secularium bona
hereditaria et obligatoria taxabuntur.

Quocirca vobis omnibus Palatinis/ Caſtellanis/ ceteriſq;
Dignitariis et officialibus ac vniuerſis ſubditis nris/ tam
Spiritualibus q; Secularibus Regni nri/ preſentem conſti-
tucionem Conuentus generalis denunciamus/ mandamusq;
vobis/ vt illam eo ordine et modo vt premiſſum eſt/ diligé-
ter exequamini/ pro fide vra ac gratia nra non alte fa-
ciuri. Dat Cracouie in Conuentu generali feria ter-
cia proxima/ poſt Dominicam Reminiſcere Anno domini
M° D XXvij° Regni noſtri anno XXi°

Sigismundus .i. Rex Polonie
Castellanis regni Polonie.

Generose, fidelis dilecte, Constituimus in hoc Conuctu generali Crac, vt in omnibus Palatinatibus Regni mei, fierent Conuctus particulares, in locis consuetis, ad exequendu ea, que decreta sunt in eo ipso Conuctu Crac. et eligendu eos, qui taxatui sunt bona omnia, et fructos, iuxta decretu Conuctus Piotrcouien, ante biennium habiti, quod, in pnti gnali Conuctu est approbatu, simul et ad designandu, atqz eligendu vnu vicu nobilem, ex ordie nobiliu, qui cu Palatino, et Castellano, et exactoribus, publicas Contributionu pecunias dispensent, et ad comitte; du illi demu, qui prius ad Jura, et Statuta Regni mei reformada, erat designatus, vt paratus sit ad hoc ipsu, reformationis Juriu, et Statutoru, negotiu ceptum, cu aliis perficiendu; quando teis meis fuerit admonitus. vel si is morte obiisset, ad aliu in eius locu eligendum. Quare Conuctu ipsu particularem in
pro feria tertia proxima, post Dnica Judica, proxime futura statuimus. Mandamusqz tue fti vt ad illu profiiscatur, et omnia supradicta, atqz alia, que necessaria esse videbuntur, iuxta Constitutiones ipsius Conctus gnalis Cracouien, cu Palatino, ac aliis Dignitariis, et nobilibus, agat, et exequatur. Progra mea. Crac in Coventu gnali feria tertia pxia post Dnica Remisere M.D.xxvij.

Sigismundus primus Rex Poloniæ Nobilitati

GEnerose fidelis dilecte, Constituimus in hoc Conuentu generali Craconien, Conuentus particulares, in locis consuetis, ad exequendas Constitutiones, in eodem Conuentu decretas, quæ isthic vobis, per Palatinum, vel Castellanum, denuntiabuntur. Itaq; mandamus tuæ fti. vt in pro feria tertia proxima post Dnicam Iudica proxime futuram, proficiscatur, et eas ipsas Constitutiones, cum Dignitarijs, et Officialibus, alijsq; Nobilibus exequatur, Pro gratia nra no aliter factura. Datum ~~vts~~ fla in proxima post dominicam Reminiscere 1527 Regni nri 21

Capitaneis Arcium.

GEnerose fidelis dilecte, Constituimus in hoc Conuentu gnali Craconiensi, Conuentus particulares, in omnibus terris Minoris Poloniæ, in locis consuetis, pro feria tertia proxima, post Dnicam Iudica proxime futuram, ad exequendas Constitutiones, in eodem Conuentu decretas, quæ per Palatinum, vel Castellanum, denuntiabuntur. Quia vero in ffa tertia pdicta pus Dnica Iudica, Conuentus etiam particularis agi debet, mandamus tuæ fti. vt illum per publicas proclamationes, quæ primum publicari faciat, lrasq; nras, qs ad Dignitarios, et offles ac nonnullos Nobiles mittimus, diligenter, et absq; mora distribuiturret, Quæ aut intitulate no fuerit, illas Nobilibus, quos

isthic insignioxes noxit, intitulari, et ad eos transmitti
faciat. Pro debito officij sui, et gratia mea. Dabu

De eliminanda moneta Swidnicen e Regno Polonie.

Sigismundus. etc. Vniuersis et singulis Principibus tam spiritualibus, q3 Secularibus, Rcmis ac Rndis in Chro patribus, dnis Archiepis, Epis, necno Magcis, Generosis Nobilibus, Famatis, et Prouidis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Temtariis, terrigenis, et quibuscunq3 aliis Dignitariis, officialibus, et eorum vicesgeren, hæredibus, Aduocatis, Scultetis, Ciuitatum q3 et opidorum mcorum, et quorumcunq3 subditorum mcorum, ngrum Ciuium, Consulibusq3, ac Comitatibg, et generaliter omnibus subditis mis, cuiuscuq3 conditois, et preeminetie existentibus, ad quos pntes mee lre peuenerint, et ad quorum notitia veresimiliter, infrascriptum edictum meum perlatum fuerit, sincere, et fidelibus meis dilectis. Salute, et gratiam mam Regiam.

Sincere, et fideles dilecti, Jam satis vobis constare potest, vt grauissimis dammis afficiat, vniuersam Rempublicam, Regni mei, moneta Swydnicen, que hactenus cohiberi no potest, ignorantia simplicium hoium, et licetia eorum, qui decreta, et prohibitiones meas transgredientur, que quide damna, nos considerantes, et futuris maioribus incomodis, ex eade moneta, fortiori remedio, obuiare volentes, decreuimus, in Cometu gnali nouissime acto, cum vniuerso Senatu Regni mei, eandem monetam Swidnicen, prorsus

ex Regno nro extirpandu esse, ita, q; deinceps nemo illam recipere, expendere, aut in Regnu et Dominia, nobis subiecta inferre audeat, sed quisq; intra hunc annu, als hinc ad duodecimu diem Marcii, futuri anni, illu extra Regnu exportet, aut pmutet per modu cambii, aut rerum emptionis, seu quocumq; negotiationu genere, sub poena nra Regia quatuordecim marcaru, et amissione hmoi pecuniæ. Et qui illu intra hoc tempus, pmutare, et alienare à se, no posset, expendat illu et pmutet, intra spatiu huius anni, sed no earius, q; quemlibet eius mediu grossu, per quinq; denarios, aut ad officinu nra monetaria illam portet, pro qua dabitur bona moneta, et soluetur similiter illi, pro quolibet medio grosso Swydnicen, quinq; denarii usuales. Post exactu aut annu, ea ipsa Moneta, per quam splendor et decus Altis nre Regie imminuitur, omniumq; Statuu, et ordinu hominibus, non mediocre damnu infertur, nullo modo recipiatur, sed tanq; falsa, ac noxia, ab omnibus vitetur. Et apud quemcq; hominem, cuiuscumq; Status, et conditionis, reperta fuerit, et perdere illu debeat, et poena quatuordecim marcaru puniri, sic q; apd quem cunq; duo grossi illius, in una marca, inuenti fuerint, totu illu marcu perdat, absq; spe alicuius remi.

Quia vero preter ipsa, externa Monetu Swydnicen, magna etiu vis falsæ monetæ, tam in Regno nro, q; etiu alibi, excussa est, et excuditur, in maximu damnu, et detrimentu Reipublice ipsius Regni, et Dominiorum nrorum, Proinde ne malefactores cudendi illu deinceps, et importandi in Regnu, occasione habeat, volumus, et

Mandamus, vt Capitanei locorum, seu Vicecapitanei, vna cum Proconsule, et Consulibus, Ciuitatum et Opidorum Capitaneatuum suorum, constituant Braccatores, in singulis Ciuitatibus, et Opidis, qui eandem Monetam signent, et notam, seu signum percussionis, illi imponant, quo facilius cognosci ab omnibus, et vitari possit, Ipsis aut Braccatoribus, qui huiusmodi falsam Monetam conspecturi, signoque et impressione, notaturi erunt, Proconsul, et Consules, vniuscuiusque Ciuitatis, et Opidi, salarium competens, cum Capitanei, seu Vicecapitanei scientia, et moderatione, constituent, ex poenis predictis soluendum.

Vt aut, tam prefatam Monetam Swidnicen, quam aliam falsam omnes homines, facilius noscere, et cauere possint, volumus, et precipimus, vt per officiales Ciuitatum, et Opidorum, in singulis Ciuitatibus, et Opidis, aliquot medii grossi, tam Swidnicen, quam false monete, circa Pretorium, vel alium locum publicum affigantur, quo ab aduenientibus, et illos noscere volentibus, videri, et conspici possint, parum enim admodum, à vera Moneta nostra differre videntur.

Quocirca vobis, et presertim locorum Capitaneis, et eorum Vicesgerentibus, committimus presentibus, mandantes, quatinus hoc edictum nostrum, per loca, Ciuitates et Opida, et apud Parochiales Ecclesias diebus festis, per publicas proclamationes, ad vniuersorum notitiam denunctiari, exemplaque, seu Copias presentium, ad valuas Pretorii, et Ecclesiarum, affigi faciatis. Custodesque

in finibus Regni constituatis, qui diligenter inquirant, ne deinceps ea ipsa Moneta Swidnicen, in Regnum inferatur. Quiquidem Custodes, apud quemcumq; illam inuenerit, recipere eam possint et debeat, et pro fisco nro Regio conseruare.

Quantum verò ad falsam Monetam attinet, contra hmoi falsarios, et ea vtentes, Statutum Regni comune desup aeditum, extendatur.

Que omnia et singula pmissa, sedulo exequi volumus, per eos, quorum interest, sub poenis, contra negligentes Capitaneos, et officiales constitutis, et gratia nostra. Datum Cracouie sabbato proximo ante Dnicam Conductus Pasche. M°. D.° XXVij. Regni nri, anno XXj°.

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoniæ &c dnus et hæres

Vniuersis et singulis Principibus, tam Spiritualibus q̄ Secularibus, Rmis ac Reueren̄ in Chr̄o Patribus et dominis Archiep̄is Ep̄is, necnon Mgcis Generosis Nobilibus Famatis et prouidis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis, Terrigenis, Nobilibus, Officialibus, et eorum vices gerentibus, Ciuitatumq; et Oppidorum tam nostrorum q̄ quorumcūq; subditorum nr̄orum, Mgr̄is Ciuium necnon Cōsulibus, Ciuibus Oppidanis et eorum comūnitatibus, et generalr̄ omnibus subditis nr̄is Spiritualibus et Secularibus cuiuscumq; Status, sexus, conditionis et preeminentiæ in Regno nr̄o existentibus, Sincere et fidelibus dilectis, Salutē et gratiam nostram Regiam, Sincere et fideles dilecti, Quāuis nos, de consilio et consensu omnium vtriusq; Status Cōsiliariorum et Nunctiorum terrarum Regni nr̄i in Conuētu generali Piotrkonien̄, ante triennium acto, libertates q̄plurimis Ciuitatibus et Oppidis tam nr̄is, q̄ etiam Spiritualium et Secularium subditorum nr̄orum, à soluendis Theloneis nr̄is antiquis, per nos, predecessoresq; nr̄os concessas propter Reipublicæ arduam necessitatem, ad quinq; annos suspenderimus, ita, vt deinceps, quilibet Mercator intra tēpus

ipſius quinquennii/ de prędictis Ciuitatibus/ et oppidis liberis/ à rebus et mercibus ſuis/ ipſum Theloneum antiquum nobis ſoluere/ idęq; Theloneatoribus nr̄is reponere tenebatur. Tamen conſiderantes/ ex hac ſuſpenſione libertatu ipſorum ſubditorum vniuerſi Regni magnum detrimentu/ de conſilio tocius Senatus ipſius Regni nr̄i/ et Nunciorum terrarum/ in proximo preterito Conuentu generali Cracouien congregatorum/ ipſas libertates/ à ſoluendis Theloneis antiquis in priſtinum Statum omnibus et ſingulis Ciuitatibus et oppidis quibus conceſſe ſunt reſtituimus earumq; ſuſpenſionem relaxamus/ et penitus tollimus, ac relaxamus per preſentes. Quocirca/ mandamus vobis vniuerſis et ſingulis Theloneatoribus nr̄is/ in Regno et dominiis noſtris vbilibet exiſtentibus/ ac eorum vices gerentibus/ vt deinceps à Ciuibus et oppidanis de Ciuitatibus et oppidis/ libertatem et immunitatem à ſoluendis dictis Theloneis antiquis habentibus/ cadem Thelonea antiqua non exigatis/ nec exigi faciatis. Verum nicolas earundem Ciuitatum et Oppidorum in eorum libertate quam habent à nobis ſeu predeceſſoribus nr̄is ſibi conceſſam/ et qua ante hac vſi fuerunt conſeruetis et conſeruari faciatis pro fide vra et gratia nra non aliter facturi Dat Cracouie Sabato proximo ante Dominicam Conductus Paſche/ Anno domini M°. D. XXvii° Regni noſtri anno XXi°

Sigismundus Dei gra Rex Polonie Magnus Dux
Lithuanie Russie Prussie Masonie etc dnus et heres

Vniuersis et singulis Principibus tam Spiritualibus q Secu:
laribus Rmis ac Reuerend in Chro Patribus et dominis
Archiepis Epis necnon Mgcis Generosis Nobilibus
Famatis et Prouidis Palatinis Castellanis Capitaneis Te:
nutariis Terrigenis Nobilibus Officialibus et eorum vices
gerentibus Ciuitatumq et Oppidorum tam nrorum q quorum:
cunq subditorum nrorum Mgris Ciuium necnon Consuli:
bus Ciuibus Oppidanis et eorum communitatibus et gene:
raliter omnibus subditis nostris Spiritualibus et seculari:
bus cuiuscumq Status sexus conditionis et preeminentie
in regno nro existentibus Sincere et fidelibus nobis dile:
ctis Salutem et gratiam nostram Regiam Sincere et fide:
les dilecti Manifestum vobis et cuilibet vrm facimus per
presentes Quia nos considerantes ac nobiscum reputan:
tes varias et multiplices iniurias et grauamina que
ex Slesia Regno et subditis nris inferuntur presertim
Moneta Swidnicen que longo tempore in magna copia
in Regnum nrm inferebatur et etiamnum infertur cum
maximo detrimento subditorum nostrorum et reipublice

Regni nostri, et ad quam prohibendam, cum per hoc omne tē:
pus nichil operē et studii prētermiserimus, nec quicquā
tamen proficere potuerimus, ac proinde nullum aliud
remedium ad eam ipsam Monetam sistendā restare vidē:
tes, q̄ omne commercium, cum ea tota vicinia prohibendū
de consilio vniuersi Senatus et instantia Regnicolarum
nostrorum, inhibitionem et occlusionem omnium itinerū
in Slesiam non solum prorogandam, sed etiam diligentius
custodiendā esse decreuimus, ac vt eadem inhibitio et oc:
clusio, suum debitum sortiatur effectum, vobis omnibus
et singulis supradictis cuiuscūq; ordinis et conditionis exi:
stentibus strictissime mandamus, vt eam inhibitionem et
occlusionem firmissime obseruetis, ita q; nemo audeat in Sle:
siam res vel Merces aliquas, tam grandes q̄ exiguas, cu:
iuscumq; qualitatis fuerint, prēterq̄ Sal nostrum Regiū
vehere, vel inferre, sed nec ad alias quoq; quascūq; re:
motiores partes, easdem res et Merces de regno nr̄o per
ipsā Slesiam ducere, et boues etiam ad aliqua alia loca
extra ipsum Regnum nostrū, prēterq̄ ad ea, quē iam pridē
per nos designata, et per lr̄as nr̄as vniuersales ante biennium
omnibus notificata sunt, pellere quouis modo, prētextu,
vel colore presumat, ne dum sub ammissione ipsorū boum
Merciumq; et rerū quas contra presentem inhibitionem no:
stram de Regno nr̄o quispiam eduxerit, verum etiam bo:
norum suorum omnium confiscatione, liberum autem esse de:
bet Mercatoribus aliisq; hominibus ex Slesia, et ex aliis
extraneis partibus quibuscūq;, ad Ciuitates et Oppida
Regni nr̄i, ad ea videlicet ad quē ab antiquo ire consue:
uerant, cum rebus et Mercibus suis quibuscumq; venire
et ibidem emere aut vendere resq; et negociationes suas
ac alias actiones licitas cum nr̄is subditis exercere et cō:

tra ẽ Regno libere cum bobus rebus et Mercibus solutis Da-
ciis et Theloneis debitis exire. Subditis vero nris licebit
ad alias prouincias et regna preterq ad Slesiam res et Mer-
cas quascumq de Regno transmittere, et ducere, dumodo illas
per ipsam Slesiam non transmittant, nec duci aut vehi faciat
Et quia non verentur plurimi hanc prohibitionem et occlu-
sionem vie in Slesiam multiplicibus modis transgredi in
contemptum decretorum et mandatorum nrorum, et in pessi-
mum inobedientie exemplum, volentes tam ausibus q etiam
negociatores han ipsam prohibitionem nram transgredien-
tes severius coercere, Statuimus cum vniuersis Consili-
ariis et terrarum nuncijs in Conuentu generali Cracovien
proxime preterito congregatis, q quicunq deinceps com-
pertus fuerit, eandem prohibitionem nram transeundi
cum Mercibus aut frumentis qualibuscunq in Slesiam,
vltra fines Regni nri transgressus esse, et capite et bo-
nis omnibus puniri debebit. Qui vero non fuerit in trans-
grediendo deprehensus, sed vel furtim, vel comminenta
Capitaneorum trangressus, et dehinc domum reuersus, si
testibus idoneis conuictus fuerit, eam transgressionem
commisisse, pena capitis punietur. Si autem quispiam Ca-
pitaneorum permiserit aliquem contra ipsam prohibitionem
nostram in Slesiam transire, et Capitaneatus suo offi-
cio priuari, et alia que nobis condigna videbitur am-
aduersione, puniri debebit. Si vero fuerit Capitaneus
qui bona nra habuerit oppignorata perdere debebit absq
vlla spe veniendi, summas omnes pecuniarum, quas in ipsis
bonis meis habuerit inscriptas, eademq bona ad nos ipso
facto deuolui debebunt. Quodsi Burgrabius, Vicecapita-

neus aut Notarius Capitanei, modo supradicto excesse:
rit, et idoneo testimonio convictus fuerit, q aliquem cō:
tra prohibitionem nostram transire in Slesiam permisisset,
quovis colore vel pretextu, illum eius dominus vel eum:
cere, vel ad pœnam capitis et bonorum nobis extradere
debebit. Atq huic constitucioni, et decreto nrō vniver:
si homines, tam nri q subditorum nrorum Spiritualium
et Secularium subiacebunt, nec quisq exemptus esse
debebit. Proinde vobis locorum Capitaneis ac Procō:
sulibus et Consulibus Civitatum et Oppidorū severe
precepimus, vt hanc nostram constitucionem ac edictū,
vbiq in omnibus locis publicis, ad quē homines frequē:
ter convenire solent denunctiari et proclamari faciatis
ne aliquis ignorantiam pretendens, aliquid contra eā
constitucionem nostram comittat et pœnas suprascriptas
incurrat. Vos vero Capitanei in custodiendis, et perve:
stigandis locis omnibus, ac itineribus, ne quis eandem
inhibitionem nrām transgrediatur, curam et diligentiā
omnem adhibeatis, et quoscūq offenderitis vel deprehen:
deritis, in minima quaq re, contra hanc ipsam inhibitio:
nem nostram excessisse, illius res et ipsum met, capiatis,
et vsq ad instructionem et documentū nostrum detinea:
tis, sub pœnis, contra Capitaneos et Officiales negligen:
tes Statutis, et pro gratia nostra non aliter facturi.
Dat Cracovie Sabato proximo ante Dominicā Condu:
ctus Pasche Anno domini M° D. XXVII° Regni
vero nostri anno XXI°

Petrus Tomiczki Epus Craconien. R. Polonie Vicecancellarius Joanni Archiepo Rigensi et Epo Terbatensi

Rme in Chro pater, et dne amice charme, et maior hono, ran. Habui nuper isthinc è Roma lras, à dno Nicolao Gamrato, Decano Plocensi, quibus mihi signficauit, q3 singulari beneuo, lentia, cura, sollicitudnieq3, vra Rcma D. res, cum Regie mtis tum meas isthic egerit, quod ego illi, per omnem occasionez, omni meo studio, et facultate, omnibusq3 officiis amicicie referre studebo. Scripsi nunc eidem dno Gamrath, et comisi, aliqua negotia mea, apud Sedem Aplicam obe, vnda. Rogo itaq3 vram Rcmam D. velit se bonu, et fauc, tem Patronu præstare, et adiutor esse, vt tam Regie mtis, q3 meis desyderiis, quantum maxime fieri poterit satis, fiat. Que aut, et qualia, ea negotia sint, que eide dno Nicolao Gamratho tractanda, et curanda commedo, nihil ad presens significare attinet; quandoquidem de omnibus eis, illi abunde perscripsi, Is, Rme D. vre, declarabit, et patefaciet omnia, modo sibi fidem omnem adhibeat.

Hic apud nos, et in vicinis Regnis, tametsi nonnulle res none cooriantur, tamen omniu earu, ea est memorabilior, q, Sermus Princeps Ferdinandus Archidux, Electus Bohe, mie Rex, omnia sua consilia, et studia in hoc stabilit, vt Joannem de Sapola, iam Coronatum Regem Hungarie, Regno

370

deturbet, neqꝫ etiã dubitandum existimo, quin ipse Hũgarie Rex, ad se tuendum, et arcendam vim, enitetur, Itaqꝫ, nisi spiritus pacis, cęlitus, in animos istorũ Regũ illabetur. timenda est maxima, et periculosißima Reipce Chriane perturbatio, ne dicã ruina, Sed neqꝫ nos, qui perpetuũ, et immortale quoddam bellũ à Thartaris sustinemus, immunes à pernicie fuimus, Non profuit hyemis atrocitas, ediderunt Thartari stragem in Ducatu Lithuanie, tametsi (: Deo gratia :) non impune, Dux Constantinus quippe, sũmus cũ Thartaris belli gerẽdi Imꝑator, coacta tumultuaria manu, eos, cũ prœda, iã Sedibus suis appropinquantes, maximis itineribꝫ, per vastißimas solitudines, et frigora, adsecutus est, quos etiã (: quia in tam vastis, et õi cultu humano desertis locis, iã se tutos esse existimabant :) nec custodias, nec vigilias agẽtes, incautos aggressus, ad viginti milia hominũ, cecidit, fudit, et profligavit, prœdamqꝫ omnẽ recuꝑauit, et reduxit, Capti sunt in eo cõflictu septingenti viui, poterant capi et plures, sed haud satis tutũ visũ erat, tot penè captiuos habere, quot bellatores, Itaqꝫ prẽter eos, qui, ꝑnicibus equis vsi, effugerunt, reliqui omnes trucidati sunt,

Hẽc habui, quẽ pro sũma mea erga vr̃a Rxma D. beneuolentia, et amore, significanda illi existimaui, Quã foelicem, et incolumem esse, et fore cupio. neqꝫ ex corde cõmẽdo. Datũ

Oratio Francisci Speruli Epi Sancti Leonis: in missa Pape Clementis septimi habita ex tempore: ob memorabilem victoriam. quam Sigismundus primus Rex Polo obtinuit de Tartaris anno 1527. in mense Januario

Cum diu B. P. nihil delatu sit ad aures meas, preter miserabiles Italie, alia super alia clades, et quocumqz se se oculi mei conerterint, omnia viderint labantia, atqz ad extremam calamitatem redacta, dignu, simul et iucundu fore existimani, ex hoc ornatissimo ad dicendu loco hodie audizi, quod Serenus Polonie Rex, magnus Dux Lithuanie Sigismundus, dabis Cracovie ad te lris, scribit, diuturnu contra Thartaros bellu, à maioribus pientissime susceptum, ab eo prudentissime et fortissime semper administratu, nuc demu à pacis per insperata occasione, et quasi diuinitus, ingenti victoria illustratu fuisse, Ideoqz tu rerum bene gestarum, sanctissimus estimator, inductis vite sacris, Deo gratulari hodie voluisti. Sed ea profecto rem, alioru (ut par erat, et fieri facillime poterat) oratione aucta, atqz ornata, audire me potius decuisset, quàm obedientia mea comitti, ut quisqz ingenii mei, in dicendo culpam depressa, atqz immimuta, aliquando indicaret, Verum ipsa res gesta, per se se tam preclara est, atqz insignis, ut sperem in ea magis humilitatem, atqz obscuritatem oris mei allenari, et illustrari posse, qz ei qeqz dicendo

à me fuisse detractum, recte ab aliquo iudicari, Atq; vt
inde excellentis, memorabilisq; facinoris enarratio dedu-
catur, vnde vetus et perpetua, tam diuturni belli seges exo-
ritur, Europeæ Scythiæ, quam Sarmatiam vocat, partem
eam, quæ inter Borystenem, Meotidem, et Tanaim, latis,
inaccessisq; campis, ad Euxinum protenditur, necnõ Tau-
ricam Chersonessum incolunt Thartari, ob ingentem frigoris
vim, quam paciendo vincunt, sic appellati, Gens victu cul-
tuq; fera, et ore ipso prope monstrosa, vini, frugum, tectorũ,
rerumq; omnium, præterq; peccorum, egens cõmoditate, reli-
gionis instituto, et lingua præter suam, plurimum vtitur, Ma-
omethana, et cum finitimis Turcis, qui in eadem peninsula
Caphatam, nobile Emporium Ianuensium olim Coloniam diti-
one obtinent, magna habet cõmertia, ac mutuo sanguĩs
vinculo, sæpissime cõiungũtur, manus illis ad pugnandum
prompta, ac sane ferina temeritas, vt qui olim Batauo
Duce finibus egressi, ad Balteum mare ꝑuaserint, Indeq;
per Roxolanos, Gazeasq;, ac demum Polonos, populabundi,
in Pannonas penetrantes, omnẽ eam regionem, triẽnio
vastauere, Polonia vero ipsa, à lata, Campestriq; planiciẽ,
quam Pole Incolẽ vocant, dicta, vtramq; Vistulẽ ripam,
latissimè obtinet, et qua inferior Borystenis pars fluit,
ac demum nõ procul à Thaurica Chersonesso, Euxinum
irrũpit, Tartaris proxima est, prius tamẽ Lithuanis
Gitonibusq;, qui hodie Pruteni sunt, coniungitur, Qua vero
Germaniam spectat, Slesiẽ, Moraniẽq;, ea duplex est, Minor,
in qua Cracouia regio, hospitio nobilis, studio lr̃arum,
Maior vero, vbi Posnania, Gneznaq; ad Septemtrionem

magis porrecta, Loca habet flumĩbus, paludibusq3 pluri-
mum intercoepta, et ea quidem ita per hyemem solita gelu
cogi, atq3 obstringi, vt granibus planstris, equitibusq3 tuto trãs-
mitti queant, lato quidem plurium prouintiarum nunc at latis-
simo olim Imperio formidabilis, vt quẽ à Borysthene ipso ad
Albim Germaniẽ ditionem protenderit, Quanto aũt Poloni pie-
tatis, morumq3 cultu, quàm celebri bonarum lr̃arum, quàm pro
Militiẽ studio teneantur, q̃ hic ferè omnibus notum reor,
breuitatis cura, silentio prẽtermittam, Cum verò mortalium
iniquitate frequentissime fiat, vt finitimi, inter quos precipuè
humana vigere societas iure ipso debeat, dissidere maxime
natiua quadam inuidia videantur, quantã Polonis, Lithwa-
nisq3 esse discordiã cũ Tartaris censeamus, qui nõ de finibus
modo, sed de vitẽ institutis, de religione, de imperio, bellũ cõ-
tinẽter gerere, et dimicare cogantur? quod ipsũ interfluens
Borysthenes cruento persæpe aquarũ cursu testatur, dũ à
sua quisq3 fluminis ripa, inuadentiũ hostium impetus, in-
festis armis, retundit. Anno igr̃ superiore, cũ Turcarum
tyrannus, perrumpere in Pannoniã decreuißet, vt inuisæ
Italiẽ demũ claustra perfringeret, et Romano tantopere
expetito Imperio, potiretur, ne Poloni, belli studiis extinie-
scendi, interrũpere hoc propositũ, et Pannoniẽ Regi, eorũq3
Regis neceßario, ferre suppetias possent, ad res contra
eos nouandas, Tartaros cohortatus, bellico apparatu in-
struxit, eisq3 negotiũ indidit, vt eodem tp̃e, quo ipse Pan-
nonas aggrederetur, omni robore, atq3 impetu, in Polonos
moueret, Quodquidem et diligenter fecerunt, Eorum
vero impetus per Aestatem Poloni, non substinuerunt
modo, sed ita fortiter represserunt, et fregerũt, vt pluribꝰ

illi acceptis, q̃ꝫ illatis incõmodis, prima statim hyeme in Sta-
tiones concesserunt, Et iam Poloni quoqꝫ, Lithwaniq́ꝫ, citra
omñe belli suspitionem (· vt propter frigoris asperitatem,
vtrinqꝫ mos erat ·) in hybernis agebant, cũ subito Tartarorũ
Imperatoris (· sic em̃ Tyrannũ appellant ·) filii, magno clã
coacto exercitu, per obstrictas gelu paludes, Lithwanie orã,
parũ tum custoditã, quia custodita, satis tuto semꝑ prius
hyemis prẽsidio videbatur, inuadunt, et subito quodã quasi
armorũ diluuio obruunt, vicos tumultuose irrũpunt, popu-
lantur, exurunt, magnaqꝫ inde omnis ætatis, ac soexus
mortaliũ multitudine, peccorũ maiore abacta, eadem ce-
leritate, qua venerãt, reuertuntur. Hac re per Nũctios,
vt in tanta fieri trepidatione potuit, delata ad Constan-
tinũ, Supremũ Exercitus Lithwanici Ducem, pietate,
rei Militaris scientia, virtute, et fortuna insignem, nec
semel ex hoc loco, ob rem sæpe gestã, foeliciter, laudatũ,
vir ille ætate iã grauis, sed animorũ adhuc plenus, et
subitos belli casus, ac varietates, tot annos expertus, ex
hybernis, hincinde, qua festinatione potuit, ad delectorum
Equitũ septem millia reuocat, magnã prẽdã, paucorũ
hostiũ dolo abactã docet, factuqꝫ facillimũ fore, vt si
cũ eo simul diligentia, et celeritate vti velint, ne prẽda
ipsa modo ex oñatiũ, et nullo ordine procedentiũ, manu
extorqueatur; verũ insignis aliqua illis clades, inferri
possit, Sicqꝫ dissimulata hostiũ multitudine, et negotio
grauissimo, pro facili persuaso, nulla interposita mora,
ꝑer loca auia, æqua, et iniqua, omniaqꝫ niue, glacieqꝫ

obducta, hostes aliquot dierũ, ærumnoso itinere ꝑsecutus,
propinquos demũ domesticis stationibus, et iã iam abeũ-
tes in tutũ, ideoq; periculi omnis securiores incautioresq;
xxvij^a Ianuarij, haud procul à sylua, quẽ nigra dici- 1527
tur, repentino incursu, et clamore adortus, priusq̃ sui,
nedũ armorũ, meminisse potuerint, latè fundit, fugatq;
et fœdè cæcendo insequitur, Pari tum quoq; fortuna,
ad octo millia equitũ, qui è proximis stationibꝰ effusi,
obuiã suis, prẽda grauibus, gratulabũdi prodierãt, in su-
bitã fugam actos, paßim ferro absumit, Tum vidisses
captiuos ipsos, vt qui insperato auxilio reuixissent, quasi
ex timidis agnis, animosos leones factos, ad suã quemq;
inuiriã vlciscendã insurgere, ex labentiũ hostiũ manu
arma corripere, stratos trucidare, equos suffodere, et
mutatẽ rerũ conditionis haud quaq̃ ignaros, quã ab
hoste timuerãt crudelitatem, in eundem strẽnue exercere,
atq; inuiso prædonũ sanguine cruentari, deniq; pugnã-
tiũ simul, ac fugiẽtiũ hostiũ, supra xx. millia, stra-
ta sunt, septingenti ex primoribus capti, Tyranni verò
filii, quantũ ex repertis armis conijcere potuerunt,
et ipsi à nr̃is occisi, Quodq; miraculũ auget, Chr̃ianorũ
ad quadraginta millia, ex hostiũ potestate in libertatẽ
asserta, pauci desyderati, vnoq; momẽto, tanta rerum
mutatio fuit, vt victores fugati, cæsiq; sint, captiui nõ
recepti modo, sed ipsi Victores facti, sũma vis prædẽ
recuꝑata, et ad suorũ cuiusq; lachrymas gaudia depor
tata, Sed dum hẽc narro, et longe quidem impari

dicendi facultate persequor verum, Abrahe facinus illud, vetustis scriptorum monumentis, tantopere celebratum, animo obuersatur, videor videre Abraham ipsum, fraterne cladis nuntio, haud quaqz animo consternatum, sed animosa charitate incensum, ore, oculisqz, piam vindictam spirare, iubere mox suos, ad trecentos decem et octo, contra hostium millia, armis accingi, pugne expediri, et iam arripit iter Dux egregius paucorum, iam assequitur hostem, iam cominus conserit manum, mirum, vt coniurati bello, tot Reges, periculo se se turpi fuga eripiunt, reliqui dispalati caedunt. Frater, ex confertissimo hostium cuneo extorquetur, familia recuperatur, ac preda recipitur, Ille vero in summa laetitia, et gloria, humilis pacatusqz domum reuertens, Deo acceptam, non sibi, non suis, tantam victoriam refert, Sic tu Serme Sigismunde, decus, et praesidium pietatis, non Constantino tuo Duci inuicto, non strenuis tuis equitibus, non foelicibus auspicijs tuis, sed Deo optimo maximo, tantae victoriae gloriam defers, illi totam asscribis, illius propriam, et peculiarem fateris, Idqz aemulus Abrahe facis recte, ac pientissime quidem, Quis enim Aegyptios illos Chaldeos, Philistaeos, caeterosqz populos orientis complures, quod testantur Annales veteres, profligauit? solus nimirum Deus, qui deijcit impios, et erigit iustos, qui respicit terram, et facit eam tremere, qui tangit montes, et fumigant. Sed tum vera demum laus, et gloria redundat in hominem, cum ab homine in Deum, tota effunditur. Quapropter, et Illmus Constantinus Dux tuus, et equidem

pancorum ille delectus, suam laudem senciant, famem preco-
nijs celebrentur, et tam generosi, rari, piiq3 facinoris gau-
deant memoria sempiterna, Tu vero, tametsi tanto certa-
mini nõ adfuisti, tamẽ vicisti, quia adfuit virtus tua,
pietas tua pugnauit, tua merita euicere, Hic hic fructus
fortitudinis tuæ, qua rebelles Deo Germanos, q3 longissime
tuis finibus abegisti, Lutheri incendia, quoadusq3 tuis
armis, progredi licuit, extinxisti, Scimus, scius ausus
illos nefarios, tua potissimum pietate, diligẽtia, cõstãtia,
fuisse repressos, et cum tui vicerint, nõ tu vicisse videaris?
Vere tu victor, vere foelix, qui nõ in angustum Italiæ Re-
gnum, nõ in hũc nr̃um Europæ angulum, in quo, proh ne-
fas, et dolor, tamdiu certatur, arma cõuertis, non, ex
plusq3 Ciuili bello, triumphos expectas, impiam impiam
Scythiam vexas, Asiæ Regna Reipcæ Chr̃ianæ affectas, et
in veras hostes sæuiendo, sedula proficis pietate, et nos
quottidie, aliquo virtutis tuæ, preclaro facinore, aris sacra
instaurare, et sancta facis lætitia exultare, Benedictus
Abraham, inquit Melchisedech, benedictus, dic etiam tu Pr̃
beatissime, Sigismũdus Deo excelso, qui creauit coelum
et terram, et benedictus Deus excelsus, quo protegente
hostes fuerunt in manibus Abrahæ, et nũc sunt in tuis
manibus foelicissime Sigismũde, qui vt iustas belli causas
pro pietate, pro Chr̃o seruatore nr̃o ꝓsequeꝝ, Sic tibi fre-
quens victoria cõtingat in terra, et æternus triumphus
nõ desit in coelo,

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Regi Vngarie

SErme, etc, Perpetuorum hostium nrorum Thartarorum, cedem, victoriaqz, quam nobis dns Deus, de ipsis, per nros, nuper in Magno Ducatu nro Lithuanie, concessit, tametsi paulo ante lris nris declarauimus Mti vre, pro summo meo erga illa amore: tamen iterum significans ea illi, per hunc fidelem dilectum, Generosum et Strennuum Hieronymum Noskowski, Aulicum meum, Atqz ex numero captiuorum, qui ad nos adducti sunt, per eundem, eidem Mti vre, quatuor millium, no quo triumphos, aut victorias nras ostentemus, aut iactemus, sed petentes, vt pro tali ingenti dono, Mtas vra, pro virtute sua ac pietate insigni, pariter nobiscum, Deo immortali, gratias agat, eumqz precetur, vt olim iunctis viribus cum ea, maiore, ex fidei nre hostibus, victoriam reportemus, et de grege Chri, qz optime mereamur, Quo modo, et quo ordine, victoria hec nobis obtigerit, si audire libuerit, intelliget ex eode Aulico meo, Affuit em tunc coram nobis, cum hij, qui in eo bello strennua opera nauarunt, captiuosqz adduxerunt, de eis rebus referebant, Que Hieronymus Mti vre ex aio commendamus, Rogantes eam, vt illius, simul ac negocii, pro quo, coram ea acturus est, clementem rationem habere, fauoremqz et gratiam suam illi impartiri dignetur, Et faustissime, ac diutissime valeat, et regnet Mtas vra, Cuius amori nos commendamus. Crac xxiij Marcii. Mo. Do. xxvij.

Responsum a Sigismundo rege Polonie datum nunciis Ducatus Masouie in Conuentu Cracouien per mensem Februarium et Marcium 1527 habitum.

IN tota Legatione vra, dñi Legati, duas res precipuas, potissimum petere, visi estis, Vnam, vt Regia vtas, filiu suum Illmu d.d. Sigismundu, iam Magnu Ducem Lithuanie designatu, vobis, in dnm et Principem, Ducemqz Masouie daret, constitueretqz, quo vgt Ducatus ipse Mazouie, Ducibus suis, Stanislao, et Janussio nouissime extinctis, orbatq, veterem forma Ducatus, qua, à tot annis, florebat, dum proprium, et peculiarem Ducem haberet, retinere posset, Hoc nempe esse vestru, totiusqz nobilitatis Mazouie, precipuu robur, atqz firmamentu, si filius sue vtis, vobis seorsu imperaret, Ducemqz Masouie ageret.

Alteru, qua ex priore, tota dependere asseruistis, vt sua vtas Jura, Priuilegia, consuetudines, libertates, quibus sub Ducibq Masouie, à tot Seculis gaudebatis, vobis conseruaret, et cofirmaret, Id aut tunc optime et facillime fieri posse, si modo filiu suu, vobis sua vtas seorsu dominari permitteret.

Quantu ige ad priore petitione vram attinet, sua vtas ita vobis respondere dignatur, prout eia mp Varsauie respondi mandauerat, Primu, hanc vra voluntate, et affectione, qua sue vtis filio Illmo dño Sigismundo etc

affecti estis, plurimum probat, et commendat, vultq; et pol-
licetur illam vobis, et vniuersis Statibus Ducatus Maso-
vie, fauore, et gratia sua Regia referre,

Sed quod filium eius, vobis in Ducem Masouie, et dnm ve-
strum, dare deberet, id sue Mti (: cum ob ætatem filii sui
teneram, et ad imperandum minime aptam, tum ob multas
alias causas :) facere no est visum, Quin sua Mtas Regia
in hoc est, vt vniuersum Ducatum Masouie (: eodem Iure,
foeudi ad se deuolutum, quo olim partes eius, et ad Sermu
parentem, et fratres sue Mtis Reges Polonie, deuolute erat.)
obtineat, possideatq;, prout iam obtinuit, et iustissime possedit,
eumq; Imperio, et auctoritate sua, et nullius alterius, re-
gat, et moderetur, tali modo, et forma, put aliis suis Do-
minijs imperat. Frustra igr vobis est, alium dnm petere,
cum sua Mtas vobis id non est concessura.

De conseruatione Iurium, Priuilegiorum, consuetudinum, et liber-
tatum vrarum, terreq; Masouie, et reliquæ nobilitatis, quæ
fuit altera pars petitionis vre, sua Mtas ita vobis res-
pondere mandauit, q; inter cætera, Iurium, libertatum, et
Priuilegiorum etc Instrumenta, quæ coram sua Mte produxi-
stis, animaduertit sua Mtas certas lras Illustr olim Bo-
leslai, Ducis Masouie, vobis concessas, In quibus post mul-
ta id clare expressum est, q; Ducibus vris, semper seruitia,
et expeditionem bellicam, vigore earundem lrarum, prestare
tenebamini, Id et modo foelici suo Principatu, quo, Iure
feudi, vobis dominatur sua Mtas, à vobis omnino

habere vult, vt pariter et æqualiter, cum vniuerso Regno Poloniæ, siue inferendi, siue sustinendi belli onera subeatis.

Quia vero, quod ad expeditionem bellicam seruiendam attinet, quo modo, et quo ordine, eam Regia Mtas, à Ducatu Masoniæ habere vult, dixistis vos, non habere facultatem à fratribus vris, aliquid super hijs et aliis, quæ vobis, nomine Mtis suæ dicta sunt, agendi, vel suscipiendi, Et ideo peciistis, vt sua Mtas faueret vobis, eandem rem, ad fratres vros referendam, Ob eamq3 rem Conuentum vobis, in Ducatu Masoniæ indici postulastis, Mtas sua acquiescit petitioni vræ, et Conuentum vobis in Ducatu Masoniæ, indicere oportuno tempore dignabitur.

Ex quo aut seruitium expeditionis bellicæ, vt pote primarium, et maxime vrgens negotium, ad Conuentum Masoniæ, ad conferendum sup eo, cum reliquis fratribus vris deferri postulastis, Ideo etiam Mtas Regia, confirmationem reliquorum Iurium vrorum, etiam in aliud tempus differre dignatur.

Et hoc est Responsum suæ Mtis, quo, ad legationem vram, quam generatim coram sua Mte habuistis, vobis respondere dignata est.

Responsum a Ser^mo Dño Sigismundo rege Polonie Datum ad postulata Masouiensium. eorum nunctiis datum in Conuentu Cracouiensi 1527

Animaduersionem in eos, qui, tanq3 Illmorum dñorum Masouie Ducum mortis, causa essent, notati sunt, quo plenius, certius, et lucidius, de vniuersa re, inquirere posset, suspendit sua Mtas, ad alium et proximum Regni sui generalem Conventum.

Concedit sua Mtas, vt interim Judicia terrestria, more solito, et antiquo celebrentur, iuxta antiquam consuetudinem, vt etiam appellationes habeant locum, ex terminis Comibus ad gnales, et ex gnalibus terminis, ad Conuentionem generalem, in Ducatu Masouie, in sex septimanis, post cotinuationem terminorum Ducalium, et non alibi celebrandam, Ea tamen conditione, vt ex ea ipsa Conuentione gnali, vnicuiq3 ad suam Regiam Mtem, appellare et prouocare liceret.

Nobiles, qui extra Ducatum Masouie, possessiones in Regno habent, et in Ducatu Masouie resident, expeditionem bellicam de bonis in Regno habitis, per alias personas facient. Sed si eos lre Restium, que, ante tempus expeditionis, mitti solent, in bonis, que in Regno habent, occupauerit, ad expeditionem bellicam proficisci tenebuntur.

Efficiet etiam Mtas sua, vt limites inter Ducatum Masouie

et Ducatu Lithwanie, necno Prussie, Russie, et terram Lukomiensem, cu bonis Vodinye, et aliis nobilibus determinentur, propter oppressiones subditorum ex vtraq3 parte.

Quod à sua ãte petitu est, vt si sua ãtas, per aliquem subditu suu, pro limitibus faciendis, inter bona sua Regia, et bona nobiliu, det Cõmissarios, ad determinandu ipsos limites, iuxta antiqua consuetudine, prout tpe admiñ strationis dnorum Ducu, obseruatu erat, Id sua ãtas in aliud tempus suspendit.

Vult item sua ãtas, vt thelonea, et foralia, ex subditis Ducatus Masonie, nõ aliter, q3 iuxta consuetudine antiqua, prout tempore Ducu exigebãtur, exigantur, in locis vbi institutis, et nõ vltra, solu iuxta Statuta, et Priuilegia terrestria, illius Ducatus.

Vicesgerentem in Ducatu Masonie, conseruat Regia ãtas dñm Palatinu Masonie, in ea facultate, qua eu Varssauie instituit, vsq3 ad proximu generalem Conuentum.

Deputabuntur etiã per ãtem suã, tempore suo, certi Judices, et Dietę obseruabuntur in locis consuetis, super iniuriis indicãdis, in limitibus vtrarumq3 partiu, vbi Russie, Prussie, Lithuanie. Similiter pro Colonis, seu Cmethonibus fugitiuis, ac alijs õibus iniuriis, prout ex antiquo obseruabatur.

Q petitur, ne ãtas sua dignaretur dare lras, suie

Cōmissiones, nisi ad limites faciendos, et hoc, vbi talis limitatio, attingeret bona Regalia, tum etiā pro facienda divisione bonorū inter fratres germanos, nec etiā Inhibitionū lr̄as, vel aliquas alias, quē libertatem Iuditiorū, in Ducatu Masoniē, consuetā, impedirent, dari permittat: M̄tas sua vult, in hys rebus, ea auctoritate vti, qua, dn̄i Duces defuncti, vtebantur.

Obseruabit prēterea M̄tās sua morem, qui tempore dn̄orū Ducū obseruabatur, et hoc in negotio hospitalis. Similiter circa omnes bona Ecclesiastica habentes, In nulla enim re vult derogatū iri auctoritati suē, sed ea ita vti, prout dn̄i olim Duces vtebantur.

Petitū etiā est, vt M̄tas Regia absolueret terrigenas, à labore pontis circa Blonye, et vt opidani Blonen̄ laborent Pontem ētc. Sua M̄tas ad prēsens vult, vt ita obseruetur, quemadmodū antea fuit obseruatū, Postea successu temporis, poterit sup̄ talibus rebus, sua M̄tas constituere, pro libito suo, et prout illi melius, et vtilius videbitur.

Quod ad negotiū salis attinet, n̄o est opus iā aliq̄d constituere, cum sua M̄tas copiā salis, per fluuiū Vistulā, iā dimitti curauit, quo omnes Incolē Ducatus Masoniē, et n̄o alio, vtentur.

Placet etiā Regiē M̄ti, ne causē merè tr̄estres, in Iure sp̄uali iudicētur.

De p̄uisiōe Cōsiliariorū Ducatꝰ Masoniē negotiū R. M̄tas in

aliud tempus suspendit.

Difficile est sue mti, remittere prouentus retentos, ꝓpterea, q̄ Ducatus Masouie, magno ære alieno, granatus est, ipsiq3 Duces, multu ǽris alieni reliquerūt, quod tamen sua mtas dissoluere intendit. Nihilominus tamē sua mtas, benigna, et clemētem ratione, pauperu hominum, et egenoru, habitura est,

Prouidebit preterea mtas sua, ne Cortisani, Iurapronatq Secularium hominu, in Ducatu Masouie, quocumq3 modo, turbent et inquietent.

Castellanos et alios Consiliarios, per dnos Duces olim institutos, conseruabit mtas sua in eoru dignitatibus, veru Capitaneatus Castroru, et bonoru suoru, atq3 alia temporalia officia, arbitrio, et voluntati sue reseruat, de illisq3 pro commodo, et libito suo disponere semper dignabitur.

Curialibus, Ducalibus, exoluet stipēdia merita sua mtas, ad tertia Dnica post festu Pasche, hoc est ad Dnicam Iubilate,

Curabit et de Lutheranis inquiri, idq3 vt fieret, mādauit sua mtas ia cora Nunctijs, Reueren dno Epo Posnan, Quod etia Capitaneis locoru, mandatura est.

Pretiu salis moderabitur sua mtas in Ducatu Masouie. q3 leuissime et equissime fieri poterit.

Subueniet etia sua mtas tempore suo granamini. &

oppressioni, subditorum Ducatus Masoviae, quod a dnis, et officialibus Ducatus Lithuaniae, et Russiae, ratione Possyemczizna, paciuntur, modo sua Mtas admoneatur tunc, quando in tris illis, cum quibus de eadem Poziemczisna, tractari conveniet, constituetur.

Facit etiam Regia Mtas ptatem cuilibet, homines ex Ducatu Masoviae, ad terras Prussiae transeuntes, sive fugientes, in finibus Masoviae, detinendi, Arrestatione aut talium hominum, ne inter vicinos Ducatus, dissidia et simultates orirentur, in aliud tempus suspendit.

Delatum est insuper ad suam Mtem, quomodo dni Gastolt Vilnensis, et Petrus Kiska Polocensis, Palatini, magnam partem Ducatus Masoviae, occupare conatur, et iam occupaverunt, super ea controversia, dabit sua Mtas, utrorumque Dniorum Consiliarios, qui, loco, et tempore debitis, controversiam diriment. et quemlibet, intra suos ltimos fines, se continere, auctoritate suae Mtis cogent.

Mandabit ultimo Notariis suis Mtas Regia, ut Census, Contributiones, et pventus omnes, non servent, nec retineat in bonis Nobilium, ultra unum annum, sed ut eos quolibet anno plenarie exigant.

Sigismundus primus Rex Polonie / Adriano Golinski Castellº Visegraden Alberto Popielski: Joanni Bielinski Canonicis Varsseuien.

GEneroſe et Venbiles, fideles, et denoti nobis dilecti. Roganit nos impenſe Illuſtr dna Anna, Dux Mazonie, per ſuu Nuctiu, quem ad nos miſit, vt Aulicis et Seruitoribus Illtris olim dni Ducis Januſſii, fratris ipſius, eorw ſtipendia ſolui, et tempus eorw ſeruicii, vſq3 ad diem ſepulture ſue computari iubereg. Nobis vero no eſt viſu, vt eadem ſtipendia computari deberent ipſis Aulicis, et aliis Seruitoribus ad diem ſepulture, que fuit preter. vlla causa neceſſaria extracta in longum, sed ad diem morbis dni Januſſii Ducis, Et ita volumus, vt ea ſoluatis, et computetis.

Quod attinet ad alios ſeruitores, qui no habuerut mercede condicta, nec ſeruitiu ſuper eqnos, cu neſcianms, q3 longo tempore quisq3 illorw ſeruierit, vobis committimus, et mandamus, vt inter eos, quinquaginta ſexagenas groſſorw, in mediis groſſis, dimidatis, ſecundu arbitriu et Judiciu veſtru, penſata cuiusq3 illorw fide, et ſeruiendi ſedulitate, Quibus vero ſeruitoribus, precio comictis, pannus adhuc Lundenſis debetur, volumus, vt cu illis actis, ad ratioeq3 pecuniarw noſtrarum, Datum

Petrus Tomiczki Eps Crac et Regni Polonie Vicecancellarius

Alberto Popelski Can^co Varsscheuien Regio Secretario.

Venerabilis domine fr et amice charme. Miratur plurimum regia Mtas miramur et nos quod tam pauca pecunie summa collata est ad vos per Capitaneos et Notarios istius Ducatus Masonie ad hoc tempus, et proinde cum tempus quo solui debent Stipendia Aulicorum Ducalium, mittit Mtas sua alias lras ad eosdem Capitaneos et Notarios, quibus precipit vt qz primum istuc pecuniam omnem de prouentibus Mtis sue collectam afferant, quo debita tam Aulicis qz aliis seruitoribus et creditoribus Ducalibus exolui possint, Visum autem est Mti sue vt dominus Capitaneus Varscheuien et vos, ac dominus Bielinski ea ipsa debita soluatis secundum instructionem Mtis sue, in qua clare descriptum est quomodo in exoluendis hiis ipsis debitis procedere et vos gerere debeatis. Vsus monete Swidnicen dudum est prohibitus. In Conuentu vero Crac preterito constitutum est et decretum, vt penitus exterminetur et amplius non recipiatur. Misseqz sunt nuper lre vniuersales etiam istuc ad vos ex quibus omnes cognoscent qz eandem monetam recipere et expendere non debent sub grauibus pœnis. Agimus et habemus magnas gracias Illustrime domine Duci pro diligentia et opera prestita in re Luce Sbaxsky consanguinei et seruitoris nri, referreqz curabimus illi hanc tantam erga nos beneuolentiam omni studio et facultate nra. Vobis etiam gras agimus ingentes qd promouetis et adiuuatis fortunas gentilis vri et rogamus vos, non desistatis

ab inceptis sed rem ad effectum perducere curetis. Delatum est ad Mtem regiam q Conuentus aliqui agi istic debent quos tamen Mtas sua et indici et agi prohibuit absq mandato et voluntate sua. et molesto animo audiuit eam rem Mtas sua. Quare si ita factum est necne faciatis nos de hoc certiores

Petrus Tomiczki Eps Cracouien: vicecancellarius Laurentio Praßmowski Castell° Czeruensi

Generose domine. amice charme. propter ingentes occupaciones et curas quibus et Piotrkouie et hic districti eramus non potuimus tam celeriter, prout optastis, absoluere negotia vra absoluimus tn illa iam tandem satis foelr, nam Mtas regia de gratia sua contulit vobis Capitaneatum Zacroczimen a festo Sancti Augustini proximo et summas pecuniarum quas habetis asscriptas in nonnullis bonis et villis Mtis sue vniri vobis fecit, vosq conseruare vult et promittit in tenuta et possessione eorundem bonorum ad vitam vram. De Iure patronatus Ecclesie vnius fuit difficilis Mtas sua, dicens non solere se illud cuiq Tenutario qui bona Mtis sue tenet in pignore concedere, certo tamen vobis persuadeatis quod quando vacatio eiusdem Eccle euenerit non grauatim putabit Mtas sua illum quem vos ei commendabitis.

Nulla ratione persuadere nobis possumus, quod Capitaneus modernus Zacroczimen haberet lras regias vt dotem vxoris sue sibi de prouentibus Capitaneatus quem nuc

administrat extenuaret. nam de illis nec Mtas sua neqz nos
meminisse possumus. Si quas tamen eiusmodi produxerit lras
de quibus nos penitus ignoramus inueniemus facile modum
quod ille habebit promptam solucionem aliunde debiti sui cedere tn
nichilominus Capitaneatu omnino cogetur. Quod attinet ad
vnionem Summarum pecuniariarum quas in bonis et villis re:
giis asscriptas habetis, opus est vt mittatis ad nos omnes lras
tam Ducales q̄ regias quibus eadem bona sunt vobis asscripta
quibus nos reuisis coniungemus omnes summas pecuniarū in
vnam summam et cassatis hiisdem prioribus lris, nouas lras
vobis dabimus et in eis conseruationem ad vitam vobis ad:
scribi faciemus. Ad Capitaneatum autem Zacroczimen mit:
timus vobis lras cum pntibus manu Mtis Regie subscrip:
tas. Rogamusqz vos curetis res Mtis sue et regni diligen:
ter istic promouere, et consulatis vt onus dotium in subditis
istius Ducatus remaneat, quod si quando soluendum illis oc:
currerit aliud onus quodcūqz eo anno non sustinebunt prout
Piotrcouie fuit vobis dictū. Cum enim cognoscetis q Mtas
sua singulari gratia et munificentia sua vos prosequetur eqm
est vt illam omni studio et seruitute vra illi promereri stude:
atis, bene valere Dat

Petrus Tomiczki Eps. Crac. R. P. Vicecancell
Alberto Popielski Canco Varsseuien: &
Secretario regio

Venerabilis domine fr et amice charme. Intelligetis ex lris Regie Mtis quomodo et ad quod tempus computari vult Mtas sua seruitium Aulicorum Illustr olim domini Ducis Januschii Rogauimus nos Mtem suam diligentissime vt saltem ad tempus Sepulture quod Mtas sua statuerat Stipendia illorum soluentur, Sed flectere non potuimus Mtem suam, neqz persuadere vt id faceret propter multos creditores quos etiam nollet inconsolatos relinquere. De aliis seruitoribus qui nullum certum habeant Stipendium, et similiter de panno Londen qui nonnullis qui ex pretio condicto seruiebant debetur, quid fieri velit Mtas sua ex eius lris cognoscetis / Mercatores qui nullas lras habent super eorum debita, dummodo probare possent legittimis documentis quod res et Merces aliquae sint ab eis recepte et non solute, nro Iudicio debent habere solutionem suam / non solent enim subditi expetere obligaciones à Principibus et dominis suis, sed credunt eis ac in eorum necessitates expendunt quicquid illi iubent / lre seu quietacio quae dabantur ex gratia et suscepte non fuerunt per Notarios, cum morte dominorum Ducum extincte esse videantur, nec inter debita iuste computari possent, non videtur Mti Regie vt suscipiantur aut exoluantur / Gradowski vr cum habeat lras regias et in eis summam sibi designatam curetis vt ei persoluatur. Phisicus dni olim Raphaelis Epi Plocen qui venire istuc in presens non potuit optat vt pecunia quae ei debetur, apud consules Varscheuien deponatur, et adseruetur vsqz ad illius istuc aduentum

faciatis itaq; id quod ille postulat, et omnem operam vram fa:
ciatis vt absolutis et expeditis seruitoribus dominorum Ducum,
creditoribus etiam aliis, et Mercatoribus satisfiat, si non in
toto saltem in aliqua parte et bene valete Dat

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancellus
Nicolao Zukowski PPto Varsseuiensi

VEnerabilis domine frater et amice in Chro charme, Non est mirum
quod Notarii et alii Officiales istius Ducatus Masouie trepidant
timore, vbi non est timor, cauent ne quam sinistram de se suspicio:
nem incurrant aut aliqua in re animum Mtis regie offendant, id
quod illis imputari a quopiam non debet, cum faciant id quod
bonos et fidos seruos decet, cum autem intelligamus nos quod
nichil erit contra voluntatem et mentem Mtis sue, cum dabitur
vobis mel et auena vtcumq; anno preterito collecta, et similiter
cum emensurabuntur vobis decem mansi Silue citra magnum
preiuditium et damnum mellificorum regiorum. dedimus lras
nras ad dominum Popielski Decanum, et Notarium Varscheui:
en, vt donationem Mtis Regie vobis factam non impediant
sed illam diligenter exequi curent, Speramusq; illos id non
grauatim esse facturos, non enim subest vlla legittima causa
cur facere id non debeant, felicissime valete, et lras nras
quas ad dnm Cpm Plocen scripsimus et huc vro nunctio
preferendas commisimus ad illum per aliquem fidum hominem
transmitti curetis Dat in Bodzaczin.

Decretum Ser^mi do. Sigismundi primi Regis Polonie: inter Annam Falenczka et inter Nobiles Sigismundum Zawissam de Budzisschim: ac Martinum Jeszewski eiusdem Anne maritos.

Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis Quia cum Nobilis Anna Phalanczka de Phalenta ad nos in querela per amicos suos retulisset q Nobilis Sigismundus Zawischa de Budzischmo, in domum ipsius cum complicibus suis violenter irruens eam arripuisset et in domum suam abductam instar captiue detinuisset, Nosq parte altera absente de hac re commode cognoscere non valentes mandauissemus per literas Capitaneo nro Czerneñ, vt eidem Sigismundo Zawischa auctoritate nra coram se comparere, ipsamq Annam sedisistere illi precepisset. deindeq parti vtriq terminum comparendi coram nobis prefiniuisset, Id cum prefatus Capitaneus fecisset et ipsa Anna Phalanczka comparens in eo termino coram nobis, querelam per amicos suos prefatos iam antea coram nobis depositam, ad lachrimans repecüsset, Suplicas nobis vt contra prenominatum Sigismundum Zawischa Statutum Regni contra violentos raptores foeminarum factum, extendi et exequi mandaremus/ex aduerso vero ipse Sigismundus respondisset se non vt raptorem, sed tanq maritum vxorem propriam illam accepisse, quippe que duobus anteactis annis sibi legittime nupsisset, ipseq cum illa vt propria vxore habitasset et maritali affectione illam tractasset, prenominata vero Anna dixisset, non ipsum Zawischa, sed No:

bilem Martinum Jezewski de Jezewa Maritum suum esse
eodem Zavischa asseuerante et dicente se ipsius Anne verum
ac legittimum Maritum esse, idque coram Officiali in Spirituali:
bus Varschenien' sufficienter iam probatum fuisse, illicque per
sentenciam Officialis predicti eam sibi tanquam vxorem adiudi:
catam esse, atque ita virtute eiusmodi sentencie, sibi capere illam
vt Marito vxorem licuisse / Contrario vero ipsa Anna re:
plicasset et allegasset, se ab ipso Zavischa capi non potuisse
post latam sentenciam predictam, a qua ipsa ad bone memo:
rie dominum Archiepiscopum Gnesnen' appellasset; Alter:
cantibus itaque ad eum modum coram nobis inter se partibus
predictis, Nos ex illarum propositis ac responsis comperien'
non posse debite cognosci et decerni de querela nominate Anne
Phalanczka contra Sigismundum Zawischa coram nobis fa:
cta, nisi prius causa ipsorum Matrimonialis quam habent in
foro Judicii Ecclesiastici ad finalem suam determinacionem de:
ducatur. suspendendum duximus hanc omnem actionem per pre:
fatam Annam Phalanczka Sigismundo Zavischa coram no:
bis de raptu violento intentatam. Suspendimusque pntibus vna:
cum Citacionibus et toto illius effectu tamdiu quoad causa
Matrimonialis illarum predicta fuerit in Judicio Ecclesiastico
discussa et diffinita, vbi posteaque sentencia diffinitiua fuerit
facta nos eciam de ea ipsa actione tandem decernemus et
quod iustum videbitur in vtramque partem faciemus, Interim
autem volumus vt prefata Anna Phalanczka resideat apud
Matrem suam vel in bonis suis prnis ea lege vt neutri eorum
duorum qui illam vxorem suam esse pretendunt, hoc est nec
Sigismundo Zavischa nec Martino Jezewski commaneat
sub pena mille marcarum pecunie per eum cui commanserit
nobis pro vna medte: pro altera vero medte parti aduerse irremissibiliter soluendo
Datum Cracoviae 1527

De successione filiarum in bona Parentum : in Ducatu Mazouie

IN NOMINE Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam Regium ac Principum benignitas, memorabilis esse solet, cum iusticie vnicuiusq; subditorum ex equo succurrit et opitulatur. Proinde nos Sigismundus Dei gratia Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie, Terrarumq; etc. dnis et heres, Manifestum facimus tenore presentium quibus expedit vniuersis et singulis pntibus et futuris harum noticiam habitur. Quia tamet si in Ducatu nro Masouie consuetudo quedam dudum introducta et recepta, hactenusq; continuata disponat, vt filie, sublatis e vita parentibus suis, et prole sexus masculini defficiente in bona per mortem ipsorum parentum suorum derelicta Iure vero legittimo hereditario et perpetuo succedere non posset sed q eiusmodi bona ab eis per Consanguineos, aut familia et armis attinentes, precio redimerentur, Annuentes tamen nos instantissimis precibus Prelatorum Baronum aliorumq; Consiliariorum nrorum, Status vtriusq; nobiscum ad presens existencium pro Generosa Catherina de Boglewicze, filia Generosi olim Stanislai Boglewski, Consorte vero nunc, Generosi Petri Gorinsky, nobis solenniter factis, tum eciam de certa scientia et deliberacione nra, eidem Catherine de Boglevicze et ipsius legittime posteritati, hanc graciam et prerogatiuam auctoritate

nostra faciendam duximus et facimus, harum serie literarum
vt videlicet ipsa Catherina donec vixerit, et post eius mortem
posteritas sua sexus foeminei, vbi proles mascula deffecerit, bo:
na infrascripta per eandem Catherinam a propinquis sexus foe:
minei prioris Mariti sui, Generosi olim Joannis Oißranowski
Pincerne Liwen' et Capitanei Varschevien' redempta, Villas
videlicet Oßranow, Zelechow, Zarambi, Calyn, Vola,
Viessiola, Zaliesie, Muschuli aliaq; omnia bona ad ea specta:
cia, Necnon eciam villas Vierzbno Czirpianthi, Javorik, Zim:
na voda, als' vola Dobrzesnia, ac omnia alia bona que' preno:
minata Catherina vel eciam Generosus Petrus Gorinski Ma:
ritus suus aut eorum posteritas in prefato Ducatu Masovie'
quocunq; Jure, et titulo posthac acquisiuerit, Jure vero heredi:
tario ac perpetuo, vt vera heres teneat possideat eisq; here:
ditarie vtifruatur. Dictaq; posteritas sua sexus foeminei, pro:
le masculina defficiente in eiusmodi bona pari Jure hereditario
ac perpetuo succedat et legittima heres eorundem bonorum sit ac
censeatur non obstantibus Juribus consuetudinibus et constitu:
cionibus contrariis Ducatus Masovie' quibuscunq; Quibus om:
nibus et singulis, de potestatis nre' plenitudine in toto pro hac
vice derogamus, prefatamq; Catherinam ac Maritum ipsius eo:
rumq; legittimam posteritatem, Necnon bona supradicta, et
omnia alia adhuc in Ducatu ipso Masovie' vt prefertur acquirenda
ab illis eximimus liberaq; facimus, et consuetudini regni nri'
in talibus fieri solite illa subijcimus ac prorsus incorporamus,
tenore presentium mediante per prefatam Catherinam, eiusq;
posteritatem foeminea prole sua Mascula defficiente Villas
omnes supradictas et alia omnia bona per illam in Ducatu Maso:
vie' vt prefertur posthac acquirenda, cum omnibus et singulis

earum attinentiis agris cultis et incultis Campis, hortis, Pra:
tis, pascuis, Areis, Prediis, laboribus seruiciis, Nemoribus,
Siluis indaginibus, rubetis, quercetis venacionibus, Apibus
Mellificijs, et melle ex eis proueniente atq; mellicidis, fluuiis
Stagnis Lacubus Pascuis et earum demissionibus Piscaturis
Cmetonibus Molendinis Tabernis et generaliter cum omnibus
et singulis censibus fructibus vtilitatibus prouentibus, red:
ditibus et obuencionibus vniuersis quibuscumq; nominibus
nuncupatis generalitate specialitati, et specialitate generalitate
non derogante, ita late longe et circumferenciale prout dicta
bona cum suis metis et limitibus ab antiquo sunt distincta, cuiq;
omni vero hereditario ac perpetuo Jure dominio et proprietate
tenendum habendum vtifruendum pacifice quoq; et quiete possi:
denda danda donanda vendend commutan obligan seu quo:
cumq; alio modo alienanda prout ipsi Catherine eiusq; posteri:
tati predicta melius ac vtilius expedire videbitur. Serui:
cio tamen bellico seu militari per Nobilitatem vniuersam no:
bis debito saluo remanente. In cuius rei testimonium Sigil:
lum nrm pntibus est appensum Dat Cracouie feria quinta
ante dominicam Palmarum Anno rc

Petrus Tomiczki Eps Cracouien & Regni Polonie Vicecancellus Anne virgini Ducisse Masouie.

Illustrissima Princeps et dna dna honorandissima, Nolim Illtem vram egre ferre, Q nunctius eius dominus Ploczsky per tantum temporis spacium hic moratus est, neqz ad plenum, omnia ea huic reportauit que Illtas vra per eum postulauit ipse quidem admonendo, sollicitando nulla in parte defuit, rebus sibi ab Illt. vra commissis verum Regia Mtas d. nr tanta magnitudine et varietate negotiorum per hos continuos dies, distrahitur vt vix tantum otii nacta est, Q nunctio eidem Illt. vre domino Ploczski responderet, nequaqz hoc erat impetrabile a sua Mte vt prouentus Ducatus Masouie vlla in parte Distrahi aut alienari deberent, Quandoquidem tot debita per Illtres olim dnos Duces contracta, sue Mti dissoluenda adhuc restat vt ad id faciendum redditus ipsi non sufficiant egi ego apud suam Mtem res Illt. vre, tam accurrate tam exacte vt accurracius et exactius agi non potuerint, nichil tamen proficere potui, propter superius descriptas causas Rogo igr vram Illt. in bona partem accipere velit et non mee negligentie ascribere, Si desiderio eius ad presens non est satisfactum, Curabo enim deinceps vt in reliquis rebus votis et desyderys eius me accommodare gratifficariqz plurimum possim, Cui me cum seruiciis meis ex animo Commendo, et valere illam foelicissime desydero Dat

Andreas Cricius. Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Cracovien
Regni Polonie Vicecancellario

R Me in Chro Pr et domine benefactor colendissime. Mitto
ea que vra R ma D sibi mitti mandavit, que vt ocius fiant
sume necessarium est licet si vera sunt que D. Laski nudius ter:
cius mihi narravit sera videntur omnia, omniaq et nostra
esse in discrimine. Mi domine R me narrabit vre R me
Dni dominus Choienski negocium quoddam meum de Plebanatu
Mlaven loco cuius eram coactus ad satisfaciendum postulatis
Regiis decimam mense mee dare dno Kossobuczki Canco
Ecclesie mee, ad quam redimendam cum vacaverit Pleba:
natus consensit Mtas Regia ad dandum denuo Juspatro:
natus eius fratribus. D. Cossobuczki, res modica est, ro:
go habeam aliquam eius rei significationem seu testimonium
literarium quod mihi afferre poterit aliquis ex dominis Ma:
soviensibus qui istic restiterunt. Commendo me et servitu:
tem meam gracie vre R me. D. ex Miechow etc

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Et Regni Polonie Vicecancellarius

Nicolao Gamrato

VEnerabilis domine fr et amice charme Proficiscitur istuc in
Italiam peregrinandi causa dominus Iaroslaus Iaski Palatinus
Siradien qui vt dicitur eciam Rome futurus sit, et quia sus:
picantur homines aliam esse causam huius peregrinationis quam
deuocionem, omnino nouam rogamus vos plurimum vt cum istic
erit obseruetis diligenter actus et practicas eius, et si quid
comperietis illum agere quod esset aduersus animum Mtis regie
et Statum Ecclesiarum nrarum, aut eciam consuetudinem et
Iura nra, impediatis conatus eius pro virili vra per Rmum
D. Cardinalem Protectorem, cui Mtas Regia hoc negotium
diligenter committit, et ob hoc solum hunc nunctium istuc ex:
pediri fecit, si eciam cuderet aliquid aduersum nos aut nostras
Ecclesiasqz diecesis nre suo vel patrui sui nomine quorum
vterqz nos eo q prauis et pernitiosis eorum conatibus obsistimus
non secus odiis omnibus prosequuntur quam defunctum olim
dnm vrm Erasmum Episcopum Plocen prosequebantur, ro:
go vt modis omnibus impediatis et nobis omnia que cognoue:
ritis et que aget diligenter perscribatis, quam eciam refere:
mus vobis vicissim omni fauore et gratificatione nostra.
Misimus vobis iam dudum copiam breuis Apostolici, quo
reseruata sunt collocationi nre omnia Sacerdotia dni Bernhar:
di Vapowski, in quo si quid est quod emendatione indigeat
ita illud obfirmari et emendari curetis patrocinio Rmi dni
Cardinalis Protectoris vt nulla posthac difficultatem habea:
mus gratiamqz Sedis Apostolice et Sanctimi dni nri firma

et solidam retineamus. Scripsimus vobis à decem diebus de collocato Cpatu Plocen per Mtem regiam Rndo dno Andree Critio Cpo Przemislien Nepoti nro et negotium eius vobis commendamus. Quodsi hactenus expeditum istic non est, rogamus vos facite operam vram, vt quantocius expediatur Nam longa mora multum detinenti afferret tam in Spiritualibus rebus, qz etiam in bonis illius Cpatus, Coeteru negotium expedicionis Suffraganeatus Crac, dni Isdbenski nri, ac extensionis Bulle ordinariorum, et vnionem Ecclie in Vawrzinczicze, vobis iterum commendamus et rogamus vos, curate vt ea omnia pro voto et desiderio nro q citissime expediatis et bene valete Dat

Venerabilis domine fr et amice charme. Studium vrm et de nobis benemerendi voluntatem quam lris vris habunde nobis declarastis. grato animo suscepimus, idqz ita esse re experimini modo se occasio obtulerit. Q aut timoris nescio, cuius mencionem fecistis ob quem in conspectum nrm venire (vt scribitis) detrectastis Miramur vnde nam ea suspicio timoris vobis suborta erat. Cum nos iam ab inicio ita vitam instituimus nram idqz quottidiana consuetudine comprobauimus, vt nec inimicis nris, nedum vobis nos vnqz exhibuerimus terribiles vel formidandos. De taxacione fundorum terre Syradien, non aliud vobis consulere scimus, qz vt rem protrahatis, cum et hee quoqz terre hic tergiuersantur, et negotium differunt expectantes vt prius Palatinatus maioris Polonie

illud exequi incipiant Conniuente Regia dte et neminem
vrgente cum ea taxacio maxime totius Nobilitatis interest.
Dominus Thesaurarius abest modo à Cuzia, Itaq; triplex
illud nummorum genus, non potest nunc istuc ad vos mitti.
cum primum idem dominus Thesaurarius redierit, dabimus
operam, vt ea ipsa summa pro qua scripsistis, in amborum, vi:
delicet, vrsi, et domini Camolinski manus mittatur, Qd
scribitis dolere vos, q cum R^mo domino Archiepiscopo nó
ita vt amicos et Primores decet, nuper in Conuentu nos seue:
rauimus: sciatis cum eodem R^mo dnó Archiepiscopo nullas vnq;
priuatas inimicicias nobis intercessisse, nec modo intercedere,
cuius rei, non dubium argumentu extat, q nullum vnq; offici
genus in colenda et obseruanda eius dte preter miserimus.
michiq; nobis ab illa vnq; iniunctum fuisse, quod non libéter
alacriq; animo obierimus, nisi forte in eo se offensu putat, q nó
nunq; pro seruitoribus regijs loquens vel in Senatu sententia
rogatus ab ipso dissenserimus, Quod si aliquando contigit
(prout in tanta rerum varietate et difficultate, fortassis nonnúq;
contigere necesse erat) ne vera nulla malenolentia, vel acer:
bitate animi à nobis id fiebat, Sed duntaxat quicquid Reipue
Salutare et frugiferum esse censebamus id libere, nullius pri:
uati cómodi ratione habita pronunciauimus, Cum in libero
regno, et sententias, et voces, liberas esse semper deceat, Qd
de aduersa valetudine eiusdem R^mi domini Archiepi nos cer:
tiorem facitis et vt Archiepatum Capesseremus nos adhorta:
mini, vtq; quid in ea re fieri velimus vobis significemus, nó
dubitamus nos quidem vos hoc amico animo, et habuerdantia
quadam amoris in nos vri facere, Sed scire debetis nos ea
esse iam, et ætate et valetudine vt nos plures dignitates
et honores, captare et ambire minime deceat, contenti sumq

hac sorte, et ea vocacione à deo et Principe nobis licet
immeritis donata, presertim tam turbulentis Reipublice
christiane temporibus, recteq; nobiscum agi existimaremus
si vnice Ecclie huic cui presumus sufficere possemus nedu
duabus nec sine dedecore et indignitate, ei negocio nos in:
uoluere possemus, propterea q; sciamus Rx Mtem instante
domino Archiepo vt sua Mtas successorem ei designaret
Rxmum Dominum Epm Vladislauien iam designasse eamq;
famam, iam per omnium hominum ora volitare, habetis, que
de Archiepatu nra sit mens et sentencia. De rebus roma:
nis q;nis non nisi tristia huc quotidie afferantur, tamen quia
ex alia parte de victoria et Salute Pontificis maximi etiam
non dissimiles vero rumores afferuntur, adhuc incerti heremus
Q si certo constiterit, ~~hand~~ Handæ Cortisano de quo scripsistis aliquid aduersi
contigisse, faciemus operam nram vt Parrochiam Piotrcouien:
sem vobis impetremus modo ab aliquo alio petitore potentiore non impedi:
amur. In negotio domini Joannis de Leschno non erat visum
Regie Mti dare lras ad Synodum nec rem in tanta conte:
cionem conijcere, quando quidem dubium non est, q; q;primum
Rmo domino Epo Plocensi Nepoti nro venerint littere,
ipse inter eum, et Prelatos Ecclesie sue Plocensis, rem onem
leui negotio componere poterit bene valete et nos diligite
Dat

Petrus Thomiczki Eps Cracouien. Vicecancell.
Luce de Gorca Castell° Posnanien: Capitaneo
Maioris Polonie generali.

MAgce domine domine et frater honoranme Salutem, et
plurimam foelicitatem. Periocunde mihi fuerunt lre Mgcie
vre per dominum Bogusch Pirzchniczki michi reddite, ex quibus
pristinum amorem, et summam eius erga me beneuolentiam (quam
ego plurimi semper faciebam et facio) nequaqz imminutam aut
immutatam esse intellexi, pro qua re Mgcie vre, et habeo (et
si deus volet) relaturus summas gras, conueniret quidem
me sepissime ad Mgciam vram scribere, Sed ipa Mcia vra,
optime norit, me, tanta occupacionum maxime publicarum mole
dies noctesqz obrui, vt, nec cibum, nec somnum commode
capere mihi liceat, nedum scribere, vel dictare, Rogo igitur
et oro, ne id alicui negligentie mee vel cessationi imputet,
quod me eo facilius impetraturum confido, qd filius eius dnus
Andreas in Aula continue existens, (vtpote archanorum
omnium pene conscius, et cui est plus ocii) de omnibus rebus
que hic geri solent, lris suis certiorem facit Mgciam vram
Nunc, qui rumor, isqz non vanus, ad me perlatus sit, au:
scultare velit rogo Mgcia vra, Dominus Archiepus Gnes:
nen, tametsi ante ea iam pridem, non satis mihi equus erat
propterea fortassis, quod turbulentis conatibus, et perniciosis
eius cupiditatibus pro Principis et Reipublice bono, me op:
ponebam, nunc posteaqz ex his proximis Comitiis discessi:
sset. Apertas mihi inimititias denunctiare videtur, Excepta

est enim vox eius se Archiepo me lras regias non vltra
obsignaturu, iamq Sectatorum suorum consilia contrahere
dicitur quibus me deprimere, mihiq q maxime incomo:
dare contendit propterea q prefecturam Mariebnrgensem
Gentili et affini M. vre domino Palatino Posnaniensi è
manibus extorqueri passus non sum simul et q Visnensem
terram (pro qua accepta magna vi pecunie eam iterum con:
sequi conabatur) pro Genero suo euincere non potuit, Cuius
tam acerbus in me animus, tametsi ob rectam conscientiam meam
non adeo me permouit, vt mihi ab eius conatibus magnope:
re pertimescendum putarem, tamen Mgcie vre, vtpote dno
et fri charmo ea significanda duxi, Certissime persuasum mihi
habens (pro eo amore quo me ab ea iampridem ‡ pro facultate
mea semper eram solitus) Q eiuscemodi rerum cogitacione
suscipiet, easq communibus amicis nris imparciet, Et quicquid
vere et Sincere amicitie congruet, Subibit et perficiet, Quando:
quidem huius Prelati inimicitias non insolencia aliqua mea,
Sed iusticiam et necessariorum meorum, decus et dignitatem pro:
pugnando susceperim heri domini Oratores Regie Mtis iue:
runt in Olomuncz quorum iter et actiones dominus Deus for:
tunet. foelicissime valeat vra Mgcia et me diligat Dat

‡ complecti perspexi, pro q summo meo studio, quod ego
in ornanda et augenda eius dignitate impendere //

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Stanislao de Coscielec: Palat° Posnan.
Luce de Gorca Castell° Posnanien.

MAgci domini, fratres et amici charmi et honoranmi Salute
et plurimam foelicitatem, Ea que dnus Archiepus Laski, cum Nepote hieronimo palat°
coeterisq; asseclis suis struat et moliatur, et Regia Mtas scit
et nos non ignoramus, multoplura eciam similia iampridem
ab eo facta esse et fieri sentimus et videmus, ad que tamen Re:
gia Mtas vtpote mitissimus Princeps, ex singulari sua lenita:
te et mansuetudine conniuet, vincetur fortassis aliquando toties
lesa et lacessita, clementissima Regis pacientia, et in maleme:
ritos digne animaduertet, Sciant Mgcie vre, omnia hec que
Palatinus Syradiensis tentat et miscet inuita ac inscia Regia
Mte fieri, et propterea ab ea iniquissimo animo ferri. Conces:
serat sibi quidem petenti regia Mtas potestatem et veniam Lo:
retum ad qdam vota persoluenda concedendi, at ille omisso
ipso votario itinere in Vngariam deflexit, seseq; illi Regi
addixit, demum in Galliam et Angliam eius nomine tran:
siliit neq; id dissimulanter egit, nam ab Eluetiis ex itinere,
et nouissime ex Luthetia Parisiorum, litteras huc misit.
Considerat eciam id Regia Mtas quod Mgcie vre prude:
tissime, simul et prouidentissime vereri se scribunt, ne vicz
Coesaris simul et Ferdinandi Regis animi, ob eam rem a
sua Mte alienentur. Cum tamen sua Mtas tantorum Principum
amicitiam et fauorem maximopere concupiscat, quamuis enim Pa:
latini ipsius Syradien. hec cursitacio, et futiles ac prope nulla

racione suscepti conatus non sunt tanti, vt alicui officere de:
beant, tamen fieri non potest, vt hec eius volitacio vsq; in
Aulam Coesaris non perueniat (Ferdinandus quidem Rex
eum vsq; eo euagatum esse iampridem scit) et exinde veris:
simile est, Suspicionem apud Coesarem et Ferdinandum nasci
quasi Serm̄us dominus nr̄ aliqua occulta consilia vel socie:
tates aduersus eos inierit Cum tamen talia ne cogitat
quidem quin nichil magis cupit, q̄ concordiam et chari:
tatem inter Chrianos Principes vigere, itaq; quo omnem
suspicionem à se auerteret ipsa Mtas regia, iussit ad Danti:
scum qui aput Coesarem in Hispania legatum agit, lras scribi,
vt si forte tale quidpiam ad Coesarem defferretur; Dantiscus
ipse rem omnem, vt est, Coesari patefaceret, plura de hiis rebus
coram cum deus simul conueniri nos concesserit, nunc Mag^tias
vras foelicissime et diutissime valere cupio, eorumq; amori
me ex animo commendo. Dat etc.

Summa Legationis a Joanne Rege Vngarie ad Sigismundum regem Polonie

De missis Oratoribus ad Ferdinandum post Coronationem, et q̃ ingrati fuerint apud illum, adeo q̃ nec manum illorum tangere volebat, nisi vt subditorum Regni Hungarie non autem vt Oratorꝝ regis, et quomodo illi responderint, et quomodo tenti sunt longo tempore apud illum, et sub libera custodia.

Optabat autem Joannes Rex per illos, vt Rex Ferdinandus se iuuaret cõtra communem hostem, et cum eo in bona amicitia esse vellet, verum ille declarauit magnum suum odium erga Regem.

It' Quod miserint domini Duces Bauarie ad Regem ~~suum~~ Joannem hortando illum, vt susciperet bellum contra Thurcos, ipsi autem vellẽt illi suppetias ferre et apud Imperium agere, vt inde quoq̃ auxilia illi prestarentur, Sed id Jos Rex renuit, inconsultum ac insecurũ esse ducens, vt Germanorum auxilia permittere deberet, venire in Hungariam non facta presens cum illis pace, et cum rege Ferdinando.

De nunctio Ibraimbassæ et aliorum Bassarum misso ad Regem Hungarie et quid attulerit, quid rursum fecerit ipse rex, vt exploraret melius mentem aliarum Bascharum et in hiis petit consilium Regie Mtis, que nemini adhuc communicauit, q̃m solus et audit Oratores et absoluit adeo quod et Cancellario suo id non comũnicauerit.

DE hiis que locutus est Cancellarius Austriæ cum Stephano Verbecio de modis et condicionibus pacis et concordie inter hos

duos Reges, dixitq; illa locutum se esse absq; voluntate et sci:
encia Regis sui Ferdinandi, et quod breui conuenire deberet
iterum Trencinii, nam pro dominica Reminiscere indictus est
Conuentus Regni Hungarie, ad quem Stephanus Verbec
omnino est iturus quare rogat Rex vt Mtas regia consulat
quid facere deberet super condicionibus propositis, quarum
prima de ducenda Regina.

Altera de remittenda libere Slesia et Morauia Regi Ferdinando
et Summa quater Centies mille aureorum.

Tercia vt si rex decederet sine Prole Regni Hungarie ad Regem
Ferdinandum, et eius posteritatem deuoluetur, et super hiis omni:
bus postulat consilium Regie Mtis.

Postremo questus est contra Bohemos et Morauos, quod adheserint
Regi Ferdinando contra Priuilegia sua.

Et licet domini Duces Bauarie promiserint se pone bonos media:
tores inter Regem Hungarie, et Regem Ferdinandum, ipse tn
Rex Hungarie plus cuperet vt Mtas regia poneret se mediatore,
cum auxilio Bohemorum, quos scit Mti sue esse affectos et obse:
quentes scit eciam Bohemos esse importunos, et sua importunitate
plura efficere solere, q; quod Principes Germanie deberent
esse arbitri seu Arbitratores huius tante differentie, Ita
autem cuperet. Ds. Rex Hungarie vt Mtas regia sit potius
Arbiter inter se et Regem Ferdinandum, q; amicabilis compo:
sitor.

It petit cum Principes Germanie breui habituri sint Conuentu
Ratispone ad quem. Ds. Rex Hungarie insignes suos Ores
mittere decreuit, petitum Suppetias et auxilia contra comune
hostem, vt Mtas quoq; sua suos Oratores illuc mittere vellet,
quorum preces putat esse et fore magis efficaces pro obtinendo

subsidio contra Thurcos, q̃ Oratorꝝ suorꝝ.

Item recensuit, de muneribus et Cuppis aliquibus missis Mti sue à Rege suo, petens vt illa Mtas sua leta et hilari fronte, excipere dignetur in signum amoris et beniuolentie erga se illius.

Quod interogaui eum si rex suus cogitauerit de aliquibus mediis concordie preter illa que proposita sunt Stephano Verbecio, et ille respondit, quod non: et causam huius retulit.

Sigismundus primus Rex Polonie Petro Jon Vayvode Valachie.

Magnifice domine, amice sincere nobis dilecte, Reuertitur ad vram M: et terram Moldauien Theor Scharpa optimus iuuenis, qui fugiens crudelitatem et summam iniusticiam Stephani Vaiwode nuper defuncti, venerat cum Patre suo ad nos quem nos propter eius virtutes fouimus, et gratia nostra prosecuti sumus. Audiens autem vram Mgciam Sedem Patris sui conscendisse, et Voievodam ac dominum terre Moldauien constitutam esse, virtuti et benignitati illius confidens, vadit ad illam et Solum suum Paternum. Quem nos Mgcie vre commendamus, postulamusq; ab ea, vt illum et benigne excipiat ad bonaq; eius paterna restituat, que illi et eius Patri iniuste, et per sumam licentiam erant adempta, et fauore suo complectatur. quo faciet vra Mgcia rem sua benignitate dignam et nobis ac omnibus subditis suis admodum gratam. Que valeat foeliciter Dat

Sigismundus .I.s Rex Polonie Petro Voievode Valachorum.

SPectabilis et Mgce domine, amice sincere nobis dilecte. Salute Ex lris Mgcie tue nobis heri redditis intelleximus eandem Mgciam tuam, vtpote veram Stephani Voievode progeniem ab omnibus terre Moldauie Ordinibus concordibus et vnanimibus votis in dominum et Vaiwodam eiusdem terre Moldauie, esse Electam, et pronunctiatam, in Sedeq Patris sui residentem. Qua de re Mgcie tue gratulamur, non enim dubitamus, quin se cum Ditione sua, erga nos et Regnum nostrum ita geret, vt bonum vicinum decet, Supersedebitq, ab omni hostilitate, que nichil aliud gignit, q Prouintiarum interitum, neq Stephanum recens defunctum imitabitur, qui ad nichil aliud vtilis erat, q ad insolentias cedes, et turbas concitandas, Nam is si diutius vixisset, forsitan et sibi, et Ditioni sue iustam perniciem accersiuisset. Preterea lras fidei publice, vel Salui Conductus, quarum vigore Mgcie tue Oratoribus, (quos ad nos missuram se sst) ad nos secure aduenire liceret, ei mittimus, Oratoresq eius cum beniuolencia expectamus. Qui cum huc venerint, experientur re ipsa, nos, amicos nostros, et nobis beneuolentes, pari officio et beneuolentia prosecuturos esse. et valeat tua Mgcia foeliciter

Dat

Fœdus inter Sigismundum primum Regem Polonie. et Petrum Jon Voievodam Valachorum.

IN Nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus Dei gratia Rex Polonie, magnus Dux Lithua: nie, Necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiauie, Russie, Prussie, tocius Masouie, Culmen, Elbingen, et Pomeranie etc. dominus et heres. Manifestum facimus vniuersis et singulis pntes lecturis seu audituris. Quia cum magcus dominus Jon Petrus Vaiwoda terre Mol: dauien amicus sincere nobis dilectus, Sedem Patris sui Ste: phani Vaivode, et fratris sui Joannis Bohdani, ac Nepotis sui Joannis Stephani Voievode nuper defuncti assecutus per No: biles Wladum, Capitaneum Choczimen et Thomam Bernow: ski Capitaneum Czarnovien a nobis postulasset, vt cum eo antiqua fœdera et inscriptiones, que cum Patre suo olim Stepha: no, et fratre Bohdano, ac Nepote Stephano Voievoda fecimus innouaremus, et confirmaremus, Nos cognoscentes cuilibet ecciam potentissimo domino, multum expedire concordiam, et fœdus mutuum cum aliis vicinis dominis, et presertim his vici: usq; nostrum, propter imminentem indies magis hostium Christianorum potenciam, equum censuimus, eadem ipsa fœdera et inscriptiones renouare et confirmare, renouamusq; et co: firmamus hanc seriem literarum, Et volumus nos Sigis: mundus Rex fœdus et pacem perpetuam tenere et habere cum eodem magco Jon Petro Voievoda ac terra eius Mol: dauien pollicemurq; verbo nro regio pro nobis successoribus nris et consiliariis Ecclesiasticis et Secularibus ac vniuersis

subditis Regm et Dominiorum nrorum eandem pacem perpetuam
cum ipso magco Jon Petro Voiewoda eiusqz pueris et pue-
rorum pueris ac Successoribus ipsius ac Boiaris et vniuersis
subditis ipsius, ac terra eius Moldavien' tenere et inviolabr ob-
servare in perpetuum Regnumqz et dominia nra ac Consiliazi
et omnes subditi nri tenebunt et observabunt, ipseqz Jon Petrus
Vaivoda securus esse debebit et imperabit in terra sua Moldavien'
absqz vllo nro liberorum successorumqz et subditorum regm et
Dominiorum nostrorum impedimento nunc et imposterum. Vol:
licemur insuper qz Jon Petro Voiewode pueris ipsius, puero-
rum eius pueris, subditis ac terre eius Moldavien' contra
Thartaros, et omnes alios illius inimicos, consilio et auxilio nro
assistemus, et consilia atqz auxilia nostra illi pro posse nro pre-
stabimus, armis et gentibus nris et successores nri prestabunt.
Et similiter Jon Petrus ipse Vaivoda successoresqz ipsius, no-
bis successoribusqz nris contra Thartaros et omnes hostes no-
stros assistent, et consilia atqz auxilia sua pro posse suo pre-
stabunt, armis et gentibus. Vollicemur eciam cum Consiliazis
et subditis nris Jon Petro Voiewode eiusqz pueris et pueris
puerorum ipsius, Boiaris et subditis ipsius, ac terre eius
Moldavien', qz inimicas ipsius eximus inimici, et amicas ipsius
eximus et esse semper volumus amici. Ipse eciam Jon Petrus
Voiewoda pueri ipsius, et pueri puerorum eius ac subditi ip-
sius terre Moldavien', erunt et esse debebunt nris amicas
amici et nris inimicas semper inimici. Item qz nullu inimicu
Jon Petri Vaivode qui se appellaret dominum terre Molda-
vien', et veniret ad nos aut subditos regm et Dominiorum
nrorum suscipiemus, nec locum vsqz illi aut victum dabimus
in terris nris et apud subditos nros, sed vbi talis homo co-
pertus foret in terris nris apud quecaimqz ex subditis nostris
abrice illum et pellere de terris nostris mandabimus vt nullo

tempore maneat in dominiis nr̄is, nec illum fouebimus nec
tenebimus in damnum Jon Petri Voiewode successorumq̄
et subditorum ipsius ac terre Moldauien̄, occulte seu manifeste
Similiter Jon Petrus Voiewoda nullum inimicum nostrum
qui se appellaret dominum terre Russie aut Podolie, ad se
aut aliquem ex subditis suis terre Moldauien̄ venientem
suscipiet nec locum vsq̄ illi aut victum dabit in terra sua
Moldauien̄, et apud subditos suos, sed vbicumq̄ talis reper:
tus foret in terra eius Moldauien̄, apud quemcumq̄ ex ipsius
subditis, abire illum et pellere de terra et dominio suo man:
dabit, vt nullo tempore maneat in dominio ipsius, nec illum
tenebit nec fouebit in damnum nostrum successorum ac sub:
ditorum nr̄orum regnique et dominiorum, occulte seu manifeste
Et si contingeret q̄ aliquis Boiarus aut seruus Jon Petri Voi:
vode profugeret ad nos et terras aut subditos nr̄os, is que:
rere poterit sibi graciam, apud dominum suum Jon Petrum
Voievodam per se aut per intercessionem nr̄am, et si eam obti:
nebit, liberum erit illi securum reuerti ad dominum suum
Jon Petrum Voiewodam. Et si graciam et veniam conse:
qui non posset, nos illum non seruabimus apud nos et sub:
ditos nr̄os in terris et Dominiis nr̄is, neq̄ occulte neq̄
manifeste, Similiter si contingeret quod aliquis Nobilis
seruitor aut subditus nr̄ fugeret ad Jon Petrum Voievo:
dam aut quemcumq̄ subditum in terra ipsius, is queret
graciam apud nos per seipsum, aut intercessione dicti Petri
Voiewode, et si illam obtinuerit erit illi liberum et securum
redire ad nos regnumq̄ ac dominia nostra, Et si gr̄am
et veniam nostram consequi non posset, Jon Petrus Vai:
voda illum non seruabit apud se et subditos suos in terra
eius Moldauien̄ nec occulte, nec manifeste, Item pollicemur

Jon Petro Voievodæ, et pueris eius, puerorumq; ipsius pue:
ris et terre Moldavien', q nullum damnum et impedimentu
illi faciemus, nec vllam hostilitatem seu iniuriam cum illo,
facto aut consilio occulte aut manifeste habebimus. Etsi in:
tellexerimus vndecumq; aut à quibuscumq; inimicis aliquod
malum aut damnum illi iminere, id nos Jon Petro Voiewode
ac liberis eius, et terre Moldavien' significabimus. Et simile
Jon Petrus Voievoda et liberi ac subditi ipsius, nullum detri:
mentu et damnum nobis et terris nostris inferre, nullas quoq;
inimicitias nobiscum exercere debet, facto aut consilio occulte
seu manifeste, Etsi intellexerit aliquod malum à nris hosti:
bus nobis imminere ipse Jon Petrus Vaiwoda, debet nobis
illud indicare et significare) Preterea si quando nos generale
expedicionem vna cum Sermo Principe domino Rege Hunga:
rie facere voluerimus contra Thurcorum Imperatorem et
terram illius, et nos ipsi in personis nris cum omnibus pote:
ciis dominiorum nrorum in eandem expedicionem proficisci tuc
Jon Petrus Voiewoda solus in persona sua cum omnibus po:
teneiis suis et tota terra sua Moldavien', vna nobiscum con:
tra eundem Thurcorum Imperatorem ire debebit, nisi quod
absit graui infirmitate detineretur propter quam solus in per:
sona sua ire non posset, quia tunc et eo casu prefectum suum
cum omnibus suis potentiis mittere nobiscum et expedire de:
bebit. Priusq; vero eiusmodi generalem expedicionem co:
tra Coesarem Thurcorum faciamus, Nos Sigismundus
Rex vna cum Sermo domino Rege Hungarie ipsi Jon Pe:
tro Vaivode ac eius terre Moldavien' contra eundem Coe:
sarem Thurcorum assistemus, et auxilium prestabimus.
Similiter quoq; Jon Petrus Voievoda, quecumq; interim
audierit de Thurcis, nobis illa et dicto Sermo Regi Hu:
garie quantum poterit significare debebit, et neq; consiliu
neq; auxilium ipse Jon Petrus Voiewoda dabit Thurcis aduersu

nos, Sed quantum maxime poterit erit illis inimicus. Quodsi
Thurcorum Imperator solus in persona sua cum valido Exer:
citu veniens cogeret vi et armis Ion Petrum Voiewodam
dare sibi auxilia contra terras nras, ipseq magne illius
potencie resistere non valens, ferret auxilia Thurcis aduersus ter:
ram nram, foedus et pax perpetua inter nos propterea vio:
lari et rumpi non debet, in quantum constaret ipsum Ion Pe:
trum Voievodam vi ad hoc coactum fuisse.) Eciam polli:
cemur Ion Petro Voievode q si contingeret ex permissione
diuina quod absit, ipsum propter potenciam alicuius validi
hostis cui resistere non posset, exire de terra sua ad Regnum
Polonie, aut alia dominia nra, tunc et eo casu terre nre aperte
erunt illi eiusq vxori, liberis et vniuerse familie seu generi
ipsius, et Boiaris ipsius, cum vxoribus, cum liberis et subditis
eorundem, cum Thesauris et rebus omnibus, que ad eos spectat
liberum erit eis venire ad nos terras Castra et Ciuitates nos:
tras et manere libere et secure vbicumq illis visum fuerit,
Nosq in eo casu ipsum Ion Petrum Voiewodam ac Coniugem
liberosq ipsius ac Boiaros cum vxoribus cum pueris ipsorum
gratia et beneuolentia nra prosequemur, et in gratia ac honore
conseruabimus, habebitq ipse Petrus Voiewoda libertate
in terris nris manens recuperare terram suam Moldauien
et cum id facere voluerit, Nos Sigismundus Rex viribus
et potenciis nris illum adiuuabimus vt repetere et recuperare
posset terram ipsam suam Moldauien, Et cum dominus deus
adiuuerit quod eandem terram suam recuperabit, liberum
erit et securum, et apertum ipsi Ion Petro Voiewode amico
nro absq omni incommodo et damno exire de terris nris cum
Coniuge liberis, et cum vniuerso genere et omnibus Boiaris
suis ac vxoribus eorundem pueris et seruis ac Thesauris
ipsorum et omnibus que habuerint ad terram suam Moldauien

Item Mercatoribus Ion Petri Voievode de terra Moldauien' li:
berum erit et securum ire per terras nr̄as et mercari ac
negocia sua exercere solutis vectigalibus et theloneis con:
suetis, et seruato Iure antiquorum Emporiorum seu Depositorum
Et similiter nostris Mercatoribus et subditis liberum esse
debet securum et apertum ire per terram Moldauien' et Mer:
cari, et negocia exercere solutis vectigalibus et Theloneis
antiquis et seruato Iure antiquorum Emporiorum et Depositorum
Si que autem iniurie et damna euenient inter subditos vtriusq;
circa fines, nos cognicionem illarum Camenecen' et Halicien' Ca:
pitaneis pro tempore existentibus, committemus, Sic q̄dē cum
facta fuerit aliqua iniuria aut damnum alicui subdito de
terra Moldauien' ab aliquo subdito nr̄o, Is cui facta fuerit
iniuria petere debet iusticiam à Capitaneis Camenecen' et Hali:
cien' et hii ipsi Capitanei habebunt potestatem in vnūquemq; sub:
ditum nostrum vt facere possint cum eis iusticiam deum pre
oculis haben' hominibus Petri Voiewode de terra Moldauien'
Similiter si cuipiam ex subditis nr̄is facta erit iniuria aut
damnum à subditis aut aliquo homine Petri Voiewode et
terre Moldauien', Is petere debet iusticiam à Capitaneis Cho:
czimen' et Czarnouien', illi vero potestatem et auctoritatem
habere debent à domino suo Petro Voievoda de omnibus
deum pre oculis haben' iusticiam ministrare, Et si aliqua
magna grauis iniuria et dissensio accideret inter Capitaneos
nostros et ipsius Petri Voiewode, Nos id Petro Voie:
vode significabimus et ille nobis vicissim et vterq; nostrum
Oratores et Consiliarios suos solennes mittere debebit qui
simul conueniens de eiusmodi iniuria et differentia cogno:
scant et iusticiam faciant, hec autem iniurie et damna que
vtrinq; inter subditos euenerint, hoc foedus et pacem per:
petuam inter nos violare et frangere non debet, Conuentus,
vero ad componendum et cognoscendum vtrinq; de eiusmoi

iniuriis et damnis fieri debet in locis consuetis in quibus hac:
tenus fuit tentus et habitus. Hec omnia supradicta Nos Si:
gismundus Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie etc
pollicemur verbo nro Regio cum omnibus Archiepis Epis
Consiliariis Ecclesiasticis et Secularibus et subditis Regni
et dominiorum nrorum, amico nro Magco Petro terre Mol:
daviensis Voiewode, terre Moldaviensi, eiusq pueris, puerorumq
ipsius pueris, ac omnibus heredibus et subditis ipsius firmiter
tenere implere et inviolabiliter observare sine fraude et dolo
Successoresq et subditi nri observabunt In quorum omnium et
Singulorum fidem et evidens testimonium, Sigillum nostrum ac
eciam Sigilla Consiliariorum nrorum presentibus sunt appensa
Act et Dat Cracovie in Conventu generali

Anno domini 1527 Regni nri anno 2.
presentibus Rren in Chro Patribus, Petro Cracovien et Re:
gni nri Vicecancellario, Andrea Przemislien et Electo
Plocen, Epis Joanne Electo Przemislien, Necnon Mgcis Ge:
nerosis Venerabilibus et Nobilibus Nicolao de Schidlowiec
Sandomirien Regni nri Thesaurario, ac Radomien, Osswia:
czimen, Zathorien, Olsthinen, Crzepicen, Capitaneo, Janus:
sio Swirczewski Visticien et Lublinen Threbowlien Rop:
czicen Capitaneo, Stanislao de Sprowa Biecen et Capitaneo
Opocznen, Martino Mischkowski Vielunen, Nikolao Czi:
kowski Polanecen Castellanis, Stanislao de Chodecz Regni
nri Marschalco et Leopolien Capitaneo, Joanne Choiensky
Preposito Posnanien, et Archidiacono, Stanislao Oliesch:
niczki Canthori Gnesnen, Joanne Gorski Archidiacono
Posnanien, Stanislao Tharlo Archidiacono Lublinen, Jacobo
Staskowski Canonicis Ecclie Cracovien Secretariis nris
Siluestro Ozarowski Succamerario nro, Martino Zborowski

Pincerna, Stamslao de Thanczin Succamerario Sandomirien'
Simone de Chlewiska magistro Coquine Joanne Thazlo
Structore mense nostre, Bernardo Magicionowski Judice San:
domirien' et Referendario Curie' nre', ceterisq; officiali:
bus et Aulicis meis Sincere et fidelibus dilectis Datis
per manus prefati Reuerend' in Chro' Pris domini Petri
Thomicki Epi' Cracouien' et Regni nostri Vicecancellarii
Sincere nobis dilecti

Summa Legationis Valachorum ad Sigismundum primum. Regem Polonie. 1527

Oratores Voievodé Moldavien' auditi sunt in Piotrkow feria tercia ante festum Sancte Barbare.

Commemorarunt tenorem prioris sue Legacionis quam Cracovie habuerunt de sublimatione Voievodé et domini sui ad Sedem pateznam, quod illam Ma'tas regia gratam habuerit et pacem ac foedus perpetuum cum suo Voievoda inierit literisqz et Juramento suo confirmaverit. Quia vero hé eiusdem foederis et pacis, sunt obsignate tantum Sigillo minore Ma'tis sue, rogant vt eédem ipse hé maiori Sigillo Ma'tis sue, et Sigillis dominorum Archiepiscoporum Episcoporum, Palatinorum et omnium Consiliariorum regni obsignarentur, eademqz foedera hic palam adhuc Juramento Ma'tis sue confirmarentur.

Retulerunt quendam hominem qui se asserebat esse Voievoda terre moldavien' qui educatus est apud Thurcos venisse in potestatem domini sui Voievode et premium ambicionis sue recepisse.

Retulerunt, qz grave sit illis et onerosum solvere tributum Turco quod omni anno augetur, rogarunt vt Ma'tas regia impetraret aliqua pecunie summa dominum suum Voievodam quo solvere posset hoc ipsum tributum, quandoquidem thesauri omnes antiquorum Voievodarum fuit distracti per Stephanum Voievodam defunctum, ipse vero offert servire Ma'ti sue et regno eius non solum gentibus sed etiam personam et capite sue contra quos cumqz hostes

Vt nuncii sui per mittantur ire ad Moscouiam pro comparandis Sabellis et aliis pellibus, et similiter dentibus quibus indiget ad soluendum tributum Thurco.

Pecierunt vt dominus suus Voievoda possit emere plumbum in regno ad tegendam Ecclesiam a se edificatam et idem plumbum dimittatur educi libere absq; solucione cuiusq; Thelonei.

De Duce Visniowski et Thesauro ad eum deportato cum Sorore olim Bohdani Voievode restituendo

De Petro Voievoda qui est in regno vt nares ei preciderentur

Post hac Honiecz retulit Nunctium Voievode predicti ex Thurcia rediisse qui tota æstate illic mansit, Imperatoremq; Thurcorum ait se instruere contra Christianitatem, preterea Coesarem Precopen ab eodem Imperatore Thurcorum postulasse mitti sibi ccc Janiceros cum pixidibus manualibus ad expugnandum Castra Mtis Regie, et eundem Imperatorem Thurcorum id fecisse, et ipsos Janiceros illi misisse, et proinde admonuit vt Mtas sua faceret bonam prouisionem in Castris suis que habet in finibus regni et Magni ducatus Lithuanie, Postulauit postreo idem honiecz vt Mtas regia mittat ad dominum suum Voievodam Moldauien aliquem hominem fidum et discretum per quem vellet significare omnia que prefatus eius Nunctius ex Thurcia rediens illi narrauit.

Legatio a Sigismundo primo Rege Polonie ad Voievodam Valachie. Data Mag^co Stanislao de Chodecz Marsalco Regni Polonie.

Post dictam Salutem et fauorem regium. Excuset in primis tardu aduentum suum dominus Or. et dicat, quod quamuis Mtas regia dudum designauerit me Oratorem ad huam D. non potuit tamen me hactenus à se dimittere, propter nonnulla negotia sua et regni sui, à quibus noluit me abesse, presertim vero propter tractatus quos fecit Mtas sua per Oratores suos in Olumunz, cupiens sis: tere bellum inter Sermos dominos Hungarie et Bohemie Reges et eos ad concordiam reducere. Si igitur tardius venerim ad huam D. qz ipsa spezabat, non negligentie Mtis sue, aut mee, sed grauibus negociis, propter que discedere à Mte sua hactenus non potui id ascribat et bom consulat.

Deinde dicat dominus Orator ad hunc sensum, Regia Mtas, cumpti ex Oratore et litteris Dnis tue certior facta fuisset D. tuam in Sede patris et maiorum eius collocatam esse, ei ex animo gratulata est eamqz dignitatem, et dominium fauet. Dni vre quoniam eam spem de D. vra concepit qz se in hoc domino amice, et sincere erga suam Mtem Regnumqz et subditos eius gerret, ita, vt bona vicinu decet.

Cum preterea eadem Regia Mtas, ex insignibus Oratoribus Dnis vre accepisset, eam cupere, vt foedera et inscriptiones, que inter Reges et Regnum Polonie, et Vaivodas atqz terram Moldauie antiquitus obseruata, et facta erant renouarentur, et confirmarentur, tametsi Stephanus Voievoda adolescens nupez mortuus, eadem foedera, et inscriptiones, non curabat, easqz pro maiori parte violauerat, sueqz Regie Mti, et subditis eius

hostem pene apertum se declarabat, multis iniuriis et clandesti:
nis incursionibus subditos Mtis sue afficiebat, in dicione quoq;
sua nil aliud nisi crudelitatem et cedes in suos exercebat, quod
Dni vre optime constat Nichilominus tamen sua Mtas vt
Princeps Christianus pro bono rei Chriane, talia federa et in:
scriptiones renouauit, atq; confirmauit. Me quoq; huc ad
vram D. misit eam adhortatum, vt similiter talia foedera
et inscriptiones renouet, iureq; iurando suo, et literis sigillo
suo et Boiarorum suorū obsignatis coram me confirmet.

Insuper sua Mtas animaduertens, vires et potenciam infidelium
magnam esse, nihilq; eos aliud moliri, q; vt Christianitatem cir:
cumuenirent et opprimerent, Considerans quoq; magnum mo:
mentū sit si D. tua, in tuendis et defendendis ab infidelibus
finibus et subiectis cum Mte sua, vnum et idem velit atq;
senserit, eosdemq; amicos et eosdem hostes, cum eadem regia
Mte habuerit tametsi hoc ipsum in foederibus, et in inscriptio:
nibus sufficienter expressum sit, tamen mandauit michi sua
Mtas regia, super hac re diligentius et exquisitius seorsum
et speciatim cum D. tua agere, postulatq; à D. tua et eam hor:
tatur, vt si quando Tartari in Dicionem sue Mtis incursionē
facere velint D. tua velit ei cum gentibus suis auxilium
prestare, vicissim vero sua Mtas si quando D. tuam, aut Do:
mium eius ab eisdem Thartaris infestari contigerit, mittet
etiam ei auxilium ex gentibus suis.

Et quoniam sua Mtas regia Tartaros in campis paratos esse, tā
ex significationes D. tue, q; etiam a speculatoribus suis, certo
scit, Ideo prefecto copiarum suarum, quas in terris Russie
habet, iam mandauit vt si iidem Thartari, in terram Dnis tue
incurrerint, mox idem dnus prefectus, cum omnibus copiis
Dni tue in auxilium presto adsit

Idem Mtas sua à D. tua arpit, vt si cosdem Thartaros in regnú Mtis sue vires suas connectere constiterit, D. tua etiam cum suis copiis, gentibus sue Mtis adsit, vt itu coniunctis viribus esset defensio, et de hostibus victoria.

Quod Oratores D. vre commemorauerút, terram Moldauiæ plus iusto grauatam esse, atqz exhaustam tributo Thurcorum Imperatori debito, peteruntqz D. vram in hoc subleuari, asseuerantes precessores Mtis regiæ predecessoribus D. vre id facitare solitos

Quantum ad hoc negotium attinet, Scire dignetur D. vra et Mtez suam magnis nunc in Regno et dominiis suis difficultatibus et impendiis esse grauatam si vnqz precessores Mtis sue, predecessores D. tue in pendendo tributo iuuabant id fortasse tunc fuit, quando predecessores D. tue predecessoribus sue Mtis erant subiecti. Nunc vero maxima mutacio in his rebus facta est, et longe alie res omnes se habent, ac se tunc habebant. attamen sua Mtas hoc negocium subsidii ferendi differt ad proximum Regni sui generalem Conuentu, In quo, cum omnibus Consiliariis Regni sui super ea re deliberatioe et consultacione habita, certius responsum D. tue dabit.

Retulerunt etiam Oratores D. tue, Eam Thurcorum Imperatori nomine tributi etiam pelles preciosas pendere solere, vtpote Sabellos, et hermellinos, vel albulas, et ob eam rem, libertum trá-situm hominibus et Nunciis D. vre ad Moschouiam postulabant super qua re, sua Mtas Regia talitez respondit.

Se videlicet cum Duce Moschouiæ, nondum in gratiam rediisse, nec se eum adhuc firmam, et perfectam amicitiá habere. Et propterea non conuenire sue Mti, vt ad eum, vel terram eius, per terras et dominia sua alicui externo, transitum concedere deberet, tamen ea

deliberationem, suspendit sua Mtas, ad aduentum suu, in Magnum Ducatum Lithuanie, quo cum foeliciter peruenerit, consultabit super ea re cum Senatoribus Lithuanie, et quicquid cum dignitate et sine detrimento rerum suarum facere poterit sua Mtas illic constituet, et vt constituerit faciet. D. tuam certiorem.

Interea temporis, si talibus pellibus, vel aliis similibus rebus D. tue opus fuerit, facile eas venales reperiet, idq; in copia in regno suo Polonie, aut Magno Ducatu Lithuanie.

Poterit Orator dominus Marschalcus, Legationem istam, iuxta exigentiam temporis et iuxta arbitrium suum, diuidere, et parte eius palam et publice, partem secreto, et priuatim refferre, Id quod arbitrio suo, et solercie, temporisq; qualitate permittitur.

Quod si qua mentio ingeretur, de Suppellectili et Thesauris, quos Dux Visniovien, olim cum vxore sua, filia Vaivode Moldauie acceperat, respondebit dominus Orator, causam hanc q3o ad aduentum sue Mtis, in Magnum Ducatum Lithuanie reiectam, cum enim sua Mtas illuc venerit, et dominus Vaivoda Moldauie Nunctium suum illuc miserit, non negliget cum Duce Visniovien iusticiam debitam facere.

DE Iniuriis violenciis, ac rapinis, Ex Moldauia subditis regie Mtis iampridem illatis, si opportunitas temporis adfuerit, poterit expostulare Orator et tractare. Etiam de quatuor villis in Pokvczie interceptis poterit agere, si aptam ad hoc occasione viderit.

Hec et cetera idem dominus Orator pro sua prudencia ita extedet et moderabitur, prout res tempus, et dignitas Mtis regie postulabit.

Nunctiatio a Petro Vogeuoda Valachorū ad Sigismundum primum regem Poloniē De Turcorum molimimibus. etc

PAn Voiewoda roskazal waschei M^ci powiedziec o Pogansth:
wie ktore iest po gotowiv, i ktemv sie przipzawuią iakobi val:
ka na chrzesczianstwo podniesc. Thich to czassow niedawno
przijachal nasch Possel ktori bil v Thureczkiego czara od
nas ktori powiedzial isch Thureczki Czarz, o wielie sia rze:
czach pital tim obiczaiem, czo bi bil za spossob tich Ziem chrze:
sczijanskich Vęgierskiei i tudziesch vassei M^ci chczanc
Valką podniesc na nie.

Thenze Possel powiedzial nam isch Slissal tam miedzi gimi wroz:
mowach gich, zebi mieli cziangnącz wnet na początkv Mie:
siancza Marcza a vderzic na Ordelską Ziemią, i na Za:
leską a od tąd mieli bi potim wtargnąc wpansthwo vaßei
M^ci.

A takiesch miedzi inimi ludzmi gich, glos iesth zebi to od Rad
Czesarskich Slischeli, izbi chczieli przijc wnascha ziemią
i nas Ssoba wziąnc i tudziesh tich Valachow ktorzi mie:
schkaią Wbesarabskiei ziemi a Stimi ludzmi mielibi przijc
wpanstwa vaschei M^ci a ktemv chczą zaslac Tatari zdru:
giei Stroni, chczanc zaiącz ze wschech Stron panstwa va:
schei miloscżi a Stąd potim bi sie mieli zgiechac Vordelską
ziemią, chczącz wziąnc i podbic Ordel i wszistkie pansth:
wa ktore są wziemi Vangierskiei.

I tak iesth miedzi gimi gich rada i wschistka wola wziąwßi

wtich to Craginach Chrzesczuanskie panstwa, dopiero ma:
ią na to radą wziąnc iakobi podbili i posiedli wschistko
Chrzesczuanstwo, ot czego nas boze zachowai anieracz gim
pomagac.

I thudziesch poruczil mi powiedziec waschei M^ci o vczinek
Venetow ize oni są takovimi nieprzuaczielmi wszemu
Chrzesczuanstwu ze gorschich swiat miec niemoze, czi
widali radą Thurkowi na zle Chrzesczuanskie, ktorzi
za poradą gich wzial Bialogrod, wzial Rodos i ginich
wielie Zamkow i Miasth glownich, I ktemu vidali ra:
dą na wschitko Vengierskie panstwo, ktorego nieprzuaciel
za tą to radą gich barzo nawantlil, A raczczie vascha M^c
wiedziec isch do tich czassow oni na tem są, i Thurkowi radi
dodawaią zebi mocznie cziągnął po morzu i po suschi na wszi:
tko Chrzesczuanstwo.

A dzieschmi zadami i prosimi vaschei M^ci isbi vascha M^c racil
pilnie à vzitecznie radzic ze wschemi Radami vaschei M^ci
oczim viem isch vascha M^c maczie mądrą à wissoką Radę
vaschei M^ci abiscie tesch vascha M^c dosięgli rad ginich
panow ktorzi przilegli panstwu vaschei M^ci, abi to vascha
M^c radzili pilnie à nieomieschkale iako bibil odpor nieprzi:
iaczielowi wiari swięntei abi Chrzesczuanstwo niepoginalo
za czaschow panovania vaschei M^ci.

Thesch prosim vaschei M^ci, z wisoką radą vaschei M^ci abis:
czie vascha M^c zrozumieli i rozbaczili ize Vengierskie pan:
sthwo ma dwa Crola przeto abiscie vascha M^c na to stali

po ktorim biscie moc liepscha znali, ten bi niechai niemiesch:
kaianc poczal Crolowac bo iesli ieden drugiemu nieustapi
tedi pogani temu obiczai naidex iako to panstwo przi zadnim
snich niezosthanie.

Responsum a Sigismundo primo Rege
Polonie datum Nunciis Caroli .v. Cesaris
Et Ferdinandi Regis ~~25 Januarii~~. I. Aprilis. 1527
Cracouie

De hijs nuctiis Cricius facit mentionem in epla sua ad rege tripte ex Legatione Vngarica: supra folio

Ex Moscouia reuersis

SACRa Mtas Regia intellexit abunde ea omnia que
Dnes vre rettulerunt cum de rebus Moskouiticis, tum ecia
de Principibus suis et rumoribus quos hic existentes agno:
uerunt.

Ac in primis agit et habet Mtas sua immensas gracias Sacre
Coesaree Mti et Sermo Principi Ferdinando Electo Regi
Bohemie, pro ea cura quam Mtes sue gerunt de bono Statu et
bellis Mtis sue componendis, quod studium et beniuolencia
fraternam earum Mtum, vult vicissim illis Mtas sua omni
qua poterit obseruantia et omnibus officiis semper referre

Non dubitauit vnqz Mtas sua de amore in se fraterno earu
Mtum, non dubitauit de cura in Rempublica Christiana
quam per istas sediciones et bella intestina magis in dies in:
preceps ire Mtas sua vehementer dolet, quod non aliunde ac:
cidit, nisi quod Principes Christiani non contenti dicionibus

suis alienos fines impetunt et his privatis affectibus et am:
bitu tradunt ipsam totam Rempublicam Christianam com:
muni hosti libere occupandam

Optatq; super omnia Mtas sua vt ipsi Principes Chriani de:
positis simultatibus deposita cupiditate sibi inuicem dominia
sua occupandi, consurgerent tandem vnanimiter ad tantum
comune incendium extinguendum, quod nisi mature fiat cogno:
scent et hi qui Thurcu Coesarea Mte et Principibus Christi:
anis meliorem et iustiorem esse in vulgos iactant, quanta sit
huius hostis rabies et feritas, qui sub eius imperio si essent
illi, non eas turbas tam insolenter miscerent, nec ita bonitate
Principum suorum abuterentur

Quod ad ea attinet que Dnes vre hic intellexerunt non
habet Mtas sua quod vris Dnibus respondeat, maxime de
vulgi rumore et opinionibus, que vt nulla racione neq; iudi:
cio ducuntur, ita a nemine prohiberi, sed neq; a quoquam prudenti
iure alicuius momenti reputari possunt et proinde neq; Dnes
vre illas magnifaciant et curant.

Amorem et beneuolenciam eius Mtis erga Sermos Principes suos,
integram et inuiolatam esse, nichil omnino dubitent, curaniq; hac
et officium in re Moskouitica prestitum, esse Mti sue acceptissimu
certo credant, simul ac commendare Mtem suam laborem ~~vram~~ vrarum
D. in ea ipsa re prestitum, quem illis Mtas sua curabit per occa:
sionem omni fauore et beniuolentia sua regia abunde referre

Responsum a Ser^mo Dno Sigismundo Rege Poloniæ: datum Epo Scarensi nunctio Pape Clementis vii, ex Moscouia reuerso. 1a April. 1527

SACRa Mtas Regia Rme domine immensas agit et habet gracias Sanctis^mo dno nro pro hac cura et sollicitudine paterna, quam illius Sctas gerit de bono Statu Mtis sue ita vt sua sponte mittere dignata sit vram d Rmam ad Ducem Moscouie, causa pacis inter eius Mtem et ipsum Ducem componende

Quam curam et benignitatem paternam in se illius Stis vult eius Mtas omnibus officiis et obseruantia sua, quacumq poterit illius Sti perpetuo referre et demereri.

Et quamuis maluisset eius Mtas cum ipso Duce Moscouie causa rei Chriane pacem et concordiam stabilem inire, que et dignitati Mtis sue non officeret, et viribus magniducatus Lithuanie non detraheret, tamen cum ea in presens ita contingere non potuit suscipit eius Mtas grato animo eas inducias que per vram Prtem Rmam et Oratores Coesaree Mtis Ser^mi q Regis Ferdinandi sunt condicte, illasq Mtas sua vti Christianum decet Principem firmiter et inuiolabiliter obseruabit.

Agit eciam Mtas sua plurimas gras vre Rme Prti pro hac opera, quam in ipso negocio tam sedulo et fideliter impendit vt et opposuerit se illic multis tractibus qui in detrimentum Mtis sue vergere videbantur, et illos eius Mti comunicarit

quod Sincerum obsequium vrē Rme Dni vult Mtas sua acceptum habere semper et illud suo regio fauore per omnē occasionem vrē Rme Dni libenter referre.

Postulat autem eius Mtas à vrā Rma Dne vt Sanmo dno nostro Mtem suam diligenter commendare velit, pro cuius beatitudinis ac illius Sancte Sedis bono Statu et dignitate offert Mtas sua Regnum dominia gentes facultates et vitam denique suam, nec vllis vnque laboribus sumptibus et discriminibus suis parcere dignabitur Mtas sua, quibus relligioni Catholice et Sancte Sedi Apostolice ita vt hactenus consueuit conducere et inseruire posse videbitur

Instructio a Sigismundo primo Rege Polonie ad Papam Clementem vii data eius nūctio Epo Scar~~don~~ensi, ex Moscouia Romam redeunti prima Aprilis 1527

POST factam apud Sanmu Dnu nostrum commendacionē nri referet vrā P. vt ipsa vidit, quantis discriminibus regnū et dominia nrā sūt exposita quot et quantis hostibus infidelium et Scysmaticorum assiduis premātur, vt subditi nri nullo vnque externo subsidio suffulti sed suis duntaxat viribus et impensis tantas moles hostium sustinentes indies magis atterantur, ac deficiant.

Commemorabit vrā Prtas vt Sedes Apostolica consueuit regno Hungarie non vulgares suppecias ferre quod tamen cū vno duntaxat hoste infideli rem habet, nobis vero qui cum

eodem hoste et aliis insuper infidelibus et Scysmaticis assidue
conflictamur, nichil hactenus neqz a Sede Apostolica, neqz
ab vllo alio Principe Christiano subsidii est unqz prestitum

Supplicabit itaqz. P. vra vnacum Rmo dno Cardinali S. qua:
tuor Protectore Regni nri ipsi Sanctmo domino nro, vt eius Stas si
aliquo impendio suo non potest nobis in presens suppetias ferre,
saltem his rebus que eius Sti parum vel nichil constat, nobis adesse
pro paterna benignitate dignaretur.

Nempe vt eius Stas graciam aliquam singularem Jubilei ad
aliquot annos ad regnum nostrum, magnum Ducatum Lithua
et ceteza domina nobis subiecta et Armatas Cpatuum et om:
nium Sacerdotiozum in regno nro prouenientes, simul ac denariu
Sancti Petri post expiratam et finitam donationem eiusdem dena:
rii Sancti Petri quam habemus a bone memorie Leone Pontifice
decimo, nobis in defensionem contra infideles concedere dignare:
tur, et omnes milites et subditi nri qui in prelijs cum infidelibus
pugnantes occumbunt plenariam omnium peccatorum suorum
indulgentiam consequantur, et licet deuocio hominum erga in:
dulgencias et Jubileos hoc tempore nimis refrigerit, et Armate
et razo contingunt, et exigue sunt in hoc regno denarius eadi
Sancti Petri est satis exilis, tamen hoc qualicuqz subsidio con:
solati subditi nri, et ardencius suis hostibus resisterent et Se:
dem Apostolicam tanto maiozi veneracione obseruarent.

Si quid preterea eius Stas citra suum magnum incommodum pre:
stare nobis posset in subsidium regni nri et presertim quod ad lites
et turbas Ecclesiasticorum tollendas conducere videretur ex qui:
bus magna pars malozum in Ecclesijs redundat id eius Stas concedi

dignaretur, ita tamen vt illud quicquid esset nobis prius ad expendendum et eligendum deferret.

Aget postremo vra Ptas apud ipsum Sanctum dominum nrm vt illius Stas operam suam facere velit, et quidem circa mozam de reducendis in concordiam cum aliis Principibus Christianis, tum vero potissimum Scis Hungarie et Bohemie reges inter quos si ad arma ventum fuerit, regnoq Hungarie alioquin satis calamitoso, vis inferri videbitur, omnino sese Thurco subiicet, vnde quanta ruina instaret non nobis solum victimis sed ceteris vniuerse christianitati, eius Stas facile cognoscere potest. Agimus quidem nos magna cura et impendio de ipsa concordia apud vtrumq sed vereremur vt soli id perficere possimus absq adminiculo illius Stis et aliorum Principum Christianorum, et proinde vt in eo negocio illius Stas operam suam maturare velit, ne interim regnum Hungarie in potestatem Thurci veniret.

Sigismundus primus Rex Polonie Clementi Pape Septimo.

Sanctis^me etc. Iam non ignorat vra Stas, vt post cladem et inte:
ritum char^mi Nepotis mei, domini olim Ludouici Hungarie et Bo:
hemie Regis, Bohemi Ser^mum Principem Ferdinandum, Hungari
Vaivodam Transsiluanie: nonnulli tamen etiam ipsu Ser^mum
Principem Ferdinandum elegerunt: res ad summam spectat dis:
cordiam, et extremum afflicti regni Hungarie interitum, co:
nante eodem Ser^mo Principe Ferdinando Regnum ipsum vin:
dicare, et creatum Regem exturbare: eduerso vero Hunga:
ris extrema queq; potius subire, quàm regem suum deserere
volentibus, petit à me ipse Ser^mus Princeps Ferdinandus sup:
pecias alter etiam mihi sese apprime commendat, ambo affini:
tate, alter eciam mihi sanguine iunctus est, libenter adessem Ser^mo
Principi Ferdinando, sed nec possum domesticis hostibus distẽtus
nec si possem, particeps esse vellem effusionis sanguinis Chriam
indignum enim iuxta et impium mihi videtur rem Christianam
satis superq; his et insanissimis turbis concussam, etiam in hiis
partibus armis intestinis turbare, et afflictis afflictionem ad:
dere, consulo itaq; vtriq; parti vt aliis pocius modis honestis
quàm armis rem agant, in quibus illis operam meam polliceor
vram eciam Sanctitatem obsecro dignetur ipsum vtrumq;
Regem adhortari, vti sese à talibus armis contineant, que
vniuerse rei Chriane plurimum incommodare possunt, meq;
Sanctitas vra in ea salutari opera sua auctoritate, iuuare
dignetur, similiter de reducendis in graciam aliis Principibus

Christianis, vt Sanctitas vrã operam suam impendat, illa eciam atq; eciam rogo, quam dominus deus q̃ diutissime seruet sospitem ac foelicem, cui me iterum ex corde commendo Datum Cracouie Cpma Aprilis 1527

Sigismundus primus Rex Polonie Collegio Cardinalium.

Sigismundus etc. Rmi in Chrõ Pres et domini amici charmi ac honoranmi. Jam non latet vras Rmas Dnes quantam ruinam passum est Regnum Vngarie, quantum propugnaculu tocius Christianitatis ita labefactatum sit, vt suis viribus nequaq; consistere possit, hoc eciam regnum nostrum quantis hostium arietibus quassetur assidue, dicet abunde vris Rmis Dnibus Rndus dnus Epus Scaren Nunctius Sanmi Dni nri cui rogamus, vt plenam fidem adhibere velint, agereq; curent apud ipsum Sanmu D. nrm, vt pro sua sapientia et pietate in religionem Chrianam, operam faciat de reducendis in cõcordiam cum aliis Principibus Chriãnis dissidentibus, tum vero Sermis Hungarie, et Bohemie Regibus, dira vtrinq; aduersum se molientibus, ac vt q̃ primum his Regnis laborãtibus succurratur, que iam in faucibus hostium Chriãni nominis sunt constituta, facient vre Rme Dnes officium se et prudentia sua dignum, et nos sibi perpetuo deuincient, Que valeant foelicissime, nosq; sibi habeant commendatos Datum Cracouie die prima Aprilis Anno doi Mo. D. XXVIIo Regni vero nostri anno XXIo

Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis
& Regni Polonie Vicecancellis

Luce de Gorka Castellano Posnanien,
et Capitano Maioris Polonie generali.

MAgce domine, domine et fr honorandme. Cum res huma:
nas, sors ita verset, et in eas tantum possit, vt presentiam M:
vre, (qua sola recreari debueram, quaqz hic singulari cum
desiderio expectabam) mihi qo abstulerit pro summo meo amore
perpetuaqz mea erga eam beneuolentia, obseruantia, studio, et
fide, non potui mihi temperare, quin absentis valetudinem bo:
nam per internunctium, absensqz inuiserem, ageremqz id, quod cu
presente, acturus eram, quam quidem ad rem, per idoneus mihi vi:
sus est, is familiaris meus et vtriusqz nostrum gentilis Venera:
bilis dominus Ioannes Sbaski Canonicus Posnaniensis, quem ad Sbaski
M. vram mitto, Mandaui ei preterea, quedam nomine meo cum
ea conferenda, agendaqz, faciet vra Mgcia rem summa sua
humanitate, et in me beniuolencia dignam, michiqz gratissima
Si in hijs ipsis rebus, quas verbis meis aget, desiderio meo simul
et preci acquieuerit, eidemqz Ioanni Sbaski in omnibus indu:
bitatam fidem habuerit, commendo me ex animo vre Mgcie qua
dominus deus seruet mihi et meis qz diutissime sospitem et foeli:
cem Dat

Instructio a dño Petro Tomicio Epo Cracouien. R. P Vicecancello: ad Mag^cum Lucam de Gorca Castellanu Posnamien: et Capitaneum Maioris Polonie generalem, data dño Joannj Sbaski Cano^co Cracouien.

POST dictam verbis meis Salutem, et mei commendacionem. dices domino Castellano Posnamien, me iam ab initio, semper (ita vt ex necessitate affinitatis teneor) eius dignitati et laudi fauisse, in hoc q3 potissimum elaborauisse, vt de eo eiusq3 domo, q3 amplissima fama, temperantie, iustitie, et integritatis latissime pateret, hiis enim virtutibus, et Regie mtis perfectam graciam et apud omnes benivolentiam sibi eam facile conaliare posse existimaba

Quod autem nonunq3 sibi aim vicinis et necessariis, vel de finibus, vel de domesticis et priuatis iniuriis, non satis recte conueniebat, ob eas q3 res, vel ad occultas simultates, vel ad lites deueniebatur cum non mediocri dolore meo audiebam, idq3 fortune malignitati et hominum inuidiam eius laccessentium temeritati adscribebam, nec tamen vsq3 quaq3 probabam

Quod tametsi superioribus temporibus alias contingebat tamen michil me eque vnq3 tanta molestia affecit, q3 dissidium hoc moderuum, quod nescio quis malus genius inter eum et dominum Vincentium Swidwam Castellanum Gnesnen frem meum excitauit.

Is dnus Castellanus Gnesnen, forte errore quodam humano, vel imprudenti consilio vsus, se iniuriis extimulatum existimas venit huc easdem iniurias quas se habere pretendit questum Cum ad Regiam Mtem tu amicos et necessarios suos

Quod propositum suum cum ad me domum meam veniens michi renunctiasset, sane pro debito necessitudinis, quo vtriq; eorum deuinctussum, non potui, non vehementer commoueri, propterea, q; quos ego conuinctissimos esse et opto et cupio, eos viderem cum summo eorum dedecore, et malinolorum obtrectacioe capitalibus prope odiis interse dissidere.

Itaq; tametsi in maximo Pelago publicarum occuppacionum mē versarer, volui tamen, tante indignitati pro facultate mea et erga vtrūq; eorum amore, vel potius pietate occurrere, et te ad Mgcum dnm Castellanum Posnanien mittere.

Rogabis et obsecrabis eum verbis meis, tribuat hoc primum virtuti atq; mansuetudini sue, et iusto dolori meo, et remittat aliquid ex ea acerbitate, quam erga eundem dominum Castellanam Gnesnensem concepit, et obmissa iuris et litium alea velit ad eas conditiones deflecti, que michi, et eque et iuste, vtriq; etiam parti tolerabiles et honeste videntur, hee sunt huiusmodi.

Cum vadium duorum millium Marcarum, in quo dominus Castellanus Gnesnen aduersus dominum Castellanum Posnaniensem succubuit, impericia iuris dicti domini Castellani Gnesnen et eius Procuratoris inscitia et ruditate potius, q; ob aliquam insignem et legittimam iniuriam domino Castellano Posnanien factam, decretum fuerit, Rogabis suam Mgciam vt illud ipsum vadium tollere et extinguere et bona domino Castell. Gnesnen que tenet in eo ipso vadio libere illi dimittere dignaretur, propter preces meas. Nam dominus Castellanus Gnesnen deum testatur, se inscriptiones et pacta que interse mutuo habent, nunq; in minima re violauisse, neq; vnq; suis mandauisse, vt precium ceruisie vltra constitutum modum

augeretur, quod tamen si ab aliquo suorum aliquan̄ auctu fuerat id se inscio factum fuisse nec debere id sibi imputari quod subditi sui temerarie, eo non iubente deliquerunt Quādoquidem, ipse de suis subditis si in aliquo deliquerint, paratus est inscitiam ministrare, eosq; iuxta crimē eis intentatum punire.

Quod vero ad decemseptem seu decemocto Marcas attinet quas dominus Castellanus Gnesnen̄ à suis subditis extorsit racione pænē quia brasea domini Castellani Posnanien̄ emerunt, ego propter bonum pacis, et mutuam inter Mgcias suas concordiam, tanq; mediator, de meis pecuniis soluere sum paratus.

De Molendino Schamotulensi, sit ita quemadmodū ab antiquo obseruatum fuerat, donec Mgcus dominus Posnanien̄ Castellanus per ocium aliquando in Archiuis Priuilegium super idem Molendinum querere et reuidere mandet, verisimile est in tali Priuilegio, ad amussim contineri, quid dnus quidue Molendinator, ad onera Molendini teneatur.

Reliqua dices et ages quē dominus Gnesnen̄ affert in excusationem sui et quē nos tibi commisimus, quē omnia industrie et diligentie tue committimus

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie datum oratori Ill. do. Georgii et Barmini Pomerae Ducum.

Quod domine Orator Regie Mti dno mo gratiosissimo nomine Illustrium dominorum Ducum vrorum habuistis gratias pro eo quia dominum Achacium Czeme Capitaneum Slochouien ad tractatus inter dominum Marchionem Joachimum Electorem et Illtes eorum in Guterbork habitos miserit, sciatis Regiam Mtem id libenti animo fecisse

Renunctiastis preterea sue Mti Illtrem dominum Joachimum Marchionem Brandeburgen etc Electorem relictis equis et legittimis pretensi iurissui persequendi racionibus ad vim et arma animum conuertisse, eiusque rei indicia declarastis, quod auxilia conquirat, rebusque omnibus, quas vsus belli poscit, se instruat, ideoque cum dictus dominus Marchio ab instituto abduci non possit cogantur etiam domini Duces violentie resistere.

Rogatam ergo habuistis Regiam Mtem, ne Illtres eorundem dominorum Ducum in hiis periculis deserat, sed pro omnibus necessitudinis ac nuper initi fœderis vinculis, eos tueri dignaretur, imperareque Prefectis nonnullarum Arcium suarum atque ita et Gdanensibus vt sicubi vsus et racio belli poscerent, et idem dominus Marchio bellum gerere perrexerit, eos armis et auxiliis iuuaret.

Postremo addidistis si Regia ℳtas pro prudentia sua aquas rationes inuenire posset, quibus dissidium hoc inter dominum Marchionem, et ipsos dominos Duces citra bellum et cõdem dirimi posset, velle dominos Duces consilio suę ℳti obtemperare

ℳtas sua regia tametsi vehementer cupiebat litem hanc et controuersiam, illic in Luterborch, dirimi et sedari, innitaqꝫ audiit eandem litem, exasperatam verius q̃ sopitam et extinctã esse, tamen, cum rem cõ deuenisse conspicat, Illtesqꝫ ipse, dominorum Ducum id velle intelligat, non grauabitur sua ℳtas iterum experiri, posset negotium absqꝫ vi et armis cõficiꝰ, nec ne, mittetqꝫ Legatum suum ad dominum Marchionẽ Joachimum, eumqꝫ adhortabitur, et petet, vt à vi et armis sibi temperet presertim his turbulentissimis temporibus no enim deesse bonos viros, qui causam hanc in otio et pace cõponere possent, Quod si idem dominus Marchiõ in suam ℳtem arbitrium consentire voluerit, vel adiuncto vno aut altero ex Germanię Ducibus non grauabitur sua ℳtas subire onus et negotium vt ita cõ arbitrio, vtrinqꝫ simultates omnes et inimicitię extinguentur, nec alioqui, quicqꝫ pretermissura est sua ℳtas quod ad officium Cbriam Regis, et ad conciliandam vtrinqꝫ benevolentiã pertinere existimauerit.

Quam rem si ℳtas sua se minime proficere senserit, dominoqꝫ Marchiõi non posse persuaderi vt ab armis discedat, animaduerterit, et dominos ipsos Duces Nepotes suos, vi et armis peti viderit, nequaqꝫ eis consilio et auxilio, vna cum toto regno suo deesse vult.

Sigismundus primus Rex Polonie Joachimo Marchioni Brandeburgensi electori.

Illtris Princeps et domine affinis nr charme. Accepimus lras ab Illte vra quibus petit, vt si quid indignacionis et odii adversus subiectum eius Mgrm Ordinis Sancti Joannis, qui in nos plurimum deliquit concepissemus, id propter intercessionem eiusdem Illtis vre, pro eo ad nos factam, ex animo nro ammoueremus. Et eum in pristinam et solitam graciam nram susciperemus. Nos quidem iuste erga eum commoti eramus, propterea, q nos tanta contumelia affecerit, quanta nec preces sorum nrorum quisqz vnquam affectus fuit, quod factum eius eo indignius ab eo reputauimus, q ex religione quam profitetur, modestie potius et humanitatis, qz violentiarum et sedicionum auctor esse debuerat. tamen cum Illtas vra cuius nos beneuolentiam, et bonam vicinitatem magnifacimus pro eo intercedendi munus sibi desumsit. Condonamus ei totum hoc quo nos offenderat ea tamen lege vt Conuentis et pactis satisfaciat, fauore eciam eo prosequi eum non abnuimus quo omnes Religionem professos prosequi solemus, modo causam nobis deinceps ne prebeat, iusti erga se odii. Quod et Ill. ipsam vram rogamus, contineat et coherceat suos, vt tandem, nos et nros lacessere desinant. Sic. n. mutuam beneuolentiam ab vsqz maioribus nris sancte custoditam, optime vtrinqz fouebimus. Nam quod ad alias causas et controuersias attinet, que in preterito Conuentu (vt scribit) finiri non poterant nos qz volumus. Imo cupimus, vt amice dirimantur componantur qz, et ob eam rem Legatos nros, ad id negotium obeundum alio tempore comodo designabimus quos cum isthuc missuri sumus, faciemus aliis lris certiorem Illtem vram, quam foeliciter valere optamus.

Responsum a Sigismundo rege Polonie datum nuncio Magi Stefani de Bator qui Zophiam virginem Ducissam Masovie uxorem duxerat.

Sacra Mtas Regia, cum magno dolore suo accepit eam sas-
sionem regni Hungarie, que Electione duorum regum est
subsecuta, nam cum ea differentia, vel in media pace non pos-
sit non esse permaciosissima, quanto magis nunc pernaciosa
videri debet Regno ipso Hungarie in finibus communis
hostis constituto.

Non dubitat enim Mtas sua Serenum Primipem Ferdinand
vigore iuris sui quod habere dicitur, et huius Electionis
facte, Regnum modis omnibus repetiturum, non dubitat
item Mtas sua alterum quidam Coronatus est, ad tuendu
se nichil omissurum, et si res postulabit, etiam extrema
quecq tentaturum, itaq qualis alius exitus expectari de-
beat nisi pernaciosissimus Mtas sua non videt.

Cuperet tamen Mtas sua ex animo diferenciam hanc compon
nec in ea re quicq opere et studii preteremitteret, sed ne mod
quidem adhuc ullum videt Mtas sua tante dissensionis et di-
fferentie finem.

Si rebus integris hec vel illa pars Mtem suam consuluisset
et parere consiliis suis voluisset fortasse res in tam per-
niciosissimum dissidium non venisset, nunc rebus transactis
et eo deductis, ut neq consiliis, neq remediis ullis locus re-
lictus videatur quid aliud respondere possit Mtas sua prete

id quod vehementer de eo euentu dolet, omnino non habet

Cæterum quod ad negotium Spectabilis et Mgci domini Pala:
tini et Illtris Coniugis eius attinet, datura est vobis Mtas
sua mille florenos iuxta promissum suum in Varschouia,
et dabit reliquum Mtas sua non grauatim quando dnus
Palatinus, iuxta contradictum et inscriptiones suas mittet
huc litteras facte et reformate dotis et dotalicii in bonis
suis certis et conuenientibus, nam Mtas sua vt in dominiu
et hereditatem Ducatus Masouie successit, ita illi patroci:
nium et cura incumbit ambarum dominarum Ducum super:
stitum, ne in sinistro aliquo euentu Mtas sua culpari vel ab
illis vel a quouis alio iuste possit. Quandocunq; igitur dos
Palatinus bona certa ipsi domine Duci Coniugi sue consi:
gnabit et inscribet, literasq; huc ad Mtem suam mittet.
Reliquum dotis, citra omnem difficultatem accipiet.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
& Regni Polonie Vicecancells

Stefano Broderico Epo Sirmiensi

R. ME. rē Cum magno animi mei dolore, cum ex domino Alberto Spectabilis et Mgci domini Regni Hungarie Palatini Nunctio tum etiam ex multorum lris et nunctiis accepi, quo in Cardine res Regni Hungarie versentur, doleoqz vehementer Regnum hoc tam clarum tamqz inclytum in hanc calamitatem, quam omnes perspicimus deuenisse. Quid enim ea scissione quam ex duorum Regum Electione consequi necesse est perniciosius excogitari potest, aut quid periculosius In summa omnium rerum tranquilitate ea differentia ac dissensio intestina, non periculosissima esse non posset, quid nunc sperandum tam potente et tam inani hoste ceruicibus iminēte? Deo omnipotens summa sua misericordia fortassis talem pestē terris auertet, Sed et regia Mtas domini nri omni suo conatu et studio ad tantum dissidium componendum non deerit modo via et modus se offerrent quibus id ex dignitate et comōdo fieri possit, tametsi sua Mtas nondum perspicere potest, quo nam consilio id aggredi debeat, Sed vtcūqz res ceciderit ego Rmam. D. vram veteri beniuolentia prosequi et rebus atqz fortunis pro virili mea adesse non cessabo Dat.

Stefanus Brodericus Eps Sirmiensis
Andree Cricio Epo Plocensi &
Joanni Comiti (Cyasski) de Tarnow Castellano
Biecensi

hec scripsit Brodericus Posonij
adhuc existens penes reginam Mariae

CREDO D.nes vras intellexisse de quodam homine que nri nigrum vocant, est nacione Rascianus genere, vt pro certo asseritur, de familia Imperatorum Constantinopolitanorum multi eum sequuntur, recuperauit hiis diebus Thurcis inde expulsis Castrum Cherewgh non procul à Sauo flumine, hodie accepimus lras à Despoto Rascie, in quibus scribit eum Ciuitatem qz et Sedem Epatus mei Barimonosthra vocata à Thurcis liberasse, et milites suos ibi imposuisse, scribit preterea Despotus eum à se petere Bombardas, velle transire Sauum inuadere terras hostiles.

Italiam totam intelligimus bellis feruere, Hyshpanorum aliquot millia hostia Tibernia occupasse, De Pontifice etiam intelligimus rursus nescio quid aduersi, miro modo prosperatur vbiqz Coesaris fortuna, nescio quomodo dnus Vaivoda sit et viribus et fortune Coesaree par futurus. deus det illud quod est pro regno Hungarie misera patria mea et pro tota Chriamitate melius.

Ego quin viderem dissensionum istarum que exoriuntur non fore ita cito finem, in quo vtinam sim falsus vates

Sigillum Reguim quod fuit apud me quod iam nullo poterat esse vsui, dominis apud Mtem Rlem existen et Mti Rli

publice presentaui, consulen' quid nam de eo esset agendu illi, habita superinde deliberacione responderunt, ob easq causas quas ego proposueram illud esse confringendum atq ita pnte dite Rli dominis Consiliariis multis Pri: moribus, Nobilibus, est confractum atq in tres partes dis: sectum, Quod propter multas causas visum est longe con: sulcius q illud diutius, presertim inter istas dissensiones retinere, presertim regno in duas partes diuiso, et me omnino neutrali esse non valente.

Nunctiant michi fratres et amici apud dominu Vaivoda existen', integra mihi esse et salua omnia, tam quo ad alias promociones, q quo ad officium, Ego tamen non possum hinc discedere, magis officio boni et constantis viri ductus q vlla alia causa.

Dominum Vaivodam colo et obseruo vt optimum patronum et dominum, sed officio deesse non possum, quicquid vlterius sors tulerit neq id propterea q huic parti me obligarim nam id non feci, sed q saluo honore vix aliud facere possu q remanere apud Reginam. Que vt alia omitta oia sua consilia mecum hactenus sine vlla excepcione com: municauit expectabo exitum istaru rerum neq me intro: mitta, presertim in ea que ad dissensiones Ciuiles et ad bella pertinent, precabor dum alii pugnabunt deum au: ctorem et amatorem pacis sicut bonus sacerdos vt velit iam tandem tante ruine patrie misereri vt par: cat populo suo, et ne det hereditate nram funditus in perdicionem.

Brodericus Episcopus Sirmiensis Petro Tomicio Epo Craconiensi et Regni Polonie Vicecancellario.

R̄ME domine, domine colen^me. Serui^tis commen, et mille Salut, Ego ex Posonio vbi per hos menses superiores apud M^tem R̄lem dominam meam graciosissimam partim vero in Castro Deuen quod est domini Bornamii hic fui, ad proximum Regni Conuentum generalem redii, à M^te Regia Joanne domino meo graciosis^mo benigne exceptus, vt quem tunc q3 cum Posonii essem M^tas sua scit in nullam prorsus rem que aliquod Regno incommodum afferre posset intromisisse, qui pacis tantum ac mutue amicitie inter istos duos Principes suasor fuerim. Quade re et circa inicia istarum diuisionum scripseram et nunc scribo prolixius ad R̄mum dominum meum dum Premistien, Ex quo, supplico dignetur cætera cognoscere, Quanuis non desint quedam que litteris non videbantur comittenda, Quibus cognitis nichil dubito vra R̄ma D^o consilium meum non improbabit. Intellexi à M^te Regia S. Joanne ista Sacram M^tem domini nostri cois graciosissimi aliqua ei in meam commendacionem nunciasse scio hec cum à benignitate et clementia Regia, tum à vre R̄me D^nis in me singulari amore ac studio proficisci, ago igr eidem infinitas et q3 maximas possum gras que me inter eciam istas tot meas calamitates non desinit suo fauore sua gracia prosequi. Si deus opt. Max. concesserit facultatem, graciam referendi et reseruiendi hec vre R̄me D^ni in me merita, dabo opera vt me experiatur non esse sibi ingratum seruitorem, que, suplico humillie, non desinat eciam imposterum me gracia sua prosequi et ta ipsa per se, q̄ commendacione Regia me adiuuare et seruitore

iacentem de tanto gradu in quem ipsa me pro magna parte ele:
uauerat casu pocius quodam q̃ culpa aliqua deiectum erigere
alia vt premisi ad dominum Premislien/ vram R̃ mam. D.
cupio optime valere Dat ex Buda iij Aprilis Anno
domini M° . D XXVII°

Stefanus Brodericus Ep̃s Sirmiensis
Andree Cricio Ep̃o Premisliensi

R̃ME domine, domine colendissime Ser̃tis commen̄ et
mille Salut. Perscripseram circa inicia istarum diuisionum
post cladem illam lamentabilem à nobis acceptam vr̃e R̃me
D̃ni omnem consiliorum meorum rationem, idem feci aliquot
ante Septimanis ex Castro Deuen quo me contuleram perte:
sus et abhorrens pocius ab hiis rebus, quas impendere vi:
debam. Perscripseram vero omnia, vere, sincere, et aperte.
Et cum Ser̃mo eciam Rege Ferdinando de rebus omnibus
egeram valde ingenue Et ita vt quocies mihi liberet, et id
rebus patrie mee consulcius esse existimarem, possem id facere
quod vellem quippe qui rebus in omnibus nihil aliud fuerim
sequutus, nisi quod patrie ducerem esse conducibile, ne obolo
quidem minimo vel à Principe vel à R̃li M̃te dn̄a mea
graciosis̃ma vnq̃ adepto. Qui cum postea et Ius ac liber:
tatem patrie, nulli obnoxie, plenius cognouissem, Et sub per:
duellionis pena ad patriam reuocarer, memor patrie, me:
mor beneficiorum ab ea acceptorum, memor eciam M̃tem hac
Regiam dum in minore Statu esset, rebus meis semper ex
animo fauisse, prouidens animo que ex hiis diuisionibus et
factionibus sequi possent, que vtinam non sequantur, memor
eciam quid ad me aliquando vr̃a R̃ma D°. multum certe vere

et fraterne de rebus hiis scripserat, redii in eius gremium, que me genuerat, que aluerat, que non paruis commodis et honoribus vro potissimum patrocinio affecerat/ expositis tamen prius coram Mte Rli domina mea clementissia et coram dominis Consiliariis sue Mtis vtriusque ordinis et nationis, omnibus meis racionibus ac mea huiusmodi voluntate declarata, parabam eciam vt omnia mea negocia clariora essent ad Principem tunc Prage agentem proficisci, sed breuitas temporis non est passa. Res mee Rme et charme domine breuiter in hunc modum se habent, quas cupio vre Dni Rme et per eam dominis meis domino Palatino et domino Epo Tomicio Cracouien esse notas. de quibus dicet nonnulla dnus Statilius, dnus et frater meus charmus/ Non dubito futuros vt in talibus rebus quandoque euenire solet. qui alr actiones meas interpretentur. Sed res ita se habet reuera sicut pie misi.

Intellexi ab hac Mte domini mei gracioni Mtem istam similiter domini nri cois gracioni nonnulla in meam commendatiom eidem nunciasse, Agnosco in hoc regie Mtis clementiam et benignitatem, agnosco vrarum eciam dnum in me singulare fauorem, Si res nre, vt spero futurum, pacatiores fuerint. non dubito mihi commendacione huiusmodi plurimum profuturam, deus optimus ita voluit, vt ego in omnibus et per omnia fauore sue Mtis et vrarum Dnum adiuuarer ac subleuarer, Nihilque michi vnque obuenire prosperi posset quod non semper recta à vris D. proficisceretur/ idem ergo deus qui hoc voluit, velit et efficiat, vt particulam saltem aliquam tot meritor, tante in me gracie reseruire aliquando vris Dnibus et imprimis sue Sacre Mti possim, Supplico vre Rme Dni dignetur per omnes occasiones, seruitutem meam humilimam in gram sue Mtis comendare

quousq; viuam Mtem suam et domum istam Sermam non alr culturus ac seruiturus, q; vnus ex hiis quos in suo regno procreatos, fidelissimos habet, Noua que hic habemus ab eodem domino Statilio intelliget me, et mea seruicia vre Rme Dni humiliter commendo Que optime valeat Ex Buda xiia Aprilis 1527

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancellus
Stephano Broderico Epo Sirmiensi

Cum ex Oratore Sermi domini Regis vri dno Statilio intellexissem Rmam D. vram, quasi ex tempestate et naufragio ad portum, sic ad patriam suam Hungariam rediisse pro summo et incredibili amore, quo eam iampridem prosequebar, dici vix potest, quantu leticia fuerim perfusus, quantumq; ei sum gratulatus, ita enim animus presagit, hoc factum, vre Rme Dnis, magne laudi et glorie ei olim futurum indeq; illam, (presertim apud regem istum sapientissimum) facile locum et dignitatem suam breui recuperaturam esse, Quanq; hic non sine summo dolore nro animaduertimus preclarissimo isti regno, iterum bellum imminere, neq; Sermum D Ferdinandum regem abduci posse, quin armis aliquid tentet, et inde veremur, ne rursus aliquo incommodo afficiamini, itaq; vehementissime cupimus, vicino nobis regno et amicis nris quos istic habemus, rebusq; eorum q; diligenme esse prospectum atq; consultum quod quidem prudencia prouidenciaq; Sermi domini vri regis, Consiliariorumq; eius atq; ita et Rme. D. vre diuina primum clementia fauente obuenire non dubitamus Rmam. D. vram optime et foelicissime valere cupimus eiusq; frno amori me commendo

Sigismundus .I.s Rex Polonie
Casimiro Duci Tessinensi

Illtris Princeps et domine affinis nr charme Salutem. Ex lris
Illtis vre intelleximus illam ob causam Opauien Ducatus
non parum esse perturbatam, vrgentibus eam vtrinqz Seris
hinc Hungarie illuc Bohemie Regibus, ad debitum sibi
prestandum, non libenter certe audimus Illtem vram, aliqd
perturbacionis vel incommodi pati, Et vt iam ab initio re:
bus et dignitati Illtis vre pro facultate nra adesse su:
mus soliti, ita et modo ad Sermu dominum Hungarie re:
gem, pro Illte vra scribimus, rogantes, ne, priusqz deter:
minatum fuerit, cui nam Slesia Cessura sit, Illtem vram
ad aliquod debitum sibi prestandum, vrgeat, quod pro mutua
amicitia nostra, eius Sertem facturam confidimus. Quod
attinet ad eam differentiam que est inter hos duos reges, ra:
tione regni Hungarie, nos libenter omnem operam nram im:
pendemus, quo illam æquis ac honestis mediis componamus
Scimus enim nisi quod tempestiue sopiatur eadem ipsa diffe:
rentia cessura sit in magnum discrimen et ruinam non mo:
do horum Regnorum sed etiam tocius reipublice Chrianę
Illtem vram cum hiis foeliciter valere optamus.

Sigismundus primus Rex Polonie
Joanni Regi Vngarie

SEx^me etc Declarauit nobis Illtris dominus Dux Casi:
mirus Theßinen in quantis angustiis nunc sit constitutus
eò quòd ad debitum fidelitatis et subiectionis prestandum
ex Ducatu Opauien, et à M^te vrã et à Ser^mo Principe Fer:
dinando Electo Rege Bohemie admoneatur, hinc enim
cuperet M^ti vrẽ adherere et debito suo satisfacere, illinc
vero insidias sibi parari senciens, metuit discrimen bonorũ
et difficultates aliquas, et proinde rogauit nos vt interce:
deremus ad M^tem vram quo tantisper supersederet ab
exigendo ipso debito suo donec transigatur et constabit
in quàm partem Slesia deueniet, nobis non indignum vide:
tur, vt M^tas vrã hunc bonum senem Auunculum suum
in hac peticione exaudiat, et paciatur, vt ad vitandas eas
difficultates quas incidere posset, sit tam diu neutri parti
addictus donec de tota Slesia fuerit constitutũ nam de il:
lius fide erga se dubitare non poterit M^tas vrã, neqꝫ vt
putamus aliquid hinc detrimenti iuribus eis eueniet, qua:
re rogamus M^tem vram dignetur æquo ferre animo hãc
peticionem eius et non exigere adhuc ab illo hoc ipsum debi:
tum vsqꝫ dum fuerit determinatum vtram in partem Slesia
deuoluetur, Quò nobis M^tas vrã faciet rem non vulga:
riter gratã Quàm foelicissime valere optamus Dat

Sigismundus Rex Polonie Cazimiro Duci Tessznensi

Illtris Princeps et domine affinis nr charme Salutem. Ex lris Illtis vre intellexerimus quibus curis cogitacionibusqz distri: gitur eadem Illtas vra, quas ob res, nos quoqz ipsi pro ve: teri et singulari nra erga eam beniuolencia non modice com: mouemur, cupimus enim profecto Illti vre id maxime conti: gere quod eciam eam et cupere æquum est, et optare plane perspicimus, videlicet cum dignitate ocium, presertim hac qua est prouectiori ætate, Sed cum ea nunc sit rerum conditio quam videmus, Illtasqz vra à nobis consilium expetit, Ape: riemus ei mentem et sniam nram et primum omnium non in: commode contigit qd Sermus Rex Ferdinandus Oppauiam declinans, aliorsum iter conuertit, cum vero Illtem vram lris suis (vt scribit) Vratislauiam accersiuit, censemus eundum illuc esse, et se certis Ducibus et Primoribus Slesie adaptandum atqz conformandum, Etsi alii Iusiurandum pre: stabunt, Suademus vt Illtas vra illud eciam prestet, neqz exi: stimamus eidem Illti vre id dedecori futurum fore, si to: cius Slesie factum secuta, id fecerit quod vniuersi paris co: dicionis facturi sunt, ita se facile ex quauis difficultate ex: pediet, et quieti sue consulet. Deliberauimus insuper Orem nrm Vratislauiam mittere, cui imperabimus, vt comuni: cato consilio cum Illte vra id pro ea agat, apud illam Mtez que qz maxime honesta et vtilia futura sint Illti vre Quam bene valere optamus Dat

Sigismundus .I. Rex Poloniæ
Cazimiro Duci Tessinensi.

Illtris Princeps et domine affinis nr charme, Intelleximus
vram Illtem profecturam esse ad Sermu. D. Hungariæ Re:
gem affinem et vti filium nostrum charmu Neqz dubita:
mus quin vra Illtas et pro sua prudencia et etiam pro
debito necessitudinis quo illius Mti deuincta est actura
et consultura sit illius Mti ea omnia quæ ad bonum et
tranquillum eius regniqz ipsius Statum conducere vide:
buntur et proinde libentissime audiuimus vram Illtem
illuc proficisci Rogamusqz illam plurimum vt quantu
fieri potest cum dignitate illius Mtis et bono Statu re:
gni eius Hungariæ operam omnem impendat vt pax et
concordia aliqua honesta inter eius Mtem et Sermum
Principem Ferdinandum, Electum Regem Bohemiæ com:
poni posset, faciet non solum his regnis sed etiam toti
Chriãnitati rem vtilem et salutarem, nos enim qui plane
intelligimus quantum hec discordia Mtum suarum affer:
re posset nocumentu toti reipublicæ Chriãne eam pacem
et concordiam libentissime videremus, et quicquid pro
illa opere prestare possemus nihil omnino prætermittemus
valeat foeliciter vra Illtas Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Regi Vngarie et Bohe.

SEx^me Princeps et domine frater et consanguinee nr̄ char^me
Cum primum intellexissemus M^tem vr̄am ad suscipiendum
istius REgni Bohemie Diadema foeliciter esse profectam,
euestigio pro nostra necessitudine, et nostro mutuo amore,
expediuimus ad vr̄am M^tem Spectabilem et Mgcum Chris:
toforum de Schidlowiecz in Sczmielow et Magni Opathow
dominum Palatinum et Capitaneum Cracouien generalem
et Regni nr̄i Cancellarium ac Siradien, Costinen, So:
chaczouien Noue Ciuitatis, Corczin, et Lukouien Capita:
neum Sincere nobis dilectum, vt nomine nr̄o, et ipsam Coro:
nationem M^tis vr̄e honestaret et nonnulla alia, que illi co:
misimus, cum M^te vr̄a ageret et tractaret, Rogamus pluri:
mum M^tem, vt hoc nostrum fraternum officium, in eam par:
tem accipere, et huic Oratori nr̄o, in hiis, que cum illa ege:
rit tractaueritq; plenam fidem adhibere dignetur et foeli:
cissime valeat, nosq; diligat. Dat Cracouie die XXii
Februarii Anno domini M^o D^o XXVij regni vero
nostri anno XXi^o

Legatio a Sigismundo Primo Rege Polonie ad Ferdinandum Vngarie et Bohemie regem Archiducem Austrie. : Data Christoforo de Schidlowiec Castellano et Capit° Cracouien 24 februarii 1527.

Sub Conuentu generali Cracouie acto cum hac Legatione Schidlouitius est profectus

Orator noster apud Ser^mum Regem Ferdinandum hec aget. Declarabit imprimis quanta sit et fuerit benuolentia nra et amor noster fraternus erga Cesaream Mtem et ipsum Ser^mum Regem Ferdinandum et vt hactenus quicquid per nos prestari potuit nichil vnq̃ pretermiserimus studii et officii nri ad promotionem et honorem vtriusq̃ Mtis ampliandum.

Proindeq̃ cum Nunciatum esset nobis de promotione ipsius Ser^mi Regis Ferdinandi ad Regnum Bohemie vt ex animo letati fuerimus vtq̃ de inclinata re Christiana meliorem hoc successu spem conceperimus gratulabiturq̃ nro nomine illius Mti verbis quibus poterit amplioribus de assecuto et suscepto hoc nouo Regio Diademate et precabitur vt hec Mtis sue sublimatio cedat in confusionem hostium nominis Christiani et horum Regnorum totiusq̃ Christianitatis commodum et incrementum.

Que orator noster apud Ser^m Regem Ferdinandum agere debet speciatim.

Declarabit quanto nos dolore affecerit ingens casus Reg^mi Hungarie et Ser^mi olim domini Ludouici Regis desideratis^mi Nepotis

nostri/ miserabilis interitus/ Quantum item auxerit nobis huc dolorem nostrum/ ipsius Regm Hungarie discordia et scissio intestina/ que/ cum vel in media pace perniciosa sit omni Reip tum in tanto discrimine et casu plane exicialis.

De qua cum ad nos ipse Sermus Rex Ferdinandus scripserat questusq fuerat de Rege illic aduersus pacta et Iura sua electo et Coronato/ Nos vero rescripseramus/ responsuras nos eius Alti per Nunctium nrm/ quem ad visendam Altem suam et Serma Reginam nram mittere destinaueramus/ Supervenit vtriusq Altis Orator/ et Consiliarius Magus Joannes Mzakesch et de hisdem rebus nobiscum egit/ postulans à nobis vtriusq Altis nomine/ consilium et auxilium ad Regnum ipsum Hungarie recuperandum et Regem illum exturbandum.

Ad que postulatu declarabit ipse Orator nr/ neminem quidem esse/ cui concedamus/ vt plusq nos faueat omnes felices succes: sus earum vtriq Alti/ neq ambigere nos/ quin et Regnum Hungarie/ et tota respublica Christiana commodius à domo Coc: sarea/ q ab vllo alio Irmaque defendi et saluari posset.

Habere item nos in memoria quantum nobis Altes sue cum à dmo olim Maximiliano Cæsare/ tum etiam à defuncto Sermo Rege Wladislao fratre nro sint commendate/ Verum de prestandis suppetiis/ nichil omnino hoc aduersissimo tempore nro nos illis polliceri posse/ Co enim angustiarum deductum esse Regnum nrm/ vt à vicinis potentissimis hostibus/ presertim vero à Thartaro quem Thureas in hoc constituit/ continuo eciam hue: me preter solitum/ acerrime infestetur/ vnde tantum abest vt

prestare possemus auxilium aliis, vt eciam ipsi aliorum auxilio quod hactenus nemo prestare curat, plurimum indigeamus.

Quàm autem non ficta sit hec excusatio nrá, facile vel hic Mtes sue cognoscere possunt, Quòd licet Sermum olim regem Ludouicum filii loco habuerimus, isq; non minus q3 Mtes sue commendatus nobis fuerat, tamen in piissimo eius bello, ac in summo eius discrimine non potuerimus illius uti, quòd omnium maxime optabamus, vllas suppetias ferre.

Cum enim Thurcus Vngariam aggressus esset, sublegauit Thartarum qui nos data opera domi distineret, et viribus omnibus infestaret, quòd vsq3 huc facere non cessauit, Et licet his diebus, Milites nri, ex dei benignitate, insignem ex illo victoriam reportarunt, ita, vt supra viginti millia hostium cesa sint et profligata, tamen ea est eorum multitudo vt subinde veluti Hydre capita succrescant.

Petet igitur Orator noster Mtes suas, vt has rationes nras boni consulant, neq3 aliorsum vertant q3 vt res est, et amor nr̃ mutuus exposcit, Nam quòd consilium nrm requirunt de iusticia sua vindicanda, vtcumq3 non satis comperta sint nobis ea pacta et Iura Maiestatum suarum de quibus nihil nobis presentibus actum meminimus, nec id quo quo modo consulere vellemus, quòd honori et accessioni earum officeret.

Tamen considerantes in quanto discrimine constitutum sit Regnũ

Hungarie, quamqz iam in ipsis faucibus hostilibus hereat, co-
gnoscentes plane, vt si arma et infestacio Christianorum acce-
derent, qz facile hac occasione communis hostis, non solum ipm
Hungarie Regnum, sed eciam vniuersam rempublicam Chri-
stianam opprimere posset. Censemus et consulimus ex animo
vt aliis pocius honestis modis et condicionibus Jus maiesta-
tum suarum requiratur, qz tumultu bellico exigatur, ne Vl-
cus asperius tractatum, vniuerso corpori exitium afferret

Ad componendas autem has perniciosissimas discordias et insti-
ciam maiestatum suarum equis ac decentibus modis et con-
dicionibus obtinendam, offeret Orator nr, studium, fauore,
et omnem operam nram, offeret amorem et coniunctionem
nostram mutuam ad comunium Regnorum et dominiorum
ac totius Christianitatis commodum et tranquillitatem.

Si quereture de voluntate Regis Vngarie, vtrum nos velit
de ipsa concordia inter se et Sermum Regem Ferdinandum
agere et tractare dicendum nos minime dubitare qum ipse
Sermus Rex Vngarie non abunet sequi hoc salubre studiu
et consilium nrm, cum nemo sit adeo racionis expers, qui
non malit certam et honestam concordiam, qz dubii eventus
bellum aggredi, et proinde modis omnibus Orator noster ad-
mitetur, vt inter ipsos duos Reges bellum intercipiatur, et
concordia inter eos et pax honesta componatur.

De Jure nro quod nobis vigore bulle auree ad regnum Bohemie
competit, prius, et seorsum agendum erit cum aliquibus dois

illis/ nobis affectis/ etsi ex illis cognoscet michil esse literarum
alicuius vigoris/ quod huic Juri nro et Bulle aureé obsisteret
videlicet si non ostenderent aliam Bullam/ seu literas Bulle au:
ree contrarias quibus concederetur Bohemis libera electio
et excluderentur propinquiores agnati/ ex linea masculina/
Tum demum agat-prius privatim idem Orator ré/ cum Sez mo
Rege Ferdinando/ et declaret quam plenum et optimum Jus ha:
beamus ad ipsum Regnum Bohemie quod tamen prosequi
nolumus/ nec impedire in animo habemus illius maiestate/
cui fauemus ex animo omnem felicitatem et prouectionem/ sed
tantum Jus nrm commemoramus/ vt tamelsi illud potuissemus
prosequi/ destitimus ab eo prosequendo causa pacis christiane
Rogamus tamen ipsum Sez mum dominum Regem Ferdinandum
vt Juris nri benignam habere velit rationem et prouidere
vt illud nos et posteri nri non amittant/ Nam Consiliarij
et subditi nri expostulant à nobis/ vt hoc ipsum Jus nrm si:
lentio non prætermittamus.

Quemadmodum autem nos in presens Jus nrm predictum
prosequi substitimus/ sic et ipse Sez mus Rex Ferdinandus
facere dignetur causa rei christiane/ de jure quod ei competit
ad Regnum Vngarie quod quibusuis aliis modis potius
quam bello et armis repetere dignetur.

De fœderibus et arctiori coniunctione nra cum Cesarea tte et
Rege ipso Ferdinando inuenda/ licet nobis necessitudo san:
guinis et vetus coniunctio cum earum maiestatibus intercedat
tamen ad firmandam magis ipsam coniunctionem nostram et
ad communium subditorum nostrorum tranquillitatem et pacem/
fiat innouatio et confirmatio aliquorum fœderum/ que fuerant

inter Ser^mum olim parentem nostrum Casimirum Regem, et Georgium Bohemie Regem, Et si quid in eis mutandum vel addendum videbitur, iuxta conditionem et Statum pre: sentis temporis id immutetur, vel addatur, videlicet si ma: gis expedire cognoscetur pro conseruanda inter comunia re: gna, dominia, et subditos, pace et tranquillitate, incipien: do anno pnti, deinde singulis trienniis fiant Conuentus in finibus, alter in aliquo loco prope fines Slesie in minori, al: ter in maiori Polonia, ad quos Conuentus conuenirent sta: tis diebus Consiliarii seu Commissarii de Regno nostro et Ducatu Slesie, qui querelas et iniurias subditorum tam de ipso regno nostro, quàm de Ducatu Slesie et Lusacie au: dirent, et iusticiam ministrarent.

DE Ducatibus et Castris Osswianczim, Zathor, Siewior, Volck, Berwalth, etc si non incidet mentio aliqua per dnos Bohemos et alios Consiliarios Ser^mi Regis Bohemie, etiam de illis in presens Orator subticebit, et nichil constituet, vbi vero illi aliquam ipsorum Ducatuum et Castrorum me: moriam facerent, producet e diuerso Orator lras dotis pro: misse et debite Ser^me olim domine Elizabete Regine matri nre, et curet vt in recompensationem eiusdem dotis Castra et Ducatus predicti apud Regnum ipsum nrm, ita vt nunc possidentur, remaneant. Quod si effici non posset reseruaretur et suspenderetur tractatus de illis ad tempus componende pacis et concordie inter Ser^mos Vngarie et Bohemie Reges, tum demum enim commodius, hec, et alia inter huiusmodi tractatus ingeri et expediri possent

Quoniam verò multe suboriuntur differentie inter com: munes subditos racione finium et limitum, aget Or, vt depu:

tentur Commissarii de Ducatu Slesie, qui cum nris Commis-
sariis conuenientes limites faciant, et omnes controuersias
racione illarum subortas sopiant et componant.

Et cum in fedezibus antiquis cauetur, ne cudatur falsa moneta
in damnum alterius dominii, Dicatur q3 in Slesia usa est
à longo tempore, et etiamnum auditur moneta Swidnicen
sub signis nris, in maximum reipublice Regni nri detri-
mentum, agatq3 Orator et petat, vt prohibeatur eius usio
et moneta illa amplius in Regnum nrm non importetur

Referetq3 eam fuisse potissimam causam prohibicionis com-
merciorum in Slesiam, ex Regno nro, quamuis et alie fuerit
raciones non vulgares, presertim hereseis Lutherana, qua
subditos nros, per eiusmodi commercia infici et corrumpi
nollemus, Que, quantum malorum rebus humanis in-
uexerit, latius patet q3 explicari necesse sit, tamen velle
nos de ipsa prohibicione cum Consiliariis subditis nris
in hoc Conuentu Consilium capere, et alio tempore Sermo
Regi Ferdinando de hoc negocio prout ad nos scripsit res-
pondere.

Visenda erit Sermâ Neptis nra, et post declaratum illi de-
bitum necessitudinis mee amorem, explicande erunt cau-
se propter quas ipsum Oratorem, ad earum dnes misimus
nempe vt adesset et honorem exhiberet nro nomine Coro-
nationi dnarum suarum, et de renouandis antiquis foedezibus
et arctiori coniunctione, cum Cesarea dna, et Sermo Rege
Ferdinando, ineunda ageret, et propterea cum discordia

inter ipsum Ser^mum Regem Ferdinandum cum rege Hungarie vergere videtur, in maximum non solum horum Regnorum, sed etiam totius Chrianitatis discrimen. Declarabit Orator nr̄ studium nrm̄ de reducendis ad concordiam, ipsis ambobus regibus propter salutem rei Chriane in extremo periculo constitute, agetq; vt ipsa Ser^ma Neptis nra adiuuare dignaretur hoc ipsum studium nrm̄ et alia negocia que tractabit, pro voto nro transigenda.

Eadem erunt speciatim agenda cum dominis Regni Bohemie simul ac cum aliis, ad quos lras fidei dari fecimus. Et si ventum fuerit ad tractatus de concordia inter hos duos Reges, vtendum erit consilio Oratorum Illustris domini Georgii Ducis Saxonie

De Matrimonio inter filium nrm̄, et filiam Ser^mi Regis Ferdinandi cum ad tractatum eius solidum ventum fuerit, consentiet Orator nr̄ ad ipsum Connubium et promittet pro nobis Nos filium nrm̄ ad hoc inducturos, vt cum Illma filia Ser^mi Regis Ferdinandi septennis fuerit sponsalia per verba de futuro. Cum vero ætatem legittimam duodecim annorum attigerit, Matrimonium per verba de pnti cum eius Illte contrahere debebit et contrahet.

In omnibus autem hiis et aliis negociis tractandis, si quid tale occurrerit, quod ipse Orator non posset facere absq; speciali instructione et voluntate nra, id quicquid fuerit euestigio nobis perscribere curabit, vt, que sentencia et voluntas nra fuerit, illum plane instruere possemus.

Cæterum visendus erit et salutandus nomine Ser^me Coniugis

nrē domine Reginē Ser^mus Rex Ferdinandus Visenda et Ser^ma eius Coniunx Neptis nrā, et vtriqꝫ gratulabitur Orator de prouectione ad hoc regium fastigium, cum spe maioris incrementi, tum ob sanguinis et arctissime affinitatis necessitudinem, tum eciam, ob ipsius Sermi Regis Ferdinādi animi magnitudinem, prudentiam, et in rebus peragendis dexteritatem quibus sua Ser^tas labanti reipublice Chriāe consulere poterit.

Testabitur deinde et declarabit singularem affectum et beniuolētiam non vulgarem Reginalis M^tis, erga illas ambas M^tes et subinferet per occasionem de negociis Ducatus Barēn.

In primis de libera restitucione Arcis Barēn, quē iussa est resignari sub condicione, videlicet, ꝙ nominetur prefectus aliquis qui sit gratus Cæsari, vel viceregi, et deinde confirmetur.

Et quia hinc multe ambiguitates oriri, et difficulter inueniretur qui placeret, idcirco rogandus erit Ser^mus Rex Ferdinandus, ꝙ lr̄as scribat Coesaree et Catholicē M^ti, vt Arcis Barēn restitucio libera et sine condicione aliqua cōcedatur, Nam non alr̄ custodietur, et fideliter, et vigilanter qꝫ si per Prefectum Coesaris seruaretur.

Preterea exponende erunt multe difficultates quē emerserunt post obitum Ill^me domine Ducis Isabellē felicis memorie sup ipso Ducatu Barēn, ad quem Illustris vicerex totis ingenii viribus anhelabat, Nam et modo idem Vicerex ex Hispaniis

in Italiam rediens, licet commissum fuit illi à Coesare, vti ad Ducatum Baren' specialem respectum haberet, tamen in primo Concilio quod Neapoli habitum est, proposuit, q̄ Ser^ma domina Coniunx nr̄a teneatur persoluere Adoham, que est Contribucio pecuniaria solita indici inter Proceres et Barones illius Regni, tempore belli, vel alterius vrgentis necessitatis, et hoc esse de mente Coesaris asserebat, quod minime credendum est.

Et quia per alios Consiliarios hoc fuit reuocatum in dubiū et reiectum in consultacionem Coesaris, pendente hoc dubio verendum est ne ipse Vicerex temere ad executionem et exactionem pecuniariam procedat, Idcirco scripsimus Oratori nr̄o Joanni Dantisco, quem apud Coesarem habemus, et raciones significauimus quibus nos, cū Ser^ma Coniuge nr̄a, ad hanc Contribucionem quam Adoham vocant, non teneremur, tum quia Illma domina Dux Isabella, nunq̄ ad hanc Adoham compulsa sit, licet pluries fuerit indicta, tum quia ex Regula regie Camere summarie cautum est, q̄ Reges et filii Regum non debeant huic tributo subiacere, et hoc fuit diutius, et semper in Regno illo obseruatum, modo, si nos, et Ser^ma Coniux nr̄a ad hanc abdoham compelleremur, esset iniustissimū et in nostram grauem iniuriā et leuitatem, et presertim si retractarentur ac infringerentur que Ill^me domine Duci Isabelle fuere iuste obseruata et graciose concessa per Ser^mū et Catholicū Regem Ferdinandū diue memorie Coesaris et Regis Ferdinandi proauum et predecessorem.

Quamobrem impetrande erunt lr̄e à Ser^mo Rege Fer:

dinando ad Cæsarem quibus rogetur Cæsar, velit mandare et iubere Illustri viceregi, et in eius absencia Collaterali Consilio Regni Neapolitani q̄ super Ducatu Baren̄ singularem et specialem respectum habeant, nec innouent, aut innouari permittant quidq̄ in eo Ducatu quod nobis et Ser^me Coniugi nr̄e damnū aut dedecus parere posset, inconsulta Cæsarea M^te, à qua nichil iniusti timeri debet, sed prout Ducatus Baren̄, per Illma dominā Ducem Isabellam fuit quiete et pacifice tentus et possessus, sic et ad presens in possessione pacifica et tranquilla nr̄a et Ser^me Coniugis nr̄e continuetur et perseueret, cum eisdem graciis, Priuilegiis, Iuribus, exemptionibus, et immunitatibus, quibus Illma domina Dux Isabella iure potita est.

Obtineantur et altere lr̄e ad ipsum Viceregem. quibus à Ser^mo Rege Ferdinando moneatur, ad ea omnia obseruanda, que super Statu Baren̄ Cæsar illi mandauit

Quòd reliquum est, erit prudentie ipsius Oratoris, ita operam studium et sermones suos accommodare et dirigere, vt temporis et rerum nr̄arum, ac Regni nr̄i racio postulabit, vtq̄ maxime ex vsu et dignitate nr̄a fieri posse videbitur quod totum illius consilio et industrie committimus Dat̄ in Ciuitate nr̄a Craconien̄ die xxiiij mensis Februarii Anno domini M^o. D. XXVI Regni vero nr̄i anno vigesimo primo

Er
nota
onem
rem
Dros
perfe
kiesc
bui/c
pro f
tran
Rex
suo e
vré
Mtem
esse
effice
minim
Serm
fectu
de Sc
Polom
vrai

Ferdinando Vngarie et Bohemie regi

Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis & Regni Polonie Vicecancellarius.

SEr^me Princeps et domine, domine clementis^me. Post de:
notas Orationes seruitutisq; mee humillimam commendati:
onem, Illud quod Mtas vra, et per lras et per Orato:
rem suum dominum Joannem Mrakesch Prefectum in
Drossendorff michi mandare dignata est, summo studio
perfeci, nam et quicquid idem dominus Joannes Mra:
kiesch nomine Mtis vre mecum contulit, ei fidem ha:
bui, et negotia tam Mtis vre, q; Ser^me eius Coniugis,
pro facultate mea aput Ser^mum dominum meum Regem
transigenda curaui, tametsi idem Ser^mus dominus meus
Rex, suapte sponte, sine alicuius adminiculo C pro sumo
suo erga Mtem vram amore pro voluntate eiusdem Mtis
vre nichil est quod non peragere in animo habet, tamen
Mtem vram humillime rogo, vt si quid eiusmodi in me
esse persenserit, quod ego pro gloria et dignitate eius
efficere possem, non aliter michi imperare dignetur q;
minimo cuiq; ex suis. Quo autem animo, quaq; voluntate
Sermus dominus Rex meus erga Mtem, et res eius ad:
fectus sit, ex Spectabili et Mgco domino Christophoro
de Schidlowiecz Palatino et Capitaneo Crac et regni
Polonie Cancellario &c quem oratorem istuc ad Mtem
vram mittit, plenissime intelliget, Deus omnipotens inco:

lumem et felicem seruet eundem M^tem vram q̃ diu:
tissime cui ego me iterum cum oracionibus et perpetua
seruitute mea humillime commendo Dat Crac
Anno domini M^o . D^o . XXVI°

Anne Regine vxori Regis Ferdinandi Petrus Tomicius Eps Crac . Regni Polonie Vicecancellarius

SEr^ma Princeps et domina domina clement^ma. Cum
Generosus dominus Joannes Mrakesch, Orator à Ser^mo
domino Ferdinando Hungarie et Bohemie Rege ꝛc ad Ser^mum
dominum Regem meum missus huc venisset literas et mã:
data à M^te vrã michi dedisset, confestim summa animi
mei alacritate, et studio, id agere cepi quod mihi M^tas
vrã imperare dignata est, id n. michi iampridem vsu ve:
nit, cum predecessoribus eius, tum etiam eque M^ti vre
omne genus meritorum meorum, pro facultate mea diligen:
tissime impendere, Et proinde quãq̃ ad Ser^mum dominum
meum Regem nullius opera eguit M^tas vrã, tamen quando
ita ei libuit, ego etiam partes meas in negotio ambarum M^tum
vrarum desumsi apud eundem Ser^mum dominum meum Regẽ,
qui quo amore, ne dicam pietate rebus M^tum vrarum adficitur
Intelliget M^tas vrã Rlis ex Oratore eius Spectabili ac
Mg^co domino Christophoro de Schidlowiecz Palatino et Ca:
pitaneo Crac, et regni M^tis sue Polonie Cancellario. quam
rogo ~~rogo~~ et oro, vt quoties aliquid tale se obtulerit in
quo seruitus mea adaptari posset, dignetur non aliter ea
vti, vt cuiuspiã minimi seruitoris sui, Deus omnipotens
seruet M^tem vram diutissime, foelicissimeq̃ sospitem et felice

Cui ego me cum orationibus, et promptissimis seruiciis meis humillime commendo Dat M° . D. XXVII°

Sigismundus primus Rex Polonie Christofero de SSidlowec Castell° Crac & Regni Polonie V Cancellario Oratori apud Regē Ferdinandō agenti

MAg^ce sincere nobis dilecte. Hactenus vix perfecimus Conuentum hunc nr̄m, multis sese difficultatibus et controuersiis ingerentibus, presertim de defensione, que tandem idq; cum magna difficultate, ad eum modum constituta est que fuit ante biennium, negotium Ducatus Masouie non potuimus determinare, sed illud ad aliud tempus suspendere coacti sumus. De occlusione vie in Slesiam quesiuimus modos aliquos decentes, vt relaxaretur, verum cum hec cause propter quas occlusa sit ea via, non solum, non cessarunt, sed in dies magis augeri videantur, nequaq; consentire voluerunt vniuersi, vt ipsa via rursus aperiretur, grauarunt omnes, et quidem merito, tanta esse damna illata per monetam Swidnicen̄ ex Ducatu Slesie, quanta vix hostes inferre possent, si ad intima regni penetrarent. Perpenderunt item Lutheranismum, quo regio illa tota est infecta, quanta perturbatio et dispendia ex huiusmodi corruptela peruenire solent. Itaq; visum est omnibus, veteri deo adherere, quemadmodum maiores nr̄i in talibus euentibus presertim Bohemicis gerere se consueuerunt, ita nos impense rogarunt, vt pariter nos conseruaremus. Quare cum hec vtraq; causa merito magni momenti esse debet, apud Ser^mum Regem Ferdinandum, vt apud Christianissimum Principem et nr̄m char^mum consanguineum et affinem, non dubitamus quin vbi illius M^tem consuleremus censeret vtrum hoc malum

et iniuriam Regni nr̄i modis omnibus arcendam et vin:
dicandam. rogabitq; tua S. eius M^tem nr̄o nomine, vt hoc
grauissimum damnum quod nobis ex Slesia per ipsam mo:
netam Swidnicen̄ est illatum, et infertur quotidie resar:
ciri nobis mandet, sectamq; illam vesanam, pro debito
Chr̄iani Regis illic cohibeat et extirpet. Quod vtrūq;
cum factum esse cognouerimus, neq; nos grauabimur, neq;
subditi nr̄i reluctabuntur, hanc occlusionem vie in Sle:
siam relaxare. Cæterum. Haben̄ racionem, cum maiorū
Ser^tis tue tum ipsius maxime meritorū, que tam erga nos
a pueritia quam etiam erga Regnum nostrum, cum magno
commodo et laude nostra impendit contulimus illi Castel:
lanatū Cracouien̄ sperantes quod quemadmodū hactenus
se in omnibus offitiis et dignitatibus gerere consueuit ad
non mediocre nr̄e et Reipublice nr̄e ornamentū ita in
hoc summo Magistratu et dignitate Regni nostri se dei:
ceps conseruare curabit, nostreq; huiusmodi in se gra:
tie et beneficentie, non obliuiscetur Que valeat
foeliciter Dat Cracouie Anno domini 1527

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Christophoro de Schidlowiec Castellano
Et Capitaneo Crac. R. P. Cancellario
in Bohemia Legationem obeunti.

MAgce domine etc. Reddite sunt mihi littere Mgcie
vre manu eius scripte quibus inter alia perhumane et
amice ad me perscripta, sollicite exquirere videtur. Re:
gina quali animo sit, erga duos illos, qui nigra in candida
vertere conantur, sciat Mgcia vra, eam, alterum Curtu
videlicet illum aperte accusare, de altero vero vehemē:
ter admirari, q ea moliri in animum induxerit nam Ar:
chiepm cum suis practicis, quas huc misit adeo auersatur
vt eum turbatorem omnium rerum esse, palam loquatur, indi:
gnataq est vehementer, q Iuspatronatus, Archidiaconatus
Varschenien à R. Mte obtinuerit, q q Mgcia vra lras su:
per eodem signauerit, adiciens. Si tunc coram affuisset, se om:
nino impeditura fuisse, quominus eundem Archidiaco:
natum assecutus esset. Sed curaturam vt deinceps se uiua
nichil practicarū suarū, à Regia Mte obtineat / De ne:
gotio cum domino Swihowski tractando non dubito quin
probe meminerit Mgcia vra, quandoquidem nunctium eius
ipsa absoluebat. Quodsi negotium illud Mgcie vre tam
repente excidit, ita de eo habeat non aliud Regiam Mtem
ad presens velle, q Illustribus dominis Banarie Ducibus
summas gras agere, pro tanta eorū erga Mtem suam be:
niuolentia, q de rebus sue Mtis et Regni eius tantope
sunt solliciti, quam beneuolentiam eorū erga se ~~Mtem~~
uult sua Mtas vicissim erga illos, omni amore et officiis
occasione oblata compensare. Quod autem ad fœdus ineūd

attinet non ignorat Mg^cia vra sue Mti cum aliis qz
vicinis Regibus et Principibus foedera nuper intercessi:
sse, quare non videtur sue Mti integrum aut satis deco:
rum esse, presertim tam perturbato seculo ad presens tem:
pus foedera super foedera inire, seqz tam variis, et diffici:
libus negotiis implicare alioqui interea quicquid amoris
et beniuolentie eisdem Illustribus dominis Ducibus exi:
bere poterit id libentissime Illustratibus eorum suam Mtez
prestituram. De Sponsalibus Illme virginis Heduigis
Regine etiam scit Mgcia vra id negotium alioqui a plu:
rimis esse tentatum, nonnullosqz tractatus, super ea re
habitos nec ignorat mentem regie Mtis de hac re nisi cum
summorum amicorum suorum consilio, et diutina deliberacioe
in hac causa Sponsaliorum procedere non cogitat, atqz ita
etiam pro hac vice, nichil certi vel determinati super ea
re respondere potest. Mgcus dominus Castellanus Sando:
mirien fr Mgcie vre legit michi lras a Mgcia vra
ad se scriptas, ex quibus palam constat Mgciam vram ve:
hementissime esse indignatam grauiori qz qz par est animo
ferre, qd tunc ad consilium vocata non fuerit. Cum dnus
Sigismundus de Erberstein in secretiori sua Legatione ab:
soluebatur, Suspicariqz videtur Sigismundum ipsum occa:
sionem ei rei prestitisse. Qua de re vt primum pro me res:
pondeam, testari possum conscientiam meam, me tunc existimas:
se Mgciam vram actum illum absoluendę Sigismundi
legationis, consulto et data opera vitauisse, nam res,
aperte propemodum acta est ad quam etiam multi longe
inferioris ordinis admissi sunt, itaqz nec de Sigismundo
Erberstaino adduci possum vt suspicor eum aliquid (quo
minus M: vra accerseretur) molitum fuisse. Quin potius
omnia ista casu quodam fortuito, vt in repentinis profectio:
nibus communiter fieri solet accidisse, itaqz non video su:
besse causam cur Mgcia vra id factum tam egre ferre

debeat De me autem et persuasum iam dudum habere potuit, et modo sibi persuadere potest Mgcia vra, q quicqd ornamentorum, honorum, dignitatum, et commodorum, in ea congerere possim, id (modo michi facultas et occasio daretur) libentissime, etiam acervatim congerere cupere Quoniam, et egregia virtus eius in Remqz publica maxima merita, et in me summa, mihiqz dudum perspecta et cognita beniuolentia, id quodam iure sibi vendicare videntur Mgciam vram, cum omnibus suis foeliciter faustiter ac diutissime valere Cupio eiusqz amori me commendo.

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie
Datum Illustri Dño Casimiro Duci Tessnensi
qui legationem nomine Joannis regis Vngarie obiuit.

Agende inprimis gracie Sermo domino Regi Hungarie affini et tanqz ~~affini~~ filio charmo Quod eam beniuolenciam erga nos exhibet, eamqz de nobis fidem habet vt controuersiam omnem que sibi cum Sermo Rege Ferdinando intercedit, committat nobis non tractandam solum mediis amicabilibus sed etiam vel iudicio discernendam.

Equidem nos ipsi videntes plane, ex ea controuersia perniciosissimum toti Christianitati bellum oriri posse, misimus sponte nra Spectabilem et Mgcum Christophorum de Schidloviec

Pallatinum et Capitaneum Cracouiensem et Regni nri
Cancellarium, ad ipsum Sermum Regem Ferdinandum
postulatum à Mte sua vt ab armis sese contineret et nos
mediatores componende ipsius differentie admitteret
prouidentes diligenter ne quid ea significatio leuitatis
parere posset Sermo domino Regi Hungarie, neue aliu-
de procedere videremur, quam vt res est, de meo spon-
taneo studio, propter reipublice Christiane vtilitatem.

Commisimusq diligenter dicto Oratori nro, vt omnia que-
cunq essent ex re et dignitate ipsius Sermi domini Regis
Vngarie omni studio curaret, id quod eciam illi per lras
committimus, et vt Mozani et Slesite contineri possent
ab omagio Sermo domino Regi Ferdinando prestando
donec ea ipsa controuersia finiretur.

Mittimus eciam absq mora Oratores nros ad Conue-
tum imperialem, et omnia illis agenda committimus, que
ad interapiendam eandem differentiam, et pacandas res
ipsius Sermi domini Regis Vngarie ac eciam ad sup-
petias Mtis sue et regno eius Vngarie contra comunez
hostem ferendas oportuna videbuntur, tum et id, vt si
gentes illic alique aduersus Thurcos decrete fuerint
neq ipsi Sermo Regi Ferdinando, neq vlli alteri qui
Regno Vngarie suspectus esset committeretur.

Non veretur autem ipse Sermus dominus Rex Vngarie
quod vllis modis aut tractatibus abstraheretur ab eius
Mte, quinimo persuasissimum sibi habeat quod illius bonum
statum non secus procurabimus quod nostrum proprium nec

secus illius Mtem diligemus quã filium nrm vnicum qd vt vicissim illius Mtas faciat nos qz pari dilectione cõplectatur ex animo cupimus, neqz aliter nobis de illius Mte pollicemur.

Quod reliquum est nunctiamus plurimam salutem et paternum amorem nostrum illius Mti commendamusqz nos vicissim Regnumqz et dominia nrã fraterno amori et beniuolentie illius Mtis pro conseruanda veteri amicitia et fœderibus dudum inter Sermos Reges et Regnum hoc vtrũqz initis et quacũqz in re illius Mti et eius regno commodare et gratificari vnqz poterimus hoc non secus qz filio nro et q proprio regno semper libentissie faciemus

Sigismundus Rex Polonie
Chrostophero de Schidlowiec
Palatino et Capito Cracouien
Oratori ad Regem Ferdinandu misso

MAgce sincere nobis dilecte. Intellexit iam tua Stas ex Illtri domino Duce Casimiro in quibus negociis ad nos à Sermo domino Rege Hungarie venerat et proide cum etiam eas ob res miserimus istuc S. tuam hortamur illam, admitatur apud Sermu dominum Regem Ferdinandu, vt se ab armis contineat, et tractari à nobis hac concordiam paciatur, nosqz meditatores et arbitros itidẽ esse, vt Sermus rex Hungarie permittat, prouideatqz

diligenter Stas tua nequid ex instinctu ipsius Serm̄i re:
gis Vngarie procedere videatur nam ea res non esset
absq; leuitate illius Mtis et animum Serm̄i Regis
Ferdinandi magis intenderet. Si autem vt speramus
S. tua id efficiet vt tractatus de concordia medio nr̄i
fierent, curabit interim Inducias et cessationem ab ar:
mis inter vtrūq; Regem stabilire et obfirmare et vt
locus aliquis talis ad conueniendum Oratoribus de:
putetur, ad quem vtriusq; illius Regis et nr̄i Oratores
commode venire, et tractatus suos ad quemlibet nr̄m
sine difficultate, et mora mittere et significare nosq; de:
omnibus requirere, et consulere possent, Curabit etiā
tua Stas vt quicquid fieri debeat fiat sine dilacionibus
ne Serm̄us dn̄s Rex Hungarie fretus huic concor:
die et consiliis nr̄is, negligat alia ex parte res suas, et
se regnumq; suum in discrimen adducat. Dabit item
operam Stas tua, ne Moraui et Slesite Omagium pre:
stent, anteq; hec differentia transigatur, ne ea res om:
nem modū concordie disturbaret, et presertim efficiat
tua S. ne D. Dux Casimirus cogatur ad ipsum Oma:
gium prestandum donec finis huic tragedie imponatur.
Adhuc neq; de defensione neq; de aliquibus
aliis rebus huius Conuentus quicq; concludere potu:
imus proindeq; nichil etiam de occlusione vie in Sle:
siam tractatū est cumprimū tamen negocium defen:
sionis absoluemus consilium mox de ipsa via in Sle:
siam capiemus et quicquid constituerimus S. tue ene:
stigio significare curabimus que bene valeat Dat
Cracouie

Sigismundus primus Rex Polonie

Joanni Regi Vngarie.

Ser^me Dc Misit nobis Mg^cus Christopherus de Schi:
dlowiec Castellanus et Capitaneus Crac et Regni nostri
Cancellarius Orator noster, articulos, in quibus cum Ser^mo
Rege Ferdinando de suspensione belli, et concordia tracta:
da inter vram, et illius Mtem conuenit et constitit, quos
quidem articulos, licet nobis scripserit, se iam vre Mti
misisse, tamen ne quid interueniret, vt Mti vre non redde:
rentur, voluimus euestigio nos quoqz ipsos articulos eide
Mti vre mittere, quam plurimum rogamus, et illi paterne
consulimus, vt eosdem articulos suscipere et absqz vlla mora
nobis voluntatem suam declarare velit, vt nos vicissim,
Ser^mu Regem Ferdinandum in tempore condicto certiore
faciamus, ne quid in tanto negotio erroris aut negligencie
committatur, in quo non solum hiis Regnis, sed eciam toti
Christianitati plurimum inest momenti. Quamuis autem no
probamus id quod nomine ipsius Ser^mi Regis Ferdinadi
spargantur istic in regno Hungarie huiusmodi littere qua:
rum vnas nobis vra Mtas misit resqz nobis videtur et
indecens et satis periculosa, tamen Mtas vra pro sua prudentia
ista non magnifacere, sed pro ratione temporis quantum
fieri potest, citra honoris et Status sui detrimentu dissi:
mulare dignetur, prouidendo tamen interim, ne per huius:
modi lras, et rumores, qui sparguntur, sedicio istic inter
subditos Mtis vre, aut tumultus aliquis oriatur: Que:
cuqz autem istic apud Mtem vram innouabuntur et qualis
eius sit Status, communicare nobiscum non grauetur qui

illi non secus q̄ filio nr̄o omnia ex animi eius sentencia succedere optamus fœlicissime valeat M^tas vr̄a et nos diligat Dat.

Ferdinandus Rex Vngarie et Bohemie Vngaris.

Ferdinandus etc. Vniuersis et Singulis etc. Regni Hungarie Incolis etc. Nolumus quemq̄ vr̄m ignorare q̄ nos post cladem miserabilem quam Ser^mus quondam Ludouicus Rex frater et Sororius noster char^mus ad Oppidum Mohacz vna cum exercitu suo accepit, nichil curauimus diligencius, q̄ vt isti Regno et nacioni Hungarice que tot annos vniuerse Christianitati tanq̄ murus et propugnaculu fuit vna cum Sacra Coesarea et Catholica M^te fratre nr̄o char^mo aliisq̄ fratribus nr̄is et Principibus Sacri Romani Imperii prodesse, finibus Regni recuperatis ac restitutis, quietem et tranquilitatem possemus comperare. Sed dum nos ad hunc finem et salubre propositum, omnes nr̄as cogitaciones intendimus perlatum ad nos est q̄ Joannes de Zapola Comes Scepusien et Voievoda Transsiluanus, adiunctis sibi quibusdam sui consilij adiutoribus, omnia tentaret et moliretur vt contra Leges, antiq̄ consuetudinem et libertates Regni, et omnium ordinum in Regem per factiones eligeretur, Quod vt citius ex sua sentencia succederet, Dietam in oppido Comaron ad festum beate Catherine virginis legittime et ex Regni consuetudine indictam volens preuenire, in contemptu Ser^me dn̄e Marie

Regine Hungarie et Bohemie vidue, Sororis nre charme
ac Spectabilis et Magci Stephani de Bathor Palatini, alium
Conuentum ad Albam Regalem pro festo beati Emerici Ducis
nunc preterito celebrandum † consuetudinem et contra leges † preter regni
indixit ac frustra dissuadentibus et dehortantibus dicta Mte
Rli, atque nobis, necnon ipso domino Palatino, ceterisque
dominis et Proceribus Regni, Coronam, que eius fidei
et custodie commissa fuerat, quamque ab adolescentia per
omnes artes ambiuisse et affectasse, dicitur suorum fauo:
re et Studio arripuit. Cumque Serma Regina Soror nra
charma maxima sollicitudine ac pietate quesitum atque
inuentum Regis corpus Albe iussisset tamdiu asseruari
dum Mtas sua funus tanto Principe dignum, et exequias
quas amantissimo Coniugi vxor pientissima debebat pre:
sens instruere et prestare potuisset, idem Voievoda cum
dignitate tum admonicione Mtis sue contempta, Regem
quem pro patria, pro vobis, Coniugibus et liberis vris
ac pro fide Christiana fortissime dimicantem, cum euide:
tissima vestrorum fratrum, vestrique Sanguinis, ac tocius
Regni pernicie, viuum destituit, mortuum per alienam
iniuriam sepeliendum curauit, hec et alia multa cum
ab ipso Comite Scepusien, contra ius et libertatem ve:
stram publicam, hunc in modum sint acta videbamur et
pie et officiose facturi, si partim consequendi Iuris nostri
gra, quod nobis genere videlicet Sermi quondam Vla:
dislai Regis ad Coronam Hungarie, vigore eciam co:
tractuum inter Sermos Principes Fridericum Proauum,
Maximilianum Auum nostrum Romanorum Imperato:
res, ac Mathiam et dictum Vladislaum Socerum nrz
Hungarie Reges felicis memorie initorum competit,
partim causa vlciscendi iniurie Mti Rli, domino Pala:
tino ac ceteris dominis, et toti Regno illate, arma

sumeremus, ipsumq; Comitem Scepusien' vrē libertatis
violatorem persequeremur; pepercimus tamen et parcemus
semper quoad poterimus Regno et nacioni Hungaricē
cuius Salutem et incolumitatem non minus profecto q̄
aliorum regnorum et Subditorum nr̄orum desideramus,
Justam igr̄ et spontaneam Electionem quē de nr̄a perso:
na in Conuentu legittime indicto et ex Comaron Poso:
nium, ob causas racionabiles, translato per dominos Prē:
latos Barones, ac Proceres, huius Regni facta est, expe:
ctare maluimus, vt omnes intelligerent nos obediencia
et fidelitatem vram̄, non metu aut belli terroribus ex:
torquere voluisse, sed vt bonum pium et Catholicum Regē
decet, à subditorum consensu beniuolencia et charitate re:
gnandi fecisse inicium. Interea vos vniuersos et singulos
hortamur ac monemus, ne nos aut nationem Germanica
Regna et Prouincias nostras, Bohemos, Dalmathas, Mo:
rauos, Slesitas, atq; alios subditos nr̄os, hostili in vos esse
animo credatis, neminem hostem sumus habituri, prēter eos
qui se hostiliter nobis opposuerint, nolite rumoribus aduer:
sariorum seduci, nos enim vna cum Cæsarea et Catholica
M^te prefata, aliis Principibus et fratribus nr̄is, sicut
deo volente re ipsa experiemini, nullis opibus, sed neq;
sanguini nr̄o parcemus, pro libertate et defensione re:
gni Hungariē, omnibusq; viribus nostris contendemus
vt tandem et Nanderalba, et alia confinia vr̄a ab hos:
tium manibus recuperentur, et à domesticis q̄ turbato:
ribus libertatis et ocii vr̄i possitis conquiescere, non pu:
tetis nos et Ser^ma Regniam Sororem nostram vel eius
consiliarios, aliquibus dissensionibus aut bellis dedisse
occasionem, tentauimus enim omnia, ne reliquie huius
Regni aliquod discrimen maius incurrerent, et deinceps
q̄ linguam et nacionem Hungaricam de Christiana Rep^ca

optime meritam totis viribus tuebimur. Prelatos. Barones Proceres. Nobilitatem. Ciuitates liberas omnes Orchines Regni Hungarie. in suis libertatibus Priuilegiis immunitatibus. et Decretis. quibus à dims Regibus ad hec vsqz tempora sunt vsi. conseruabimus. in Consiliu Hungaricum alienos non adhibebimus. beneficia Ecclia̅ca officia et hereditates externis non conferemus. non est autem aur vris aut pzsonis aut facultatibus timcalis. paretis vbiqz maximam quam poteritis victualiu̅ omniu̅ generis copiam. Mandabimus enim seuere nostris Capitaneis et Exercitibus. si quos in Regnum istud et eius confinia aduersus Thurcos et quos cuiqz pacis eiusdem violatores mittemus. ne cui vestrum vim aut damnum inferant. Sed emant omnia precio competenti et ab iniuria prorsus abstineant. Addimusqz eos qui aut metu aut pollicitacionibus quacuiqz de causa hucusqz se nobis opposuerit saltem respiscant in tempore non solum grā sed liberalitate qz nostra persequemur Dat

Petrus Tomicius Eps Cracowien
Stephano Broderico Epo Sirmien

Rme in Chro Pater. et domine amice charme. Generosus dominus Martinus Lieszczki Aulicus Regie Mtis domini nostri simul et amicus meus de me bene meritus. Cum apud ambas Mtes tam patris q filii Sermonem Hungarie et Bohemie etc Regum in seruicio honestissime prope consenuisset et nouissime ex reliquiis Hungarici Exercitus apud Mohac deleti,

tanq̃ ex naufragio deo iuuante euasisset, incertum quo sug-
gerente, nullo tamen forsan merito suo, in grauem indigna-
tionem Rlis Mtis Hungarie incidit, nam preterq̃ q̃ satis
seueris lris eiusdem Mtis isthuc accersitur. Etiam res
eius ex peculio iustissime acquisite et in Morauia apud
amicos eius deposite eiusdem Mtis iussu detinentur. Is
Martinus vadit nunc isthuc ad eandem Rlem Mtem
nichil inexpertum nichilq̃ intentatum relicturus, quo
eiusdem Mtis vtpote domine sue graciam consequi et res
suas libere istinc asportare valeret. Cum autem nescius
non sum vram Rma D. pro auctoritate sua illi in
hac re plurimum prodesse posse statui eum eidem vre
Rme D. commendandum, rogans illam velit pro huma-
nitate et prudentia sua apud eandem Mtem Rlem pro
eo agere, vt sue Mtis graciam recuperare, et res suas
fidelissima sua seruitute partas isthinc auferre et asporta-
re posset. Id ego eidem vre Rme D. paribus vel maioribus
officiis rependere curabo. Scire velit preterea vra
Rma Do. q̃ Mtas Regia domini nri animaduertens in
quanto discrimine Regnum Hungarie sit constitutum
et timens ne ad externum malum et bellum, etiam horum
duorum Regum, et Regnorum videlicet Hungarie et
Bohemie discordia accederet, misit hiis diebus Mgcum
Dominum Palatinum Cracouien. ad Bohemiam Oratorem
quo videlicet Regem illum à bello Regno Hungarie in-
ferendo continere, idem eciam actura est Mtas sua et
apud dominum Hungarie Regem perspicit namq̃ sua
Mtas si hii duo Reges, mutuis odiis bello inuicem conten-
derint, timendum erit proculdubio magnum periculum
ne dicam exicium, non modo Regni Hungarie verum
etiam viciniorum Regnorum atq̃ ita et vniuerse Re-
ipublice Chriane. Hec pro suma mea erga vram Rma

Dominationem beniuolentiā proqz eius perpetuo in Pa:
triam suam et in rem communem Christianam studio et
amore significanda illi duxi. Quam bene feliciterqz
valere cupio. Cui me et causam Martini Liessieczki cō:
mendo Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie Joanni Regi Vngarie.

Ser^me Princeps et domine frater affinis tanqz fili char^me
Rescripsimus M^ti vr̄e per Michaelem Spis, ad illud qd
per Nicolaum Nipschiczde Matrimonio filie nostre
et Neptis sue M^tas vr̄a nobis significauit, posthac
oblata est nobis alia condicio. Ser^mus Rex Swetie op:
tat illam in Matrimonium dari et nobiscū coniunctionē
et affinitatem inire. Princeps est Iuuenis et vicinus Re:
gnum satis diues et potens vicinumqz Moschis hostibus
nr̄is propter quod esset nobis hec coniunctio multum vtilis
tamen illud de quo M^tas vr̄a significauit vtilius esset
et honorificentius si aliquo modo decenti fieri posset qd
nos dubitamus itaqz cum vr̄a M^tas Auunculus ipsius
filie nr̄e sit et nobis tanqz filius. Noluimus absqz
scientia et consilio M^tis vr̄e nunctio dicti Ser^mi Re:
gis Suetie quicqz respondere. Rogamusqz M^tem vr̄az
vt nobis tempestiue consilium suum perscribere dignetur
quid ipi Ser^mo Regi Suetie respondere, et quid de
illo alio Matrimonio nobis persuadere debeamus, ne:
quam occasionem nobis oblatam ammittamus, que pos:
tea recuperari non posset. Cupimus etiam vt nobis
M^tas vr̄a Statum rerum suarum describat, nam illi

non secus quàm filio omnia bona ex animo fauemus
Vnè foelicissime valeat & nos diligat Dat

Sigismundus primus Rex Polonie
Gustauo Regi Swetie

SAlutem et omnis foelicitatis continuum incrementum
SEr^me Princeps et domine frater et amice charissime
Sigmficauerat nobis iampridem vra Ser^tas per quen:
dam Wlfangum Secretarium suum se cupere nobiscu
fœdus et pacem perpetuam inire, sibiq; filiam nostram
primogenitam in vxorem dari: nos vero quòd ad fœdus
et amicitiam nostram attinet mutuà fuimus semper et
sumus etiamnum parati eas condiciones pacis et benevo:
lentiæ cum vra Ser^te inire, quecunq; ex vsu vtriusq;
nrm fore videbuntur, de Ser^ma vero filia nostra
quia illa Neptis est ex sorore germana Ser^mi Regis
Hungarie, non erat nobis integrum absq; illius aliis
scientia et consilio quicq; respondere, verum significa:
uimus illi iampridem postulata vre Ser^tis, adq; usq;
huc nobis non respondit, haud alia causa, q; ob grauis:
simas curas, et occupationes bellicas quibus destinetur
Rogamus itaq; Ser^tem vram, boni consulere velit
quòd nondum illi quicq; certi in eo negotio respondere pos:
simus, q primum vero ipse Ser^mus Rex Hungarie nobis
sententiam suam declarabit cuestigio Ser^ti vre voluns:
tatem vtriusq; significabimus, neq; quantum in nobis
erit aliquid prætermittemus, tam in hac re q; etiam aliis
omnibus quodcunq; beniuolentiæ et coniunctioni nre mu,
tuæ conducere videbitur, Credimus enim q; Ser^tas vra

se et Regnum suum ea virtute hisq; institutis et Relligi:
one gubernet que à maioribus suis accepit et quibus
probum et Catholicum Regem perditum esse decet neq;
horum temporum prauis et hereticis dogmatibus quòd
plerisq; aliis Principibus iuuenibus accidere videmus
sese corrumpi sinat, foelicissime valeat vrã Ser^tas et
nos diligat Datum.

Sigismundus I. Rex Polonie
Joanni Regi Vngarie.

SEr^me Princeps Cum nuper rediisset ad nos à M^te
vrã nunctius nr̃ Generosus Nicolaus Nipschic, inter
alia amoris et beniuolencie M^tis vrẽ erga nos testimõia
hoc vnum et precipuum nobis etiam retulit, q̃ cum deo
ita volente preter Illma dominam Heduigim filiam nos:
tram charissimam et M^tis vrẽ ex sorore Neptem, ge:
neris eius supersit nemo, eandem M^tem vram esse in eo
proposito, in eaq; deliberacione, vt eam in magno aliquo
et Ill^tri honoris, ac dignitatis fastigio collocaret, habereq;
M^tem vrãm viam et modum quo illam Ser^mo et Chris:
tianissimo domino Francorum Regi Connubio iungeret
Quòd cum ex eodem Nunctio nrõ intellexissemus, non
mediocri animi leticia fuimus affecti, talem videlicet
affinem et vicinum Regem nobis obtigisse, qui preter
amorem et beneuolentiam, erga nos, etiam in filiam nos:
tram reliquias generis sui tam insigni pietate et fauore
existeret agimusq; et habemus M^ti vrẽ pro tam exi:
mia in nos et in suos voluntate, magnas gratias ac ea
plurimum rogamus velit in tam pia tamq; laudanda
sentencia sua perseuerare, et nos ea qua cepit beniuolen^a

et amore prosequatur, filie nostre et Nepoti sue honori et dignitati vt cœpit consulat faueatq; vtq; negotium cum dicto Ser^mo Francorum Rege conceptum finem debitum ac honorificum sorciatur studiosissime agat et perficiat, digna namq; nro quidem iudicio, res foret, vt vtriq; nostrum honorifica, si deo cooperante filie nostre et Nepoti M^tis vre talis maritus contingeret, audiuimus quidem iam antea et certo didicimus ipsum Ser^mu dominum Francorum Regem priusq; ex captiuitate Coesaris dimitteretur despondisse sibi in vxorem in forma Ecclie consueta Ser^ma dominam Leonoram Sororem M^tis Coesaree quod Connubiu si ita prout actepimus contractum est, nos turbare et impedire nollemus, fieri enim non posset eius scissio absq; magna perturbatione Reipublice Chriane veru hoc quod factum et quomodo factum et obfirmatu est de eo ipso Connubio nemo melius nouit q; ipse Ser^mus Do: Rex Francoru qui sciet expendere et deliberare secu quid sibi ac Regno suo hac in re facere expediat postq; illius M^ti Christianissime proposuerit M^tas vra desiderium et voluntatem suam ineundi cum illa affinitate et amicitiam medio Neptis sue et filie nre. Quod vt q; primum M^tas vra facere et quidem secrete plurimum illam rogamus, cuius sapientie et pietati negocium hoc iam plene committimus, promittens nos vicissim aduigilaturos, vt et filie nre q; honorificentissime consulatur, et M^ti vre in amore et beniuolentia à nobis respondeatur.

DE admonendo per nunctium aut lras nras Ser^mo domino Principe Ferdinando, ne M^tem vram et Regnum eius Vngarie armis impetat ac sollicitandis et pertrahendis

in partem nostram Statibus ac Ordinibus Marchionatus Morauie, et Ducatus Slesie deq; aliis rebus quas nobis significauit M^tas vr^a per prefatum nunctium nostrum ita nos gerere volumus, prout amor et coniunctio nostra cum M^te vr^a mutua exposcere videtur, idq; quod pro dignitate et bono ac tranquillo Statu M^tis vr^e et Regni eius prestare poterimus, nichil omnino pretermittemus. Dominus Deus diu seruet M^tem vr^am sospite et foelicem in decus et tutelam Regni sui ac tocius rei publice Chriane Dat

Sigismundus .i. Rex Polonie

Joanni Regi Vngarie

Ser^me Princeps et domine fr^e affinis et tanq; fili char^me Accepimus litteras M^tis vr^e, quibus nobis declarat quanta fide et amore et constancia vniuersi Proceres et Incole Regni sui Hungarie illam complectantur, quid item ex aduerso comiserunt, et committere plura moliuntur hii qui partibus Ser^mi Principis Ferdinandi adheserunt Nos vti per litteras et Oratores nr^os M^ti vr^e significauimus, nolumus illi et Regno ipsius, cuius fortunas omnes communes cum successibus Regni nr^i semper existimauimus vlla in parte quantumcumq; a nobis prestari poterit vnq; deesse, omniaq; illi fausta foeliciaq; ex animo semper optamus, pro comuni nr^a et rei Chriane defensione proindeq; vt multum nobis placeat et gratulamur M^ti vr^e q; tam propensos et obsequentes sibi subditos habeat ita eduierso vehementer nobis displicent hec molimina

que fiunt aliunde aduersus M^tem vram quam in rebus tam afflictis et toti rei Chriane perniciosissimis omnes q post terga nra degunt pocius adiuuare deberent, Quare scribimus non grauatim ad Illustrissimos Principes Germanie presertim consanguineos et affines nros vt operam omnem adhibeant, ne res ad tam perniciosum incendium et arma veniret, vnde communis hostis occasione nacta posset tanto commodius vniuersam rem Chrianam opprimere sed vt pocius hec differentia que inter M^tu vrarum et dictum Ser^mu Principem Ferdinandum exorta est equis ac honestis mediis componatur, nos etiam ipsi quantu prestare poterimus et occasio vel via nobis aliqua patebit hoc ipsum facere diligenter curabimus, et quicquid aliud pro M^te vra eiusq bono et tranquillo Statu efficere poterimus nichil vnq opere et studij pretermittere volumus foelicissime valeat M^tas vra et nos diligat Dat

Petrus Tomiczki Eps Cracouien. Vicecancell^s
Luce de Gorca Castell^o Posnanien et Capitaneo
Maioris Polonie generali

MAg^ce domine domine et frater honoran^me. Cum his diebus M^tas Regia ab Illtri Principe domino Georgio Duce Saxonie etc Sororio suo admonita et certior facta esset, Conuentum Principibus Germanie per Coesaream M^tem ad dominicam Letare Ratisbone indictum esse mox in animum induxit, Oratorem suu illuc mittendum cum propter plurimas difficultates et pericula Regni et Dominiorum suorum quibus assidue premitur nomine sue M^tis illinc referendas tum precipue ad enarrandam et repetendam regni Hungarie

nouissimam ruinam, et regis ipsius miserabilem interitum
et ad declarandum similem ruinam, imminere quottidie, nõ
modo Regno sue Mtis verum etiam vniuerse Christianitati
nisi mature ab Imperio Romano, à cæterisq; Europe Re:
gibus fuerit succursum, ad quod munus obeundum me
suadente et suggerente, peridoneum et aptum esse exis:
timauit Mtas sua dominum Andream filium Mgcie
vre, Ego vero id muneris illi demandari curaui, q; iam:
pridem ex Mgcia vra intellexeram, eam cupere vt bone:
sta aliqua occasione adepta filius eius qui alioqui in do:
mesticis et Curie huius rebus iam commode exercitatus
esset, etiam externas Regiones et mores aliarum gentium
conspiceret, obtulit se modo talis occasio qualem Mgcia
vra maximopere optare debuisset eamq; filius eius, cu
voluptate arripuisse videtur, Sed ad talem rem cum
dignitate et decoro peragendum, indiget consilio, ope,
et subsidio Mgcie vre in cuius potestate est, et ex cuius
nutu et arbitrio totus dependet, Ego vero pro debito
meo et amore quo cum propter singularem probitatem
eius et mores suauissimos complector, nichil est q; malim
q; esse et fore eum, q; honoratissimum, et proinde rogo Mgcia
vram summopere, velit pro pietate sua in eum eximiaq;
liberalitate ei ad tale munus obeundum et auctor et adiu:
tor esse simulq; significare, modum et viam, qua ipse, eum actu
q; decentissime et honorificentissime expedire valeret, id et
Regie Mti pergratum erit, patrie honorificum et vtile,
Domuiq; Mgcie vre magnum et diuturnum decus allaturu

RES Conuentus huius (post longas altercationes quales cu
Nunctiis terrarum in omnibus pene Conuentibus obtingere
solent) tandem ad metam deo volente iam perducte sunt, im:
pegerunt nri in contribucionem ante biennium Piotrcouie

institutam quam susceperunt et decreuerunt omnes, ea præ:
siduum militare in Russia foueri debet, deus velit vt tã:
dem patria, hec nostra stet tandem aliquando tuta et trã:
quilla Mg^ciam vrãm cum tota domo eius incolumem et
foelicem deus seruet in longum tempus, cui me examino
commendo Datum etc

Legatio a Sigismundo primo Rege Polonie ad Principes Germanie in Conuentu Imperiali congregandos: data Mag^co Andree de Gorca. patricio.

Ill^mi et R^mi Principes, Sacra M^tas Ser^mi Principis et domini mei clement^mi domini Polonie Regis, Magni Ducis Lithuanie Russie ac omnium terrarū Prussie et Masouie domini, vr̄is D plurimam dicit Salutem et vt illis omnia ex animi sentencia succedant vehementer optat vt amicis affinibus et propinquis suis charissimis

Demum offerende littere quibus lectis dicēdū

Ill^mi et R^mi Principes nisi persuasum haberem satis cognitas perspectasq; esse non solum vr̄is. D. sed etiam omnibus hominibus calamitates et discrimina, in quibus res pub^ca Chriāna constituta sit nequaq; mei ordinis, ac ætatis esse ducerem tantas moles hostiles tantam vmi infidelium, tot clades et ruinas Regnorum et dominiorū Chriānorum verbis explicare

SED quia hēc mala eo vsq; progressa sunt vt illa iam nemo non ignoret, nemo non manu palpare possit, iamq; vicinū incendium quod palam cernitur, satis vnūquēq; admonere potest quod tunc sua res agitur paries cum proximis ardet, non opus esse arbitror vel declamare de his coram vr̄is D. vel postulata Ser^mi domini mei phaleris aut arte persua:

dendi insinuare breuibus igr̃ et pro captu meo simplicibus verbis ea in quibus per ipsum Ser̃mum dominum meum missus sum declarabo.

Ab eo tempore quo Thurcus Greciam, Thartarus Thauricam occuparunt, nunq̃ hec duo regna Hungarie et Polonie, à bellis et infestacionibus illorum respirare potuerunt, cum quibus licet interdum Inducie fiebant, interdum acriter reprimebantur tamen neq̃ vlla fide aut iureiurando, neq̃ vllis foelicibus successibus, et victoriis nostrorum hactenus contineri potuerunt, quin assidue si non aperto Marte dolo saltem et clandestinis incursionibus regiones nr̃as finitimas premerent et vastarẽt vnde in dies magis Regna ipsa desolari et deficere, hostium autem vires assidue augeri ceperunt.

In ea vero calamitate et discrimine communi reprimendo quam nihil laboris et periculi pretermiserunt cum alii Serenissimi Vngarie et Polonie Reges, tum vero maxime familia et Stirps Ser̃mi Regis mei, satis et continua bella M̃tis sue et Ser̃morũ olim Wladislai recens vero, Ludouici in Vngaria interitus documento esse possunt

Non pretermiserunt etiam quicq̃ ipsi Ser̃mi Reges Vngarie et Polonie in declarandis ipsis calamitatibus suis, et imminenti ruina toti Chr̃ianitati, cum summis Pontificibus et Imperatoribus, tum et aliis Chr̃ianis Principibus, ita vt nullus Conuentus Imperialis fuerit, in quo non satis superq̃ de his malis declamatum ac deploratum esset, nihil tamen vnq̃ preter verba et inania promissa de generali expeditione referebantur.

Interim Christiani Principes verbis quidem eam ipsam gn̄alez

expeditionem parturiebant, re ipsa tamen discordias intes:
tinas alebant et pro sua quisq; libidine alter in alterum fe:
rebatur hactenusq; nihil aliud nisi bella intestina et sedicio:
nes viguerunt, et quod monstri simile est, in dies magis vigent
ita vt non humana solum, sed etiam diuina omnia, cum summo
dedecore et ruina sint confusa

Quibus rebus factum est, vt due potentissime Janue tocius
christianitatis, Nandoralba et Rodos sint intercepta ac po:
stremo Regnum Vngarie vna cum Rege suo in summam cla:
dem deductum Regnumq; Polonie acriter vastatum à Tar:
taris in hoc à Thurco instructis vt Ser^mum Regem meum
distinerent et licet his proximis diebus M^ti sue, de ipsis Tar:
taris insignis dei benignitate victoria contigit, tanta est ta:
men eius generis efferata colluuies vt subinde veluti Hydre
capita succrescat, nullaq; strage domari, nulla custodia ar:
ceri potest.

Quare audiens ipse Ser^mus Rex meus vras. D. hic Con:
uentum agere, potissimum communis salutis causa, mittere
me dignata est eius M^tas ad vras. D. hoc vnum declaratu
quod iam Thurcorum et Thartarorum vires, adeo aucte, Re:
gnorum vero Vngarie et Polonie adeo attrite sunt, his bellis
continuis que absq; vllius Principis Chriani auxilio, hactenus
semper gesserunt, vt amplius tantam molem hostilem sustinere,
et solis suis viribus illi resistere nequaq; possunt. Rogatq;
summis precibus eius M^tas vras. D. vt tandem amore sancte
fidei Catholice, amore patrie et libertatis, comunisq; omniu
salutis permoueantur, operamq; tandem re ipsa faciant, vt q;:
celerius reductis Chrianis Principibus in concordiam, et Sedi:
cionibus sopitis, suppetie à vris D. citra moram Regnis Hu:
garie et Polonie in extremo discrimine constitutis, ferantur

Nam abunde intelligere possunt, quòd perfractis et ad inte:
ritum redactis his duobus Regnis, hec tota calamitas in
has regiones deuolueretur, visq; hostilis, viribus tantorũ
Regnorum aucta, iam deinceps à nulla alia potencia re:
primi posset, Et proinde si vrãs. D. vsq; adeo non mouet
vicinorum Chrianorum calamitas et ruina, saltem sua ip:
sarum salus illas moueat quam tucius et facilius est post
alienas sepes, quam intra suas tutari

Meminisse velint vrẽ. D. quanta olim pernities et calamitas
inundauerat orbem Christianum ex oris illis quas Sere:
nissimus Rex meus tuetur, illinc enim Gotti, illinc Ala:
ni, illinc Vandali, et Hunni proruperant, quorum omniũ
numerum et ferocitatem longe exuperant Thartari, de
Thurcis res ipsa indicat quid valeant et quousq; progressi
sunt Proindeq; D. vrẽ tandem expergisci dignẽtur et Re:
gnis Vngariẽ et Poloniẽ, in extrema iam deductis opem
certam et oportunam quãcelerius ferant, alioquin testatũ
esse vult Ser^mus dominus meus, nihil à se prẽtermissum
non solum in reprimendis his hostibus ne ad intima orbis
Chriãm penetrarent, sed etiam in cõmõuendo vrãs. D.
et illis hec discrimina quẽ impendent denunciando vt
si demum aliqua cõmunis ruina, quã dnũs deus auer:
tat, sequeretur, per eum quominus saluti reipublicẽ
chriãnẽ prospectum esset, nihil omnino defuisse videretur

Seorsum agenda

DE his que publice dicentur erunt eciam speciatim agenda cum Principibus et prelatis declarandum, quod differentia inter Sermos Vngarie et Bohemie Reges, si ad arma veniet, non nisi maximum discrimen sit vniuerse Reipublice Christiane allaturea, maluisse quidem utez Regiam, si eius arbitrio res acta esset, vt Sermus Rex Ferdinandus illo regno pacifice politus fuisset, quod et necessarius sit Mtis sue et tante generis et fortune amplitudinis cum Cesarea Mte et germanis Principibus suisq; eciam vicinis regnis et dominijs vt nemo ipsum regnum Vngarie videatur certius et facilius quàm illius Mtas defendere posse, sed cum illi Regnicole alium sibi Regem delegerunt eiq; vt apparet modis omnibus adherent verezi maxime Mtem Regiam, ne si vi ab alio subigi vellent, extrema vbi aliter fieri non posset tentarent et communi hosti sese dederent, vnde quanta ruina sequi posset vniuerse Christianitati Mtem suam vt expertissimam conditionis hostilis, melius quàm aliquem alium intelligere Et proinde darent operam ipsi Principes, ne eadem differentia in bellum deueniret, sed operam suam facere dignarentur, vt aliquibus honestis mediis et condicionibus componi posset, prout nunc Mtas sua non alio quam reipublice Christiane respectu id diligentissime curat

Cum Dño Georgio Duce Missnen

Agendum erit eciam speciatim, quòd Mtas sua eius instinctu et consilio miserit ipsum Oratorem ad Conuentum istum Imperii, ea potissimum spe, quod eius Mtas pro sua prudentia

et necessitudine qua M^ti^ sue coniuncta sit, promouebit eam legationem et negotia M^tis^ sue Regie rogandaq; erit eius Ill^tas^ vt operam faceret apud Principes et Status Imperii quo, vbi subsidium Regno Vngarie aduersus Thurcos decerneretur, etiam regnum M^tis^ sue Polonie non ommitteretur quod etiam preter Thurcos habet Thartaros et Scysmaticos continuos hostes à quibus non minus periculu rei Chriane quam à Thurcis impendet, et proinde vt pars aliqua ipsius subsidii assignaretur M^ti^ sue aduersus Turcos et Thartaros, excusanda etiam erit apud eius Ill^tem^ occlusio vie in Slesiam quam vniuersi ordines regni nullo modo, vt relaxaretur, permitere voluerunt, propter monetam Swidnicensem, que hucusq; in maximum Regni huius detrimentum cuditur et importatur ex Slesia in Poloniam, sed nec minus propter heresim Lutheranam, que Slesiam ipsam infecit à qua M^tas^ sua regnu suum seruare et illibatum manutenere decreuit, vt Christianum et Catholicum decet Principem Et proinde cu hee cause sint grauissime, neq; huic Regno vllo modo tollerandum est, vt via in Slesiam aperiatur, donec cause ipse cessabunt, et damnum inde acceptum resarciatur equi boniq; consulat eius Ill^tas^ hanc ipsam occlusionem vie, quam in eius gratiam libenter M^tas^ sua relaxari fecisset, si id apud Regnicolas efficere, aut si absq; maximo regni detrimento fieri potuisset

Oratoribus Ser^mi^ domini Regis Hungarie exponendum qua causa missus sit ipse dominus Orator vt videlicet declaratis calamitatibus periculis, et perpetuis laboribus horum duoru regnorum Hungarie et Bohemie, ageret, pro suppetiis hiis ipsis regnis, à Statibus Imperii ferendis

Et vt Principes ipsi, operam suam facerent quo Ser^mi domini Ferdinandus et Joannes, Reges, à bello abduci, et ad concordiam reduci possint, et quanto studio ac cura, agat id M^tas Regia, causa rei Chriane, quo hii ipsi Reges, arma, contra se inuicem non sumant, sed potius illa, et vires omnes suas contra Thurcos et alios Chriam nominis hostes conuertant Et q̄ sua M^tas commiserit domino Andree Oratori suo vt mutuis consiliis cum illis agat, pro subsidio et concordia Regum predictorum.

Si incidet mentio de nouatione rerum in Prussia et abiecta professione et habitu per Ducem Prussie et alios Cruciferos, dicat Orator q̄ sibi de hiis nichil est commissum, neq; aliquam disputacionem hac causa ineat, vbi tamen suggillaretur M^tas Regia tanq̄ illa prebuerit causam nouationis religionis Sancte Catholice in Prussia, dicat M^tem suam nichil egisse cum Duce Prussie de religione, quam ipsa in Regno et dominiis suis, vt Principem Chrianum decet, inuiolabiliter obseruat, sed solumodo de terris ad illam et Regnum eius spectantibus, propter quas gesta sunt cruentissima bella, et concordia dudum inita, vigore cuius nichil aliud repetiuit M^tas regia quā subiectionem et obedienciam debitam, vti ex terris suis hereditariis alioquin q̄d ad ordinem attinet, si esset ex arbitrio M^tis sue regie non, non solum hic ordo in Prussia sed etiam alii ordines multo sanctiores in Germania qui hiis temporibus destructi sunt incolumes essent.

Visendus erit R^mus dominus Archiepiscopus Rigen de: clarandum etiam illi, qua causa missus sit ad Conuentum Imperii dominus Orator, et rogandus vt negocia M^tis regie

et horum Regnorum promoueat, et ab æmulis eius integritatem et propensionem erga rem Christianam et communem salutem pro virili sua comendet et tueatur

Si aderit illic Legatus Apostolicus declarandum illi gratissimum esse dñi Regié illius ad Conuentum Imperii aduentum, quod speret ope summi Pontificis multum comodi hiis Regnis laborantibus accessurum declarande etiã ei cause propter quas missus sit ipse Orator, et rogandq, admoneze velit omnes Principes et Status Imperii, vt cum hec duo Regna Hungarié et Polomé, sola tantam molem Thurcorum et Tharlarorum sustineant, opusq; sit, iam auctis in immensum viribus ipsorum infidelium. hisdem Regnis deficientibus omnium Christianorum viribus, adesse velint oportuno subsidio, alioquin breui de re christiana actum videbitur.

Petrus Tomiczki Eps Crac.
Regni Polonie Vicecancellarius

Archiepo Rigensi et
Episcopo Terbatensi amico char.

RME in Chro Pr et domine amice char^me ac ho:
norand^me. Post mitam nuper cum R. D. vra noticiam
atq amicitiam, eiusq ad Vrbem Romam profectionem,
michil mhi semper eque in vobis fuit, ac eam in omnibus
actionibus suis cum summa dignitate vbiq valere et pro:
speraxi quod quidem meum desiderium etiam frequentiō:
ribus litteris meis testatum fecissem, si tabellarii se obtuli:
sent quibus lras meas tuto credere potuissem nunc cum
ex litteris eiusdem R. D. vre xxvii die Februarii
ex Villaco ad Regiam Mtem Ser^mi domini nri et ad
me scriptis, et xiii die Marcii huc allatis intellexisse
eam hic in istis propinquis locis et prouincijs apud Se:
renissimum dominum Regem Ferdinandum esse versatam
atq etiam moderno Conuentui Ratisbonen assuturam
peroportune accidit, q etiam Orator Ser^mi domini mi
Regis, Mg^cus dominus Andreas de Rozka Consan:
guineus meus, illuc proficiscatur, nephas itaq esse duce:
bam, si is ipse, litteris meis vacuus, isthuc peruenire de:
beret, Et primum omnium facere velit R. D. Vra, lras
quibus, quorsum eius, atq etiam Linomie Mgri studia
tendant aperte significauit mihi fuisse gratissimas, eo q
gratiores q etiam aliqui de egregia vre R. D. cura
et opera quam in Regijs et meis negotijs prestitit apud
Sedem Apostolicam a domino Nicolao de Camerath
satis habunde esset perscriptum, deus tam piam mentem

et tam sanctum propositum eius, quo optatum finem conse-
qui posset, fortunet. Quibus rebus cognitis Alas dñi
mei Regis, maluisset R. D. Vram (si id sine incomo-
do eius fieri potuisset) diucius Romae commorari, pro-
spicit n. quo adiumento ne dicam ornamento, et suis &
nris rebus illic fuisset futura vt vt tamen factum est
illud certo certius habeat vra Rma. D. Mtem suam
hanc R. D. Vrae erga se optimam voluntatem et ob-
seruantiam maxime facere esseq; ei gratissimam, quam pe
culiari suo fauore et beneuolentia, per omnem occasionem
ei referre et rependere, benigmissime polliceatur

Quomodo Ser^mi domini Ferdinandus et Joannes Hunga-
riae et Bohemiae Reges inter se dissideant, non existimo
latere R. D. vram, id tamen ex eodem Oratore Re-
gio Mgco domino Andrea de Borka, plenius cogno-
scere poterit, habet n. ipse Orator id à Regia Mte
in mandatis, vt nomine suae Mtis R. D. Vram visat
et salutet, et qua causa ad Conuentum Imperii missus
sit ei significet, cum ego (propterea q; et Orator Regius
est et consanguinitatis vinculo mihi coniunctus) R. D.
Vrae singulariter commendo, simul et rogo velit ei con-
silio et auctoritate sua adesse, eumq; prosapientia sua
talibus documentis imbuere et adiuuare, quo in hoc Ty-
rocinio suo, demandatam sibi prouinciam q; honestissime,
obire valeat, interea temporis, non ignoret R. D. Vra
q; Mtas domini mei (qui nihil magis cupit q; pacem,
et concordiam Christianorum Principum) inter Ser^mos
Reges suprascriptos per Oratores suos eo rem dedu-
xit, q; vterq; Regum vsq; ad Calendas Junias ab ar-
mis alter alteri inferendis temperare debeant, ad q^d
tempus, vterq; eorum Oratores suos Olomuntium

que est Morauie Metropolis ad tractandum de pace et
concordia mittere debet, vbi etiam Et Mtis domini mei
Oratores et Consiliarii aderunt nihil pretermissuri qd
ad honestam concordiam pertinere arbitrabuntur
nam (quod tamen deus auertat) si ad arma ventu
fuerit verendum erit ne hoc incendium, non modo
ista Regna, sed etiam finitimas prouincias longe lateqz
consumat. Preterea non dubito quin R. D. vra (pro
eximia sua in deum pietate, proqz in vniuersam Eccle:
siam chri studio) de delendo et exterminando in Ger:
mania Lutheranismo, omnibus viribus adnitetur, qua
re vna ad concordandos inuicemqz sibi conciliandos Pri:
cipum Europe animos nichil esse potest efficatius q eos
inter qui dei nomen aliter atqz aliter agnoscunt, nulla
vnqz fida pax, nullum foedus sanctum potest intercede:
re, nec vllum maius dissidium atqz odium inter morta:
les fieri potest, qz dissimilis de deo immortali sentencia
Insuper ex quibusdam litteris ex Roma mihi nuper al:
latis intellexi veterem Litigatorem Michaelem Pa:
czanow, propter crimen falsi esse in vincula coniectum,
is Michael, preterqz, q familiarem meum Benedictu
Isdbienski ob Canonicatum Craccouien impetebat, etia
a longo tempore multos probos et quietos viros malis
suis artibus turbabat et vexabat, dignus qui scelerum
suorum penas tandem daret, Quocirca R. D. vram
enixe rogo. Si eam hiis diebus ad vrbem Romam lit:
teras ad amicos et familiares suos dare contigerit, velit
etiam ad Rmu dominum Sanctorum Quatuor Car:
dinalem scribere, admonereqz et rogare illius Rma
D. vt si idem Michael eiusdem criminis falsi, siue cuius:
piam alterius damnatus fuerit, in eum seuerius anim:
aduertatur et Canonicatus Ecclesie mee liber ab eius

impeticione permaneat cum licentia et improbitas malo:
rum non nisi supliciorum acerbitate coherceri potest, fa:
ciet in hoc vrā Rma. Do. rem virtute sua dignam
et mihi gratissimam quam rogo et oro ne ex amore
in me suo michi iampridem satis cognito et perspecto
remittat, quin crebrioribus litteris ad me dandis, cæ:
terisqꝫ mutuis inter nos officiis ipsum alat et augeat
foelicissime et diutissime valeat Cui me ex animo com:
mendo Dat

Inducie aliquot mensium inter Ferdinandum et Joannes reges de regno Vngarie contendens

JOANNES DEi gratia REx Hungarie, Dalmatie, CRoacie etc Necnon Marchio Morauie, Lusacie ac vtriusq; Slesie Dux etc Recognoscimus et presencium serie fatemur Nos quosdam tractatus, et articulos, modum, et formam, componende, ineundeq; pacis et concordie, inter nos, et Ser^mu Principem dominu Ferdinandum, Bohemie Regem, et Austrie Archiducē etc continentes, per Spectabilem et Mg^cu dominum Christopherum de Schidloviecz, Palatinum et Capitaneum Cracouien, ac REgni Polonie summum Cancellarium confectos, Sigilloq; suo proprio et subscriptione manus sue proprie, roboratos, per Egregium Erasmum Gerlachowski nobis quinta die Aprilis allatos accepisse, Quorūqdē tractatuum et articulorum tenor talis est, Sciendum q̄ cum inter Ser^mu Principem, et dominū, dominum Ferdinandum, dei gracia, Bohemie et Hungarie, Dalmacie, Croacie etc REgem infantem Hyspaniarum, Archiducem Austrie, ac Sacre Coesaree et Catholice M^tis per Germaniam locumtenentē, generalem, ex vna ac Serenis^mu dominum Joannem, Coronatum REgem Hungarie, partibus ex altera, aliquot articuli, et capitulaciones prolocute et tractate sunt, per me Christophorū de Schidloviec, in Sezmielow et Magni Opathow dominū, Palatinum, et Generalem Capitaneum Cracouien, ac REgni Polonie sumūm Cancellarium etc, tum Syradien

Sochaczouien, Gostinen, Noue Ciuitatis Corczin, et Luco:
uien Capitaneum, Ser^mi domini, domini Sigismundi, eadem
gratia Regis Polonie, Magni Ducis Lithuanie, Russie,
tociusque et Masouie etc domini et heredis, ad predictum
Ser^mum dominum Regem Ferdinandum Oratorem, in hunc
qui sequitur modum.

Ac imprimis quidem Ser^mus dominus Rex, dominus
Ferdinandus, non capiat arma, bellumque non moueat
contra prefatum Regem Hungarie, et hoc huic ad diem
primam mensis Junii, proxime futuri, Et econuerso, quod
idem dominus Rex Hungarie, similiter non incipiat, ac
neque moueat bellum, contra Ser^mum dominum, dominum
Ferdinandum Regem, stante tempore prefixo.

Item vt Ser^ma domina Maria, Regina Hungarie et Bo:
hemie etc, relicta, libere, secure, et pacifice vtatur bonis
Dotalibus suis, sibi iuste, et legittime inscriptis, iuxta as:
securationem eorundem.

Item quod domini Prelati, Barones, Nobiles, et Proceres
Ciuitates, oppida, terre et ville et alii quicumque, tam
Spirituales quam Seculares Regni Hungarie, adherentes
Ser^mo domino, domino Regi Ferdinando antedicto, libe:
re et pacifice vtantur et fruantur bonis suis, tam mobi:
libus quam immobilibus, et etiam Ecclesiasticis, in quorum
possessione nunc sunt, Et econuerso domini Prelati, Ba:
rones, Nobiles, et Proceres, Ciuitates, Oppida, terre
ville, et alii quicumque tam Spirituales quam Seculares Regni
Hungarie, adherentes Ser^mo dno Joanni Regi Hunga:
rie, libere et pacifice vtantur et fruantur bonis suis
tam mobilibus quam immobilibus, et etiam Ecclesiasticis in
quorum possessione nunc sunt.

Item q uterq Rex ad diem primam mensis Junii pre:
fati, mittant suos Consiliarios, et Oratores sufficienti ma:
dato et instructione suffultos, ad Ciuitatem Olomucen, qui
sic inter vtrunq Regem tractent et concludant ad tolle:
dum omnes differencias et discordias inter eosdem Reges

In qua quidem Dieta, sic constituta, Orator, vel Oratores
et Commissarii Ser^mi domini Regis Polonie &c compare:
bunt, cum sufficienti etiam mandato, tanq mediatores &
Arbitri arbitratores, amicabilesq compositores, qui
etiam studebunt talem differentiam sopire et extinguere
ipse ergo Ser^mus dominus Rex Ferdinandus, consensit
et plenam facultatem dedit Ser^mo domino Regi Polonie
prefato, q ipse dominus Rex Polonie, Oratoribus domini
Regis Hungarie in Dieta Olomucen comparituris, det
Saluum Conductum, libere et secure, ad Ciuitatem predicta
Olomucen venien, ibidemq manendi et redeundi ad sua
propria saluis personis, rebus et bonis eorundem, ita tamen
q ipsi Oratores, et Commissarii domini Regis Coronati Hu:
garie non excedant in personis et equis numerum cente:
narii, Ita tamen q tractacio illa intra diem quintudeci:
mum mensis suprascripti Junii conficiatur et concludatur
Quibus quidem quindecim diebus durantibus, nihil per
vtramq partem, sicut antea scriptum est hostiliter attentetur
Quo quidem quintodecimo die elapso, decem dies proxie
inde sequentes, eiusdem mensis assignati sunt, et censeantur
Oratoribus prefatis, pro termino redeundi ad Regnu
Hungarie, et loca illis, securiora, Quem eciam Saluum
Conductum, idem Ser^mus dominus Rex Ferdinandus
tenebit et obseruabit, sicut Principem et Regem Chris:
tianum decet,

Item q Ser^mus dominus rex Polonie predictus debet

certificare, per lras suas Ser^mum dominum Ferdinandum Regem prefatum, hinc ad sextam diem Maij proxime futuri, an dominus Rex Hungarie huiusmodi condiciones suscipere et obseruare voluerit, neene. Cum vero Ser^mus dominus Rex Polonie prefatus, significauerit, Ser^mo dno Regi Ferdinando prefato, intra prefinitum tempus, huiusmodi condiciones Hungarie Regem non suscepisse extunc intelligatur contractus iste esse et fore irritus et inualidus In cuius rei testimonium, Sigillum meum est appressum, Act et Dat in Arce Pragen feria tercia post dominicam Oculi proxima Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo septimo.

Quos quidem articulos cum perlegi fecissemus, diligenciusque considerassemus, licet illos in plerisque clausulis, nostris et Sacre Corone nre Iuribus preiudicare, nosque non parum grauare cognouerimus, ne tamen discordie et effusionis Chriam sanguinis, auctores fuisse iudicaremur, ne etiam tanti Principis, vtpote Ser^mi domini Polonie regis etc Qui se in hoc negocio, tanque Catholicus Princeps et pacis ac tranquillitatis reipublice Chriane amator interposuit curis ac laboribus refragari videremur, premissos tractatus et articulos, acceptamus, admittimus, eosque in verbo nro Regio obseruare promittimus, harum nrarum vigore et testimonio litterarum median Dat Bude quartadecima die predicti mensis Aprilis Anno domini Millesimo Quingentesimo vigesimo septimo Regnorum nostrorum predictorum anno primo

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie datum Oratori Regis Joannis.

Sacra Mtas Rx nde domine plurimas agit et habet gras Sermo domino Regi Hungarie, q illius Mtas et causa rei christiane, et contemplacione ac consilio eius Mtis articulos et conditiones illas tractande concordie, per Mg^um dominum Castellanum Cracovien' cum Sermo Rege Ferdinando condictas, acceptauerit fecit illius Mtas officium probi et christiani Principis, ac rem sua prudentia non indignam, Quandoquidem omnia prius, quam belli dubia aleam experiri sapientem decet, et quamuis hi ipsi articuli aliqua ex parte duri et iniqui illius Mti sunt visi, tamen eius Mtas non videt in illis quod vsq adeo ferri et tolerari non possit

Mittet autem Mtas sua ad locum et tempus designatum Oratores suos et nichil impendii et opere pretermittet, quo aliqua decens et honesta concordia perfici possit, idq diligenter ipsis Oratoribus suis curandum precipiet vt q maxime fieri poterit, omnia ex dignitate et commodo illius Mtis transigantur.

Rationes autem quibus illius Mtas nititur ad repellendam impetitionem Sermi Regis Ferdinandi probat et satis validas esse iudicat Mtas sua, et si equitate et ratione certandum erit, nec aliquid in diuersum adducetur, illas omnino prevalituras non dubitat et proinde censet vt illis Oratores eius Mtis insistant

DE numero Oratorum in articulis prescripto renunciauit nouissime per litteras suas Sermus Rex Ferdinandus quod id quodam modo errore esset commissum, vultq licere sibi tot mittere Oratores quot sibi necessarii videbuntur quod etiam Mti sue equum et oportunum videlur ad tanti momenti negocium transigendum, mittq etiam ipsa plures quam duos Oratores et vt idem Sermus Rex Hungarie faciat, consulit et censet.

Scripsit etiam Mtas sua ipsi Sermo Regi Ferdinando sibi omnino non videri, quòd in tam angusto tempore, quod ad tractatus agendos est designatum, aliquid boni in ipso negocio tante difficultatis perfici posset, et proinde vt ad productionem spacii saltem aliorum quindecim dierum consentire dignaretur, quod illum Mtas sua sperat facturum, et quicquid rescribet cuestigio Sermus Regem Hungarie certiorem reddet.

Quòd autem ad eos modos attinet, quos ipse Sermus Rex Hungarie ad vim vi reprimendam secum instituit, placet Mti sue delectus, quem illius Mtas dom facit nam hoc vnicuiq indictum est et conuenit, vt se et sua tueatur.

Verum quòd auxilio Thurcorum illius Mtas vti deberet id nequaq à Mte sua probari posset res enim est set iuxta impia et periculosa, vnde et regnum Vngarie facilius confici ac occupari posset hoc prelextu à Thuras et vniuersi Christiani hac impietate permoti haud dubie in ipsum Sermum Regem Vngarie et regnum eius commouerentur, ita vt ab illis pro subsidiis perpetuam hostilitatem haberet, et proinde Mtas sua

rogat et consulit vt illius Mtas alios potius modos se et sua tuendi si fieri potest sequi velit, quam eos qui et periculosissi sunt, et Christiano Principe non satis digni.

DE adoptando vero filio Mtis sue quod illius Mtas significauit, gratissimo animo suscepit Mtas sua et quas maiores potest illius Mti pro tanta in se beniuolencia gras agit, verum cum et ipsa satis intelligit rem hanc tanti momenti, non posse absq; comuni regnicolarum consensu transigi, censet etiam vt ad tempus aliud quiecius pendeat in quo demum id fieri poterit quod huic vtriq; regno honestum ac salutare futurum esset, verum de Slesia et Morauia non videtur adhuc Mti sue quicq; aggrediendum neq; vllam excitandam controuersiam, nam sperat et censet eius Mtas quod hoc potissimum futurum sit medium et condicio pacis cum Sermo Rege Ferdinando ineunde, vbi ille pro iure suo quod ad regnum Hungarie pretendit, has duas prouincias accipere et liberas ab omni obligatione habere voluerit, satisq; vtiliter hoc pacto concordia et pax comparata videretur si etiam vltra pacem suppecie ex ipsis prouinciis Regno Vngarie aduersus infideles accederent.

DE Illma domina Heduigi filia Mtis sue in matrimonium collocanda placet Mti sue deliberacio Sermi dni Regis Hungarie et pro hac cura et sollicitudine quam de illius bono ac honesto Statu gerit immensas illius Mti agit et habet Mtas sua gracias, verum non satis decorum videtur Mti sue vt ipsamet filie sue eos maritos aucupari deberet, sed magis id congruere censet ipsi Sermo Regi Hungarie tam arcto eius propinquo, vt id opere prestaret pro Nepte sua, quo faciet rem suo in illam amore suaq;

prudentia dignam et M^ti sue regie gratissimam quam illi vicissim M^tas sua omni studio et facultate sua referre curabit

Sigismundus primus Rex Polonie

Ferdinando Vngarie et Bohemie regi

SEr^me Princeps etc REdiens ad nos Mg^cus Christopherus de Schidlowiec Castellanus et Capitaneus Cracouien et Regni nri Cancellarius retulit nobis vt Ser^tas vra causa rei Chriane et intuitu nri dignata sit, differencia suam quam habet racione regni Hungarie in amicabilem cognitionem et compositionem eorum mediatorum quos nos delegabimus permittere, ac arma sua ad tempus et iuxta articulos descriptos suspendere, pro qua beniuolencia et fide quam de nobis habet, agimus M^ti vre gratias quas possumus maiores, probamusq; impense huc M^tis vre erga rem Chrianam affectum et studium, q animum induxerit has prius vias concordie, quam alea belli experiri. Nos enim qui magis sentimus quantum laboret ipsa res Chriana, et qui viciniores sumus imminenti discrimini, nichil magis q; comunem pacem Chrianorum probare et optare possumus, proindeq; licet ipse Magnificus Christopherus Orator nr misisset eos articulos a se cum M^te vra initos in Hungariam, tamen et nos citra moram misimus suasimusq; Ser^mo illi Regi Coronato vt et ipse illos susciperet, qui tametsi ei in quibusda duri et graues visi fuerunt, tamen suasu nro et desiderio pacis cum Chrianis, illos acceptauit, et obseruare suis lris pntibus nobis promisit. Quod autem M^tas vra nobis scripsit aberratum esse in constricto numero

Oratorum, qui mitti ad tractatus ipsos debeant vt quod
scriptum esset, suos Oratores, mutatum sit, ni duos Orés
non minus et nobis id euestigio quam sibi vré displicuit
cum ad tanta negocia obeunda merito quisq; tot mittere
debeat, quot ei expedire videantur, et proinde cómen-
damus hoc et suscepimus libenter, quod Ma^tas vra nobis
scripsit, se libertatem hanc habere velle mittendi Orés
quot sibi oportunum censebit, nam et nos idem faciemus
mittemusq; ad locum deputatum plures quam duos Orés
nihil opere et impendio parcentes, quo vt maxime optamus
aliqua honesta concordia per nos perfici posset hancq; de-
claracionem Ma^tis vré simul ac sentenciam nostram in
Hungariam citra moram significabimus, suadebimusq; vt et
illic ea conditio suscipiatur, prout illam susceptum ne-
mo dubitamus, vnum est, quod ni ipsis articulis satis proba-
re non possumus, nempe tempus tractandi tanto negocio
valde angustum, non enim solum tractandum erit Orato-
ribus nris, inter se mutuo de hisce rebus maximi ponde-
ris, sed mittendum etiam ad quemq; nostrum, et sentencias
nostras in quibus hererent requirendum ad quæ omnia
perficienda tempus quindecim dierum designatum, sufficere
non putamus, itaq; rogamus Ma^tem vram, consentire di-
gnetur ad tempus ipsum tractandi, longius producendu
vt saltem vel ipse vnus mensis Junius integer sit, quo ad
tractatus duntaxat agendos, nam nequaq; intra quindecim
dies aliquid solidi perfici poterit, digneturq; Ma^tas vra
nos de voluntate sua in hac ipsa re quamprimum certiores
reddere, valeatq; foeliciss^me Ma^tas vra et nos diligat
Dat Cracouiæ

Sigismundus primus Rex Polonie

Ferdinando Vngarie et Bohemie regi

SEr^me Princeps et domine frater et consanguinee noster char^me. Postq̃ non visum est Mti vre ex re sua, vt tempus tractandi in Olomunc super negocio Hungarico aliquandiu vltra xv dies condictos producerentur, Nos etiam boni consulimus, et in eam partem vt vra Mtas scripsit accipimus, neq̃ enim alr id optamus, nisi quatenus communi concordie et rebus Mtis vre conduceret, declarabimus id responsum Mtis vre parti alteri, et nichil pretermittemus, quod quantu fieri poterit communi paci et beniuolencie nre conducere intelligemus foelicissime valeatq̃ Mtas vra et nos diligat Dat

Sigismundus .i^s. Rex Polonie

Ioanni Regi Vngarie.

SER^me Princeps etc. Mittimus ad vram Mtem Generosum Joannem Vietwienski Castellanum et Tribunum Plocen et Capitaneum Brathianen, fidelem nostrum dilectu cui comisimus ea que intelligimus, presentissima istius Regni Hungarie, et rei Christiane pericula, eidem Mti vre referre, quam plurimum rogamus, vt et fidem illi adhiberet et in hiis que retulerit, ita se exhibere velit, vt et illius excelsa virtus et res chriana, nunc maxime periclitans exposcit, valeatq̃ foelicissime vra Mtas et nos diligat Dat

Ioannes Rex Vngarie

Sigismundus primus Regi Polonie

Ser^me Princeps et domine affinis et tanq̃ Pater char^me. Litteras Mtis vre nunc ad nos datas accepimus, et plane intellexim^us, vidimus etiam articulos, in quibus Orator Mtis vre de suspensione belli, et concordia tractanda nomine Mtis vre proxime conuenerit et constiterit. Cognouimus preterea ad que nos Mtas vra paterne hortetur, quidue nobis consulat. Ex quibus omnibus singularem Mtis vre erga nos, et paternum fere amorem, olim quidem cognitum et perspectu recognouimus. Agimus itaq̃ Mti vre pro tam propenso suo in nos amore emulatissimas gracias, et quas possumus maiores, et certe studebimus eciam omni officiorum genere, omnibusq̃ obsequiis a Mte vra promereri. Cæterum quantum ad rem ipsam attinet, Nos vt alias semper, ita nunq̃ parati sumus paterno prudentissimoq̃ Mtis vre consilio obtemperare, idq̃ in omnibus et nunc in posterum quod ipsa de nobis decreuerit, nobisq̃ faciundum consuluerit facere, articulos ipsos quemadmodu Mtas vra nobis consulit, suscipere et acceptare, prout suscipimus et acceptamus obseruandos, et ad ea nos semper tenebimus que Mti vre conducibilia nobis et dominiis, Regnisq̃ nris. Immo potius toti Christianitati, profuturaq̃ sore videbuntur, dumodo non fiat aliquid, vti etiam Mtas vra breuiter in lris suis perstringit, in honoris et Status nri detrimentum. Quemadmodum et nunc Ser^me Princeps incerto quodam rumore perlatum ad nos est Oratores nros quos nuper ad Dietam Imperialem miseramus esse interceptos

Quod quantum articulis ipsis et tractatibus conueniat
Mtas vra pro sua altissima prudencia bene considerare
potest, De quo tamen si quid certi habere poterimus, facie:
mus Mtem vram certiorem. Rogamus eandem cum su:
ma fiducia, dignetur res nras, Immo fidei et Religionis
Chriane, vt facit, vel deinceps cure semper habere eisq
opportune consulere, Nos enim ea semper facturi sumus
ad eaq accedemus, que Mti vre visa e dignitate com:
modoq nro et bono regnorum nrorum tociusq reipublice
Chriane tranquillitate fore videbuntur, Postremo rogamus
Mtem vram sumopere velit ad Dietam ipsam Olomucen
Oratores suos designare, et in tempore mittere, Cuperemus
autem cumprimis designari Spectabilem et Mgcum Chri:
stopherum de Schidlowiec Castellanum et Capitaneum
Cracouien Regniq Mtis vre Cancellarium, vt qui res
nras bono omine auspicatus esset, sua prudentia singu:
lari industria et dexteritate foeliciter eciam terminaret
ad laudem imprimis omnipotentis dei, quietum Statum
et dignitatem nram, bonumq et tranquillitatem fidei et
Reipublice Chriane, Que deinceps sequentur faciemus
Mtem vram primo quoq tempore de omnibus certiore
Quam et bene ac foelicissime semper valere optamus, noq
eidem tanq patri nro vnice et ex animo commendamus
Dat Bude xvii die mensis Aprilis Anno domini
M°. D°. XXvii° REgnorum nos:
trorum predictorum Anno primo

Sigismundus .i. Rex Polonie Joanni Regi Vngarie.

Ser^me etc. Valde nobis molestum fuit intellexisse Oratores Mtis vre quos ad Conuentum Jmperialem misit in Oppido Czemss. ~~uris~~ detentos esse, et licet nobis posthac relatum sit illos dimissos et ad Hungariam redire illis libere concessum esse, Scripsimus tamen diligenter Ser^mo domino Regi Ferdinando pro illis elibezandis, et speramus, quod si detinentur, illos citra difficultatem dimitti faciet, non visum est autem ipsi Ser^mo Regi Ferdinando producta tempus tractatibus in Olomunc vltra quindecim dies quemadmodum consuluimus, et ab illius Mte optauimus, respondit enim nobis, si res agetur serio spacium quindecim dierum sufficere, sin alter non fore e re sua si spacium ipm produceretur, Quod Mti vre significandum duximus ne quid illarum rerum quę scire oportet lateret et foelias sime valeat Mtas vra Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Regi vngarie & Bohemie. Archiduci Austrie.

Ser^me Princeps etc. Significauit nobis dominus Rex Hungarie Coronatus detentos esse in Oppido Crems mandato vre Mtis Oratores suos quos ad Conuentum Impezialem pro auxilio aduersus Thurcos miserat, et similiter nunctium Rmi domini Archiepi Strigonien quem ni Vrbem pro confirmatione misit detineri in Oppido Sancti Vitti grauissime ferens, quod hec fierent aduersus Inducias per Oratorem nostrum inter vras Mtem et se confectas et aduersus Jus gentium quo legati vbiq

sunt immunes / et petens à nobis consilium oportunum / nos qui summopere cupimus hanc concordiam quam tractare cepimus conficere / intelligentes dubiam esse belli aleam / planeq; videntes / quantum mali / si res ad arma veniet his regionibus et vniuerse rei Christiane pariet / pluzimum rogamus M^tem vram / vt ipsos Oratores delentos emitti faciat / ne negocium concordie / ea delencione difficilius reddatur / que quidem dele: eo non videmus / quomodocuq; res cedet quid vtilitatis M^ti vre afferre poterit / cum illam et regnicole vniuersi Hungarie et forte eciam Principes Germanie non sint equo animo laturi / Nos hec integerrimo animo scribimus M^ti vre / idq; consulimus / quod magis ex vsu eius et commonis pacis arbitramur / Et proinde etiam atq; etiam rogamus vt has preces nostras non obaudiat nostrumq; sincerum animum in eam partem actipere dignetur / ac valeat felicissime M^tas vra nosq; diligat Dat

Saluus Conductus / per Sigismundum Regem Polonie: annuente et promittente Rege Ferdinando: datus oratoribus Joannis regis vngarie.

Sigismundus etc. Manifestum facimus tenore presentium vniuersis / Quia cum intelligentes differentiam inter Sermos Hungarie et Bohemie Reges / vbi ad bellum deueniret / maxima cum his Regnis tum vniuerse rei Christiane eladem afferre posse proindeq; summopere cupientes / ipsam differentiam / inter eorum M^tes componere / egissemus hys proximis diebus / apud vtraq; de mcunda concordia / ac vtraq; causa rei Christiane et postulationis nre in hoc consensissent / vt mitterent Oratores suos in Olomunc ad primam diem Junii / non maiori q; centum equitum comitatu ad ipsam concordiam per medium et amicabilem compositionem Oratorum et Comissariorum nostrorum tractandam

et componendam, dedissetq; nobis Ser^mus dominus rex Fer:
dinandus per lr̃as suas plenam facultatem, dandi et conce:
dendi securitatem et Saluum Conductum Oratoribus Ser^mi
domini Joannis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc Regis
tuto et secure veniendi ad ipsam Ciuitatem Olomucen, et
illic ad tempus condictum libere manendi, et omnia tra:
ctandi, que ad ipsam concordiam oportuna videbuntur
et demum lapso tempore prescripto seu condicto rursus intra
decem dies domum secure redeundi, Nos volentes, eam ipsam
concordiam, vniuerse reipublice Chriane necessariam et
salutarem ad effectum deducere, hac facultate nobis per
dictum Ser^mu Regem Ferdinandum concessa damus et co:
cedimus, tenore presentium mediante vice et nomine eiusdem
Ser^mi Regis Ferdinandi Saluum conductum regium, plenaq;
et omnimodam securitatem contra omne periculum quod
mens humana quoquo modo excogitare posset Oratori:
bus ipsius Ser^mi domini Joannis Regis Hungarie, vt hoc
ipso Saluo conducto nr̃o freti per Archiducatum Austrie
et Marchionatum Morauie, et per Slesiam, aliaq; loca di:
cioni eiusdem Ser^mi domini Regis Ferdinandi subiecta
cum Comitatu centum Equitum, ad ipsam Ciuitatem Olo:
mucen venire possint libere secure et sine omni impedimẽto
ac perhorrescentia quarumlibet personarũ et subditorũ
ac militum prefati Ser^mi domini Regis Ferdinandi
vbilibet existentium, stareq; illic et manere, ac sui Regis
negocia, ad ineundam concordiam necessaria et opportuna
tractare et disponere, ac rursum intra decem dies consecu:
ta vel non consecuta ipsa concordia ad propria libere et
pacifice redire valeant, personis ac rebus suis familia:
riumq; seu Comitum suorum, quos illuc secum in numero
predicto acceperint saluis semper et vbiq; permanentibus
Quocirca vniuersis et singulis Principibus Dignitariis

et Officialibus Nobilibus: Capitaneis Prefectis militum
Equitum et peditum ipsisq; militibus: necnon Magistris
Ciuium, Consulibus et Incolis Ciuitatum et Oppidorum
aliorumq; locorum ac viarum pontium passuum et quorū:
cumq; aliorum locorum custodibus et presidibus, ceterisq;
subditis memorati Ser^mi domini Regis Ferdinandi,
cuiuscūq; dignitatis preeminentie, Status et conditōis
fuerint in Austria Morauia, Slesia, aliisq; dominiis
sue Mtis videlicet existentibus, eius nomine auctori:
tate ac facultate predicta nobis concessa mandamus
et seuerius precipimus, quatinus hunc nrm, imo ipsius
Ser^mi Regis vri domini Ferdinandi Saluum conductū
firmiter teneatis et obseruetis, teneriq; et obseruari per
omnia faciatis, nichilq; contra ipsos Oratores Ser^mi dni
Joannis Regis Hungarie, familiares q; seu comites eorū
predictos tam in Olomunc euntes q; etiam illic manētes
et inde redeuntes, durante presenti Saluo conductu atten:
tare aut facere directe, vel indirecte, nec vm illis ali:
quam vel rebus ipsorum aut alicuius eorum inferre
audeatis, nec aliquis vestrum audeat pro fide vra et
gria Ser^mi Regis vri et nra non alr facturi Harū
quibus Sigillum nrm est impressum testimonio litterarū
Dat Cracouie Sabato proximo ante dominicā Condu:
ctus Paschē Anno domini M°. D°. XXvii°. Re:
gni nostri anno XXi°

Mandatum a Sigismundo primo Rege Polonie: datum Oratoribus suis: ad Pacem inter Ferdinandum et Joannem Reges Vngarie tractandam. ad Olomuc missis.

Manifestum facimus etc. Quia rationem habentes immi: nentis periculi totius reipublice Christiane, cuius potissima esse causam, mutuas discordias Principum Christianorum nemo non considerat, et egimus non pridem de sistenda differentia bellogz suspendendo inter Serenos Hungarie et Bohemie Reges, et nunc ad conficiendam inter Alteses suas pacem et concordiam, misimus iuxta condictos arti: culos in Ciuitatem Olomucen. Rmum in Chro Patrem do: minum Andream Episcopum Plocen. Spectabilem et Mgcum Christopherum de Schidlowiec etc. Consiliarios, Oratores et mandatarios nros Sincere nobis dilectos, quibus adne: gocium hoc peragendum omnem nram auctoritatem et fa: cultatem dedimus, damusqz litteris nris presentibus, pro: mittentes in verbo nro Regio, quod quicquid per illos ac: tum tractatum, conclictum, et conclusum fuerit, nos id omne ratum gratum et firmum habituros, In cuius rei testimonium

SIgismundus primus Rex Pol.

Magistratui Ciuitatis Olomucen

FAmati grate nobis dilecti. Cum Ser^mi domini Hungarie et Bohemie Reges in hoc consenserunt, vt istic in Ciuitate Olomucen fiant tractatus pacis et concordie medio Oratorum nrorum inter M^tes suas, mittimus istuc ad diem designatum videlicet primam mensis Junii, Rndu in Chro Patrem dominum Andream Cpm Plocen, et Mg^cos Generosum et Venerabilem Christophorum de Schidlo: viec Castellanum et Capitaneum Cracouien, et Regni nri Cancellarium Joannem de Tharnow Castellanum Sandecen et Capitaneum Pilsnensem Consiliarios et Oratores nros et Joannem Vieczvienski Castellanum et Tribunum Plocen, ac Joannem Choienski Doctorem Prepositum Posnanien et Archidiaconem Cracouien Secretarios nros iam hanc rem vniuerse rei Chriane salutarem auspice domino deo exequendam, postulamus à vobis vt eisdem Oratoribus nris quo in hospiciis et aliis rebus necessariis commoditatem pro pecuniis suis habere possint prouideatis, referemus vobis hanc obseruantiam erga nos pari fauore et gratia nostra Regia Dat

Sigismundus Rex Polonie
Joanni Regi Vngarie.

Ser^me Princeps et domine affinis nr et tanq fili char^me. Ea se:
per fuimus et futuri sumus integritate erga M^tem vram, q il:
lius honori et dignitati omnia fideliter fauemus, ac ne minore
nunc sollicitudine et vigilantia, iampridem deputatos Orato:
res nostros ad Olomucen Conuentum, curamus expediendos
vt die crastina hinc iam illuc omnino exeant, peruenturi Olo:
muncium nimirum duobus diebus ante tempus prestitum, Quin
etiam iam antea illuc permisimus Tabellarium nostrum, scripsimusq
ad Olomucen Ciues, vt vre Mtis Nunctiis diuersoria aliqua
procurent, commoda et honesta, quod facturos non dubitamus
verum postq iam illic erunt Oratores nostri, Speramus iam tunc
et securiores futuros vre Mtis Oratores, et facilius illis
successura omnia, dum poterint communicare inter se se quod
vtrinq erit e re ea quam premanibus habent, Nos certe ac:
curatissime adeoq et sollicite nris iniunximus, vt id omni stu:
dio, modisq omnibus agant quomodo certa pax componi posset
inter vram M^tem, et Ser^mu dominum Regem Ferdinandu
Quem conatum nostrum vtinam felicitet deus Optimus, Nr
Nunctius ad Imperium iampridem hinc abiit, habens in ma:
datis, ab illo Conuentu petere Suppetias, nro, et vre Ser^tis
nominibus, contra infideles, is priusq hinc discessit non ig:
norabat. Nunctios vre Mtis ad eundem Imperij Conue:
tum missos fuisse retentos in Austria, Sed quia, quo speraue:
rat, eodem quo ipse vadit venturos, nescit fuisse reuersos
vtpote prohibitos suum ceptum iter prosequi, dabimus opera
vt breui tandem et idipsum sciat, atq edoceatur quid sit

de hoc facturus valeat foelicissime M^tas vrã et nos diligat, ex Cracouia XXii^o die Mensis May

Petrus Tomiczki Eps Cracouien

Andree de Gorca Eaf Oratori regio. ad principes Germanie misso.

MAg^ce domine, fr^e char^me. bene et consulte fecistis q^d que Wratislauie à Ser^mo domino Rege Ferdinando et aliis cognouistis, de Conuentu Principum Germanie Ratis; bone ea M^ti Regie perscripsistis, non enim licuit vobis in tanta rerum varietate et incertitudine vlterius progredi, nisi explorata prius mente et voluntate M^tis sue sciatis autem q^d M^tas sua que non tantum sua et regni sui causa, quantum causa Ser^mi d^ni Regis Hungarie et ad postulationem illius vos ad illum Conuentum misit, censet et vult vt in dei nomine illuc vadatis, et siue Principes Germanie plures aut pauci illinc conuenerint siue non mãdata M^tis sue coram Consiliariis illorum et Statibus Imperii exponatis, Si quidem illos de rebus publicis consultare et alios Oratores audire et absoluere cognoueritis alioquin si neq; Principes illuc conuenerint, neq; Oratores illorum et alii ordines de rebus publicis et comũm defensione atq; auxilio contra infideles tractatus et consilia habuerint. vos de consilio R^mi domini Archiẽpi Rigen cum quo confidenter de omnibus conferre potestis. ad nos redeatis tempus autem et res ipsa ostendet vobis quid agere et sequi ibi debeatis / nostri domini Oratores nudiustercius abierunt hinc in Olomunc, verum dominus Castellanus Sandecen in primo nocturno coactus est subsistere propter grauem egritudinem, qua est correptus Orẽs

autem Ser^mm domini Regis Hungarie qui detenti erant
in Oppido Chrems iam sunt dimissi sed ad Conuentum
Imperii ire prohibiti, et proinde in Hungariam redierunt
non puto necessarium esse vt exponatis Oratoribus et Con-
siliariis Principum absentium, ea que Principibus ipsis
primatim dicere debuistis satis erit quod eos salutabitis
et dicetis q̄ mandata aliqua habuistis ad eorum Principes,
perferenda si ibi adfuissent focicissime et me diligite Dat

Petrus epūs Cracouien: Vicecancellarius Ioannī Regis Vngarie.

Nichil michi accidere potuit gratius iucundius q̄ p̄ q̄ serui-
tutem et operam meam qualis qualis fuit, que certe per exi-
gua fuit tanta humanitate tantoq̄ fauore excipere dignata
est M^tas vra, prout ex lris eius mihi hesi redditis intel-
lexi Et proinde, q̄ antea non minus sed libenti animo fa-
ciebam nunc perspecta M^tis vre tam incredibili virtute
et gratitudine eniter atq̄ adnigilabo vt quicquid in me in-
genii artis auctoritatis, gratie et virium existit, id totū
a me expendatur in amplianda et tuenda dignitate M^tis
vre domini mei clementissimi, quam vt deus optimus Ma-
ximus focicissime et diutissime regnantem in optima vale-
tudine seruet ac tueatur, continuas preces fundo. Cuiusq̄
gratie me cum perpetua seruitute mea humillime commendo
Dat

Petrus Eps Cracouien et Vicecancellarius
Statilio preposito Budensi :

Accepi literas vre D. ex quibus plane perspexi predicatione illius effectum esse vt ista Regia Mtas Hungarie, pro meritis meis que parua sane fuere, tantas michi agere dignetur gratias, vt me ab sua Mte, tot gratiis agendis, totq laudum cumulis et promissis affici (vt pote nihil tale merentem) plane subpudeat, tamen hec dominationis vre in me beniuolentia et animi propensio est mihi, (vt merito esse debet) gratissima, quam illi per omnem occasionem omni studio et gratifficatione mea referre curabo.

Gaudeo autem vehementer D. vram designatam esse Legatum ad res Olomucen tractandas. proficiscuntur nri qo perendie, deus itinera tam vra q nostrorum fortunet, Nos interea hic, et deum precabimur vt paci Chrianorum successus tribuat Et quantum humano consilio prouideri poterit ad comunem rei Chriane vtilitatem nichil pretermittemus, Dnem vram foeliciter valere cupio que me diligat et Sermo isto Regi commum domino nostro, me et perpetua seruitutem meam diligenter commendet

Sigismundus primus Rex Polonie Andree Cricio Epo: Chrtfero de Schidlovec oratoribus Olomuncij existentibus.

Rnde in Chro Pre Spectabilis et Magce Sincere nobis dilecti affiamur non mediocri tedio, q quorsum res quarum gra istuc missi estis tendant quoue se inclinent, prorsus ignoremus, nec à vobis isthinc de eis, vllam significationem habeamus, dumq ita anxii animo pendemus, Orator Sermi domini Ferdinandi Regis etc Georgius Secretarius, qui apud nos adhuc hic est, et de quo etiam prioribus lris ad vos scripsimus, iterum nos adiit, allatas sibi recens asserens esse lras, à Principe et Rege suo, quibus ei inungit, Idem tidem nos commonefaceret diligenterq instaret, et vrgeret, vt pro mutua amicitia, affinitate, et necessitudine mra ageremus per vos isthic perficeremusq quo idem Rex suus ~~Hungarie~~ Ferdinandus Regno, vt ipse sibi persuasum habet, iure diuino et humano sibi debito, q mimimo negocio, sine bello et cede, poliretur, hoc est, vt Rex Joannes, eo sibi cederet. Si uero id facere nollet, rogauit nos idem Or, verbis Regis sui, et obtestatus est, velimus tandem, iam nos patefacere, et Joanni Regi, suis Oratoribus et Consiliariis eius, qui istic sunt, per vos denunciare, atq declarare, non licere nobis, amicum ~~et~~ Ferdinandum et affinem et necessarium Regem in tam iusta, tamq ardua causa, deserere, quin à parte eius stare velle, et debere, et summa quidem oratoris Georgii fuit hec, que sane non modica deliberatione, Immo sollicitudine nos distringit, ipsi enim scitis q mox ab initio huius dissensionis, omne studium, ommsq cura nra et voluntas eo spectabat, atq dirigebatur, ne alterutri parcium

nos addiceremus, sed iuste cause fauentes, tanq̃ honararius
arbiter, quod ex equo et bono esse à quopiam existimaremur
at nunc plane perspicimus, ab Ser^mo Rege Ferdinando in
eam necessitatem, nos trahi atq̃ pellici vt à parte sua sta:
re non dissimularemus, quod plane, quia principali institu:
to et proposito nr̃o repugnat, neq̃ satis decoru̅, neq̃ regie
dignitati atq̃ grauitati adeo congruens esse arbitramur
nam nos alteri partium, Iure redderemus suspectos, et pro:
inde, in tanta rerum difficultate et perplexitate, id vos istic
agere volumus, vt et rerum, et temporu̅, et dignitatis nr̃e in
primis racio habeatur, videlicet si ita occasio tulerit, pri:
mum omnium dispiciatis consideretisq̃ acute et diligenter
vtrius partis causa sit iustior, et que pars solidioribus atq̃
equitati magis consentaneis racionibus nitatur, quibus
omnibus, diligentissime circumspectis et expensis, ad eam
vos partem magis acclinabitis et accomodabitis, que vobis
iustior apparebit, non tamen vt pro ea pronunciare et ei sub:
scribere debeatis. Sed partem eam que iusticie minus ha:
bere visa fuerit, adhortemini eiq̃ omni racione persuadea:
tis, velit iusticie et equitati atq̃ ita et racioni acquiescere.
quandoquidem deus, et Principes Europe, Immo homines
omnes, ab ea potissimum parte stabunt, qui iustam causa
habuerit, iureq̃ contendit, hec et his similia argumenta
pro prudencia, et dexteritate ingeniorum vrorum fusius
et vberius in medium afferetis, ita tamen prout superius at:
tigimus, vt nos decoru̅m et Religionem atq̃ dignitatem
nostram obseruemus, ne priuato aliquo affectu adducti ali:
cui placere velle vel applaudere videamur, Quoniam quicq̃d
in ea causa agimus, id nõ nisi comunis pacis et Chriane dignitatis
conseruãda grã facimus, quo prouincie et Regna feris et po:
tentibus nacionibus finitima facilius et cõmodius à vi et ĩpetu
barbarorum se tueri et iniurias propulsare queant

cupimusq; hoc nostrum factum cum optimi cuiusq; tum to:
cius Christianitatis testimonio, comprobari bene valeant
vre Ites Dat Cracouie

Sigismundus primus Rex Polonie.
Oratoribus suis Olomuncii existentibus

RX ME in Chro Pr. Spectabilis et Mgce Sincere nobis dilecti
Pergrate nobis fuerunt lre vre quibus de omnibus rebus
que isthic Olomuncii cum Oratoribus et Consiliariis Sermorum
Bohemie et Hungarie Regum per vos inchoate et acte sunt
nos effecistis certiores, id equidem à vobis sedulo et cupide
operiebamur, consilium vrm tociusq; processus quo in or:
diendis actionibus vsi estis rationem et ordinem probamus
et commendamus, quod autem ex conclusionibus et postu:
latis partium considerare vos scribitis, ipsas partes longo
interuallo à se distare, ideoq; perdificile esse, eas ad aliquid
equum medium deduci posse, id ita esse credimus, cum ita
futurum fore si modo meministis, nos q° ominabamur, dum
vos à nobis isthuc dimittebamus. Sed cum eorem deuenisse
videamus, vt simul conuenientes, de hiis rebus colloquia
habeatis, Speramus id quod vsu venire solet, nichil esse tam
difficile quod tractando, non fiat facile, nichil tam exaspera:
tum tamq; durum, quod vltro citroq; habitis sermonibus,
oracione non leniatur, atq; mitescat, modo vos prout hacte:
nus fecistis, solita prudencia et dexteritate, ex re et tempore
consilia capientes, pergite vt cepistis, et perseuerate, quem:
admodum et hic coram à nobis presentes, et isthic absentes
per lras nras edocti estis, forsitan deus, piis votis nostris
aspirabit, cum ex toto hoc onere quod subiuimus non priua:
to alicui commodo, vt scitis. Sed duntaxat decori et digni:
tati amicorum Regum, atq; finitimarum prouinciarum

Immo vniuerse Reipublice Chrianē Saluti, tranquillitati
et securitati prospicere et consulere cupiamus. Quod autem
ad domini Epī Wratislauien vobiscum istic habitum ser:
monem attinet quo asseruit nullum alium modum, ad pro:
trahendam rem, sibi aptiorem videri, quam si res ad mutuū
Conuentum nrm, cum Ser^mo domino Ferdinando Rege sus:
pendi posset, Sciatis, nos, neq; congressum mutuum, nec quicq;
quod ad pacificationem et concordiam tantorum Regum accomo:
dum et pertinens esset, vitaturos, aut tergiuersaturos, modo
fructum aliquem et optatum euentum illius consecuturum, certo
sciremus, aut saltem speraremus, nunc, cum nobis neutiq; con:
stet, idem Ser^mus Ferdinandus Rex in tanta controuersia
velit iudicio, et arbitrio nostro acquiescere, nec ne, prospicere
non possumus mutuus congressus noster, quid vtilitatis, aut
dignitatis afferre possit, immo certo nobis persuademus qd
preter molestiam et indignitatem, fortassis eciam odii suspi:
cionis atq; inimicitiarum non parum ex illo contraheremus.
non licet quidem vobis de ea re Consiliariis et Oratoribus
ipsius Ser^mi domini Regis Ferdinandi quicquā propone:
re, siue ab eis id postulare videri, verum si illi forte vobis
id aliquo certo indicio significauerint illius M^tem sentenciē
et arbitrio nrō stare velle, siue vt dicitur, in nos compro:
mittere, possetis in eo casu tentare et agere quo res ad Cō:
uentum nrm mutuum, suspendi possit, nam nos profecto tum
demum, neq; congressum mutuum subterfugeremus, nec aliqd
eciam cum rerum nrarum, dispendio, pretermitteremus, quod
ad extinguendum tantū incendium conducere arbitraremur
tametsi alioqui, tot curis Regni nri quot scitis distringamur
vt Tartaros pene intra limites regni nri, sustineamus, habetis
que de cōgressu reliquisq; rebus, sit nra et mens et sentencia
vos quod modo diligenter fecistis, sic deinceps de omnibus rebus
que istic emergent, nos certiores facere non negligatis et valete
foeliciter Dat etc

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Andreæ Cricio Episcopo Plocensi
Chr°fero a Ssidlowec Castell° cracouien
oratoribus ad Olomuc missis.

Rnde in Chrō Pr̄ et Mag^ce sincere nobis dilecti, non est no:
bis incognitum, q̄ molesto animo feret Ser^mus Princeps et dn̄s
Rex Ferdinandus quod nonnulli nr̄i subditi ad Hungariam mi:
litatum proficiscuntur, hoc ipsum enim et coram nuncio nostro
quem apud eius M^tem Wratislaviæ habuimus expostulare
visus est, et nobis huc per Oratorem suum Georgium Secre:
tarium qui modo apud nos est significauit, per quem inter alia
hortatus etiam est nos et rogauit impense, vt pro mutua nostra
necessitudine aduiti velimus omni cura et studio nr̄o, vt illius
M^tas sine difficultate aliqua, immo nullo negocio Regnū
Hungariæ sibi, vt ait debitum consequi valeret, Nos tametsi
id quod M^tas sua cupit q̄ arduum sit, q̄ q̄ factu difficile pla:
ne perspiciamus, tamen que mandata in eo negocio, vobis hic
proficiscentibus dederimus, ipsi vos testes estis. Declarauimus
enim nos, nichil eque malle et cupere, q̄ rem pro vtriusq̄ re:
gni dignitate et tranquilitate sine cēde, et bello confici posse,
cum non solum hiis ipsis regnis, sed etiam toti Europe nihil
eque salubre et frugiferum existimamus q̄ si vicini Principes
extinctis odiis et rebus inter se pacatis, comunibus consiliis,
et armis vrgentibus et instantibus, magnis Thurcorum viri:
bus se opponerent, atq̄ ad decus dignitatemq̄ collapse repub^ce
chrīanæ instaurandam animum adycerent, hec propterea re:
petenda, et ad vos perscribenda duximus, vt si forte (quod
fieri solet) isthic in hoc Conuentu a quopiam de eiusmodi re:
bus sermo inciderit, respondere possetis, que sit in his mens
et deliberatio nr̄a, quamq̄ quidem nichil dubitemus vobis pro

singulari prudencia vrā verba rebus accomoda, ad omnia non defutura Quod enim ad eos qui ad Hungariam militatum se conferunt attinet, certum est absq; sciencia et voluntate nrā id fieri late quidem patet Regnum nrm, difficileq; est nos a nris racionem exigere posse, que cuiusq; voluntas sit aut quo quisq; proficiscatur, presertim cum more veteri nō modo in Regno nrō, verum eciam in finitimis nobis regnis atq; prouinciis liberum cuiq; existat, operam suam pecunia locare, cui quis voluerit, attamen vt eiusdem Ser^mi domini Regis Ferdinandi voluntati in hac re satisfaceremus, dabimus operam prohibendumq; curabimus maxime eis qui possessiones habent ne quis deinceps ad Hungariam militandi causa se conferre audeat quod eo magis nobis licere perspicimus quo certo sciamus Tartarorum non contemnendam copiam, pene intra limites nros, statiua sua habere suspicionemq; esse eos occasionem duntaxat aliquam prestolari, qua oblata in dominia nrā incurrerent, ad quod auertendum, potius nrorum opera vti constituimus q̄ eos ad aliena tuenda dilabi sinere debeamus, bene valeant vrē S Dat

Sigismundo Primo Regi Polonie
Andreas Cricius Eps Plocensis: Et
Chr^o ferus de Schidlowec Palatinus Et
Capitaneus Crac: Oratores ex olomunc

SAcratissima M^tas et domine, domine gratiosissime. Peruenimus hinc gratia dei salui et incolumes die veneris, vltima mensis Maij, neminem ex Oratoribus tam Hungarorum q̄ Ser^mi dni Regis Ferdinandi, preter Mg^cum dominum Leonardum Arach Cancellarium iam hic existentem inuenimus, tamen paulo post superuenerunt R^mus dominus Epus Wratislauien sub meridiem, et in nocte dominus Alexius Thurzo

cum Doctore quodam Beato. In crastino venerunt hora po:
meridiana Oratores Hungari Rx^mus dominus Franciscus
Comes de Frangepanibus Archiepus Colocen frater ordinis
Sancti Francisci, de obseruantia vir profecto singulari ingenio
animo et eloquentia preditus, idem Oratoribus istis, quod et
nobis accidit vt alteris per egritudinem, vicedominus Aus:
trie alteris Cancellarius regni Hungarie in via remanserit.
eodem die Sabbati inuiserunt nos officiosissime, nobis quidem
reluctantibus primum Oratores Ser^mi domini Regis Ferdina:
di, deinde etiam Ser^mi domini Regis Hungarie cum summa
testificatione beniuolentie, et fidei erga Sacram M^tem vraz
et nos Oratores illius, obtuleruntq nobis et literas Princi:
pum suorum et que ad complacendum S. M^ti vre videban:
tur disseruerunt, Nos contra verbis congruentibus, et gras
illis egimus de honore hoc nobis impenso intuitu M^tis vre
et vicissim vnicuiq parti illorum Sacre M^tis vre beniuolen:
tiam et studium de pacandis hiis regionibus, declarauimus
curamq et operam in eo negotio, ad quod missi sumus obtulig
Adhuc vero ante Hungarorum aduentum cum de modo congres:
sus et tractatuum cum Oratoribus Ser^mi domini Regis
Ferdinandi tractaremus, visum erat nobis inuicem vt tanti
negotii exordium fieret a re diuina vt videlicet audita missa
de Spiritu Sancto, demum tractatos istos aggrederemur, quod
cum Hungaris superuenientibus communicassemus assenserunt
non grauatim et ita inter nos conuentum erat, vt in vna
Ecclesia missam audiremus, verum cum et nos ipsi de locis
qualiter consistere deberent cogitaremus et ipsi Oratores ta
Ser^mi domini Regis Ferdinandi, q etiam domini Regis
Hungarie sibi loca congrua dari expostularent, Nos time:
tes ne quod in re parui momenti dissidium vel sinistra sus:
picio oriretur ad hoc tandem cum illis conuenimus, vt in
Ecclesia quam sibi quiq deligerent missam de Spiritu sancto

audirent. Nos in Parrochiali Ecclesia missam condixi:
mus, et quantum pro deuocione nrã potuimus, deum pro
pace et concordia petiuimus. Peracta re diuina ve:
nimus in Prætorium, ordinauimus enim antea tria taber:
cula in quibus singuli nrm considerent, ne cuiq; suus ho:
nor detrahi videretur. Adiimus primum Oratores
Ser^mi domini Regis Ferdinandi comunicatu prius re
cum Oratoribus Ser^mi domini Regis Hungarie, Q eo
ordine procedendum videbatur, propterea q Ser^mus dns
Rex Ferdinandus questus sit apud Mtem vram de pre:
repto sibi contra Jura sua, Regno Hungarie, et Mtem vraz
ad illius querimoniam se interposuisse et rem ad eum Con:
uentum et tractatum deductam esse, quas rationes Ores
Ser^mi domini Regis Hungarie haud grauatim admise:
runt. Igitur actedentes Oratores Ser^mi domini Regis
Ferdinandi salutauimus illos primum nomine Mtis vre
Regie, et literas fidei obtulimus, Diximusq; deinde
illa omnia que à Mte vrã Ser^ma in mandatis habui:
mus quibus videlicet racionibus Mtas vrã adducta
sollicita sit de hac pace et concordia conficienda et quã:
tum periculum immineat non solum hiis Regnis vicinis
sed etiam vniuerse rei Chriane, si hec regna et dominia
que se inuicem tueri deberent, in se se arma verterent.
Responsum nobis est ab Oratoribus Ser^mi domini Regis Ferdinã:
di satis copiose primum à R^mo domino Epo Wratislauien
de propensione animi ad comunem pacem ipsius Ser^mi domini
Regis Ferdinandi et qm illius Mtas optaret aliis potius modis
et viis Jus suum quod habet ad Regnum Hungarie qm armis
consequi. Deinde per Doctorem Beatum prædictum longa
serie et materia bene instructa, de Juribus illius Mtis ad Re:
gnum Hungarie deductum, Nos vt et testimonium actionu
nrarum extaret, ne quid ex nobis sed ex partibus ipsis proce:

dere videretur, postulauimus et vix tandem honestis persuasio-
nibus impetrauimus vt in scripturam redigerentur, Quod ea
lege nobis concessum est, vt ipsam scripturam parti aduerse no
traderemus, Quod fideliter fecimus et illi duntaxat scriptu-
ram ipsam perlegi et sensum eius amotaxi vt debito modo res-
pondere possent, fecimus omnia tamen cum scientia et consensu
partis vtriusq;

Huius dominico die Oratores Ser^mi domini Regis Hungarie acce-
ptis, petierunt sibi dari ad ea omnia respondendi tempus com-
petens, cum negotium non de lana caprina, sed de rebus maxim
momenti ageretur, Nobis et Oratoribus Ser^mi domini Re-
gis Ferdinandi id equum videbatur, Compilarunt itaq; res-
ponsionem ipsam à die dominico vsq; ad diem Martis post prā-
dium, Quo tempore conuenientes cum illis in Pretorio audi-
uimus responsiones, non minus æquas et argutas, q; fuerunt
propositiones, Oratorum Ser^mi domini Regis Ferdinandi,
Sed cum Ser^me Rex conclusiones et postulata vtriusq; partis
considerauimus, videmus longo à se intervallo distare, imo à no-
bis impossibile ad aliquod medium deduci posse, cum altera pars
nichil aliud nulti, nisi Regnum, vtilitatesq; hactenus ex illo
prouenientes et impensas à se factas resarciri, altera nichil
minus nominare patiatur q; Regnum à Rege suo dimitti debere
Et propterea desperamus nos pacem vel concordiam aliquam
conficere posse, Tentabimus tamen adminus si aliud non po-
terimus, saltem vt suspensionem aliquam huius belli permicio-
sissimi persuadeamus, Quod si efficiemus, putamus nos non
nichil in tanta vtriusq; partis dissensione et in se se ardore pre-
stituros, Propositiones ex parte Ser^mi domini Regis Ferdina-
di, et Ser^mi domini Regis Hungarie, quia nimis prolixa est
materia non mittimus vre Mti, sed eas ipsi afferemus,

Accepimus lras Mtis vre Ser^me quibus nobis declarat que
cum illa Georgius Secretarius et nunctius Ser^mi domini Regis

Ferdinandi egerit, placet nobis impense responsum M^tis vre quod illi dedit, de gentibus suis non dimittendis in Hungaria et ijsdem rationibus, hic quando mentio incidet vtemur, Nam hactenus nichil est de hac re nobiscum actum, Verum nobis consultum videretur, vt dum Sacra M^tas vra se mediatorem et conciliatorem pacis prebuit, neutri parti gentes in subsidium permittat, presertim ex Aulicis et viris notabilibus anteq; hec suspensio et tractatus conficiantur.

Noua huc venientes ab Oratoribus Ser^mi domini Regis Ferdinandi, que accepimus, et que paulo post per Foggeros ex Augusta missa sunt M^ti vre Ser^me mittimus, ex quibus quis euentus fuerit, incertum adhuc habemus, Verum si (vt rumor est) Cesarianis res ex sentencia succedunt, tanto magis actiones hic nre erunt difficiliores, Nos Sacre M^ti vre vti domino nro clementissimo comendamus Dat in Olomuc feria quarta proxima ante festa Penthecosten Anno domini M^o . D^o . XXVij^o

SIgismundo primo Regi Polonie Andreas Cricius Eps: Chroferus de Schidlowec: oratores: in olomunc.

SAcratis^me Rex domine, domine clementis^me. Post seruiciorum nostrorum perpetuam commendationem, Locutus est secreto nobiscum, inter alia multum, R^mus dominus Epus Wratislauien, de hoc negotio, cuius causa huc conuenimus, Et cum magnitudinem ipsius negotii expenderemus, et cause difficultatem, q alterum Principem, a repetendo Regno Hungarie, alterum a retinendo, abducere pene impossibile videretur, subiunxit, nullum sibi medium videri, q; vt res, ad Conuentum mutuum M^tis vre cum Ser^mo domino Rege

Ferdinando, adhuc suspendi posset, hoc, an ex suo ipsius vel Regis sui animo dixerit, nescimus, tamen hoc M^ti^ vre sig: nificare voluimus, vt si ex diuersißimis partis vtriusq; ra: cionibus, rem ad hanc saltem suspensionem perducere possemus Quod profecto nobis et salutare toti rei Chriane, et ho: nestissimum Sacre M^ti^ vre, futurum putamus, significaret nobis q; primum, vtrum eo rem conducere et dirigere de: beremus, nam absq; M^tis^ vre scientia, et iussu, de hac re nichil mouere vellemus, Supplicamus igitur Sacre M^ti^ vre, vt de sentencia sua, in hac re, q; primum certiores nos facere dignetur, nam vt ex hiis, et valde contrariis, val: deq; aduersis, et animosis tractatibus, conuicimus, et cito et inutiliter nos hinc absolutum iri, nisi hoc vnicum medium in quo speramus, de suspensione aliqua impetrauerimus, digne: tur igitur Sacra M^tas^ vra, nos sine omni mora, super hiis rebus, de mente sua informare Quam optime et foelicissie valere desyderamus, nosq; et nostra obsequia rursus, eid Sacre M^ti^ vre, commendamus Dat in Ciuitate Olomu: censi quarta mensis Junii Anno M^o^ . D. XXvij^o^

Sigismundus primus Rex Polonie

Ioanni Regi Vngarie.

S. Er^me^ Princeps etc Q de bellis Italie, de cæde apud Vr: bem Romam facta, de interfectorum vtrinq; nomine^ro^, de vindi: cata Pontificis maximi iniuria certiores nos literis suis reddidit M^tas^ vra, fecit abundancia quadam beneuole: cie, et amoris in nos sui Sed non videmus aliquid cause subesse cur alterutri partium gratulemur, eo q hii qui Pri: cipes concordie inter Chrianos esse debeant, quibus eciam Europe salus nitatur, funestis armis inter se digladiantur

que si incomunes hostes nros conuerterentur, fortassis ijd hostes non tantum animi, ad inuadenda aliena haberent Sed vtcumq; est pro eo in nos officio, habemus Mti vre ingentes gras, ex Olomuntio, vnas duntaxat lras à nris habuimus easq; tales vt ex eis paruam spem concordie concipiamus, nisi deus aliter constituerit sed non dubitamus quin omnia, à suis illinc abunde perscripta habeat Mtas vra, quam diu et foeliciter valere et regnare cupimus cuiusq; amori nos commendamus Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancells Luce de Gorca Castello Posnanien. et Capitaneo Maioris Polonie.

MAgce domine, domine et frater honoranme, Salutem et plurimam foelicitatem peroportune accidit q Mgcia vra Nuncium suum huc misit, habebam que huc afferuntur, et perscribuntur (que sane sunt varie et multiplices) Mgcia vram facere certiorem, et inprimis Vrbem Romam à Coesariano Exercitu (qui ex Germanis et Hyspanis constabat) captam et misere habitam esse priori rumore allato subdubitabamus, nunc ab hiis qo qui ex eo naufragio euaserunt, didicimus, non modo captam et direptam, verum etiam tantam caedem et crudelitatem in ea perpetratam vt à Gottorum tpibus similis non est edita, non modo populo Romano, Sed neq; clero nec Epis nec Sacris virginibus parsum est, Quamq; à Sermo domino Hungarie Rege ad Regiam Mtem domini nri scriptum est, rursus eandem Vrbem Roma à Pontificio simul Regis Gallorum, et Venetorum Exercitibus vindicatam esse, Pontificemq; obsidione liberatum, et Coesarianos ad vnum interfectos, prout

Mgca vrá, ex exemplo literarum dicti Regis, quod
ei presentibus inclusum mitto intelliget, tamen ex Ger:
mania nichil de eiusmodi rebus prorsus audit me, quia
nemo ex Germania id ita factum esse credere vult qz
hoc ipsum idem Rex Hungarie aliis lris ad suos Olo:
muntium missis constanter affirmet, itaqz nos interea
certioza de his expectamus. De concordia do:
minoz Hungarie et Bohemie Regum que tractatur in
Olomunc, parvam admodum spem habemus videlicet Rex
Ferdinandus, nihil aliud vult nisi Regnum, vtilitatesqz
hactenus ex illo provenientes, alter vero nichil minus nomi:
nare patitur qz Regnum à se dimitti debere, Quare pro:
positum est per Oratores nros vt prorogarentur adhuc In:
duciæ ad primam diem Januarij, missumqz est ad vtrumqz
Regem si in illas consentire voluerint, Quid posthac
subsequetur non negligam vram M: de omnibus reddere
certiorem. Quo animo dominus Archiepus in me fuerit
quidve molialtur, et perscripsi ad M. vram prioribus lris
et his pnlibus, rem non aliter se habere, nec eum ex sente:
ria quicqz remisisse. Significo itaqz qz M. Vrá earum
rerum cogitationem suscepit cum amicis qz consilia comuni:
cavit, et vt certam indubitatamqz spem de ea eius qz animi
in me propensione mihi polliceat me adhortatur, pro ea
humanitate et in me benivolentia, habeo ei immortales
gras, et referri studebo per omnem occasionem omni studio
et facultate mea. Nihil scribam antea quod altas Regia scri:
pserit vre M. vt dominum Sopichowski Castro Calissien' pre:
ficeret quod cum paulo ante domino Castellano Rogosnen'
comissum est per eandem vram M: non puto autem suam
egro animo id laturam, quod ni presens eius voluntati no
est satisfactum, poterit enim id paulo post fieri. Pecunie que
subditis domin' Castellani Rosnen' restitui debent, cum

primum dominus Isdbienski ad me redierit curabo vt illis hinc mittantur postq̃ istic illis non sunt restitute, filio M: vr̃e domino Andree, deus iter fortunet, vicissimq̃ dig: nitate et rerum experientia auctum nobis reducere faci: at. Ego vero me interim Mg^cie vr̃e commendo, et vt foelix et incolumis cum tota domo diu valeat, meq̃ pri: stino amore suo prosequatur ex animo opto Datum

Cricius Ep̃s Plocen̄
Tomicio Ep̃o Cracouien̄

RX ME mi domine, domine colen^me, Confecimus hic tan: dem negocia et tractatus nr̃os ita vt domi ominabamur suscepit Ser^mus Rex Ferdinandus Inducias ad primam Julii quia illis opus habuit, vt apparatus suos perficere possit commodius sed illas longiores nequaq̃ suscipere aut ali: quas alias condiciones preter dimissionem regni admitte: re noluit itaq̃ discedimus hinc oleo et opera perdita die ve: neris, vt intelligo sublati sunt animi Germanorum succes: sibus Italicis de quibus longe aliter predicant quam Ser^mus Rex Hungarie perscripserat. fecerunt nobis copiam lit: terarum suarum ex Italia quarum copias misi domino Ca: rolo, propterea q̃ sint Italice, is perleget eas d. vr̃e R^me cui me humiliter commendo Olomuncij in vigilia corpo: ris Chr̃i Anno domini M^o D XXvij^o

Cricius Episcopus Plocen
Carolo Antonio Can^co Plocensi

VEnerabilis domine frater char^me. Reuertimur tandem ad vos rebus omnibus infectis ita vt domi ominabamur/ nam Ser^mus Rex Ferdinandus neq; Inducias suscipere neq; aliquas alias condiciones, si que proponerentur, preter cessionem Regni admittere voluit, Sublati sunt, vt intelligo, animi Germanorum successibus Italicis, de quibus longe aliter predicant quam Ser^mus Rex Hungarie perscripserat, fecerunt nobis copia literarum suarum ex Italia quarum exempla vobis mitto et rogo, vt illa q̃ primum Sacre Regie Mti et R^mo Tomicio domino nostro perlegatis, que veriora sint, Hungarorum an Germanorum noua, vos istic expendite, certe vtraq; per Reges scripta, et manu illorum subscripta sunt, quid igitur credi verisimilius est, ego prorsus ignoro, valete optime et me diligentissime Sacre R^li Mti et domino Secretario, domino Scholastico, et ceteris amicis nostris^me commendate Olomucij in vigilia Corporis Chri Anno M^o D. XXVij^o

Petrus Tomiczki Eps Cracouien. Vicecancellarius Luce de Gorca Castel. Posn. et maioris Polonie Capit^o generali.

MAg^ce domine, domine et frater honoran^me. Redierunt nuper nostri domini Oratores ex Olomunc rebus omnibus infectis nam Ser^mus dominus Rex Ferdinandus neq; longiores Inducias suscipere neq; aliquas alias condiciones preter dimissionem regni admittere voluit, Itaq; oleum et operam perdidimus, Sublati sunt autem animi Germanorum successibus Italicis de quibus longe aliter predicant q̃ Ser^mus dominus Rex Hungarie, cuius litterarum exemplum paulo ante misi vre Mgcie perscripserat, Nos tamen heremus in prioribus

nouitatibus de profligatis post Romam captam Germanis et Hyspanis quas veras esse credimus quoniam ex Hungaria non vnis sunt literis confirmate. Exploratores nostri fe: cerunt Mtem Regiam certiorem, quod Tartari omnino magna vi et apparatu instruunt se ad vastanda dominia Regni. Quare Mtas sua iussit scribi primas lras restium que propediem per omnes terras et Districtus transmittetur commendo me ex animo vre Mgcie que cum cum suis omnibus sit incolumis et foelix Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Primoribus Slesie. Epis. et ducibus.

RX ME in Chro Pater. Illtres Principes, Spectabiles et Magci et Generosi domini amici Sincere nobis dilecti. Salutem et plurimam foelicitatem. Controuersiam et differentiam inter Sermos dominos Hungarie et Bohemie Reges exortam, quam dolenter et acerbe vos ferre scribitis, dolenter ferimus et nos, ideoq ad eam sedandam et componendam opere et impense non parcentes, nuper omni conatu nro (vt scitis) admitteba: mur, cum vero nichil profecissemus id saltem testatum esse vo: lumus q quicquid ea in re egimus id à puro et Chriano ani: mo profectum fuisse, cetera deo permittentes, itaq quod petitis vt aditus ex Hungaria per Regnum nostrum quominus hostibus ad Slesiam pateant occluderemus, tametsi paucos sciamus eiusmodi aditus, tamen si qui sunt eos intercludē: dos curabimus, Prefectis rc reliquisq gentibus nris li: mitaneis imperabimus, vt omnem vim ex Hungaria si que ditionem nostram Slesie inferri deberet, pro virili sua arceant et propellant, Quandoquidem dignitati et honesto otio, vro et fauimus semper et modo fauemus, vras autem dnes optime valere optamus Dat

Sigismundus primus Rex Polonie
Petro Komite de Vissnicze Castellano
Voinicen Marsalco curie regie. Premislien
Colensi et Scapusiensi capitaneo.

Mag^ce Sincere nobis dilecte. Orator Ser^mi domini Ferdinandi Hungarie et Bohemie etc^ Regis qui a multo tempore hic nobiscum est, retulit nobis se ex Incolis et Oppidis Scapusii ad Regnum Hungarie pertinentibus, certiorem esse factum, no: nulla dissidia et contencones inter vtrosqz populos, hoc est nros et Regni Hungarie exarsisse in tantum vt ne a cedibus quide vtrimqz temperetur, causam autem in nros detorqueri, qp popu: los limitaneos Hungarie, minacibus et hostilibus verbis et sermonibus impetere et terrere deberent adeo vt eos etiam a foris et Nundinis reliquisqz oppidorum Comercijs Regni nri prohibeant, Merces qz et res eorum ad Regnum nostrum ad: ueclas detineant Nos prouidere volentes ne res ad iustum bel: lum deueniat (cum alioqui cum alterius generis hostibus pro: ut S^tas tua nouit plus satis nobis negocii est) Mittimus is: thinc Curialem nrm Generosum Joannem Osnyczski omnibus et singulis Prefectis nostris Limitaneis verbis nostris Impe: ratorum vt a quibusuis cuiuscemodi contentionibus et dissidijs penitus se et Prefecturarum suarum homines, tum etiam vniuersos subiectos nostros contineant, Sincer. tem qz tuam hortamur vt in tanta rerum perturbacione, ita se istic in hoc limite gerat, ne ipse Ser^mus dominus Rex, aut istinc ex Hungarie Regno quispiam iuste vel de nobis vel de nostris nobiscum expostu: lare posset, Curetqz ac efficiat vt Regni Hungarie populis ad Regnum nostrum negociandi gra, liber securusqz aditus pateat sine ullius molestia et metu, prout antea patere so: lebat. Quod pro fide erga nos sua et gratia nra S. tua facturam omnino volumus Dat

Erasmus Roterodamus

Sigismundo. I. Regi Polonie.

Vt calamum in manus sumpsi Sigismunde REx huius ætatis Principum insigne decus, multa protinus occurrebant, que deterrerent à scribendo. Inprimis enim parum mei pudoris videbatur, si tantillus homuncio, tantum heroa, si ignotus, si vltro, si nullo pene argumento compellarem, et vt ex veterum annalibus tradit Plinius, Tullo Hostilio male cessisse quod Jouem euocasset, ita nó semper tutum fuit appellasse summos orbis Monarchas, quos oportet adire non solum in tempore, verum etiam religiose, ad hec vix puim videbatur, Principem tot tam grauibus reipublicæ negociis, sed inprimis sarciendæ Regum concordiæ intentum, litteris non necessariis appellare, verum has omnes remoras facile discussit vel insignis ista naturæ tuæ bonitas, qua, meo quidem animo, non minor es, quàm ipsa Regni magnitudine, vel ardor quidam in te meus, ac singularis quædam virtutum tuarum admiratio, quam non solum, ex famæ clarissima buccina, verum etiam ex ornatissimi viri Joannis à Lasko tum colloquio, tum literis concepi. Nunqz enim dum hic ageret, illi Sigismundus Rex non erat mi ore, nec aliud crepant illius ad nos epistolæ, quam Sigismúdi laudes, vel harum orbis tempestatum tedium, et nigens tranquillitatis desiderium. Quod nos tam lenta spe discruciat, minus expertos, non esse vanam fabulam qua Homerus depinxit Athen et pedibus et oculis celerem, Litas contra luscitosas et claudas, lubens et alacer Simeon ille senex emigrabat è vita, posteaquam vidisset Christum dominum. Videor et ipse mihi æquo animo relicturus hunc mundum, si dei benignitate, Principumqz consiliis, publicus hic rerum tumultus sedarentur, ad hoc negotium tam pium, tamqz diuinum, quoniam audio Altem tuam summa prudentia pariqz studio commiti, tanto vehementius instigauit animus, vt auderem currentem (vt aiunt) incitare, quanquam tua pietas diuinitus, vt

opmor/ afflata/ non egel vllis hominum ſtimulis/ ſolet autem deus plerunq; in rebus deploratis/ velut ex machina/ ſubito proferre quempiam ſingulari virtute preditum/ qui res vndiq; turbatas reducat in tranquillitatem. Sic Romanis eo redactis/ vt auro ſalutem redimerent/ repente exortus eſt Camillus. Rurſus eo: rundem rebus ad extremam deſperationem ſpectantibus/ extitit Sapio Affricanus. Sic Hebræis intolerabili diutinaq; ſeruitute preſſis apud Ægyptios/ productus eſt Moſes. Sic periclitanti Su: ſannæ/ preter omnium expectationem exitit Daniel/ innocentiæ vindex/ ac malitioſi facinoris coarguitor. Atq; vtinam mea vota rata faxit deus/ optimus maximus. Vtnam hanc bo: nam ſpem velit non eſſe vanam. Titillat enim animum meum neſcio quid læti omini/ deum tandem/ tua vera ſua miſericordia/ te deſignaſſe/ Rex ſanctiſſime/ qui tantas rerum vndas/ tua pie: tate/ tua prudentia/ tua auctoritate componas. Hanc ſpem auget nobis/ quòd ni alio nemine perſpicimus tot dotes/ ad tantum ne: gocium conficiendum neceſſarias. Nam vt omittam Regni vi: res/ ne commemorem tot res arduas/ velut aſpirante deo/ fe: liciſſime geſtas/ quibus nuper acceſſit inclyta de Scythis vic: toria. Tria potiſſimum requiri videntur in eo/ qui tantos rerum humanarum motus ſit compoſiturus/ pietas/ excelſus animus/ et prudentia. pietatis nomen duo complectitur/ amorem patriæ et ſtudium religionis. in vtroq; genere/ ſumma tua laus eluxit. Si quidem in Regni tui commodis procurandis/ ſeruandis/ augendis/ ornandis/ et conſtabiliendis/ tanta vigilantia/ ſtudio/ curaq; ſemper es vſus/ vt præter alatis ratione/ nullum vnq; laborem defu: geris/ qui vel iuuenem deterrere poſſet. Olim optime de Re: publica meritis/ deferebatur hic titulus/ pater patriæ/ et habebat is titulus aliquid Regis aut Imperatoris nomine magnifcen: tius. Huius inſcriptionis honorem/ tua dictas multis nominibus promereatur/ ac poſſidet/ multo glorioſius impreſſum mentibus ho: minum/ quam ſi columnis/ aut ſtatuis eſſet expreſſus. Porro non minorem tibi curam eſſe Chriſtiane religionis/ declarat totius vitæ

tue integritas, ad hec templa diuorum ingenti munificentia
structa, locupletata ornataq; Postremo Prussia, quoniam
hæresi corrumpi cœperat, ni potestatem accepta ac emenda:
ta Tali animo non possunt non vehementer displicere hec,
Principum tanta dissidia. Qui si tantum inter se conflictarentur,
esset tamen bellum non dicam ciuile, sed plane par:
ricidiale Plato ciuile bellum esse putat, quod Græci ge:
runt aduersus Græcos. At Chriānus Chriāno propius
iunctus est, q̄ Ciuis Ciui, quam frater fratri. Nunc hæc
Monarcharum inter ipsos conflictacio, Turcæ viam aperuit
vt primum Rhodum, nuper etiam Hungariam inuaderet.
fuitq; nimium foelix crudelitas, altius etiam ad nos pene:
tratura nisi concordia iunctis vmbonibus obstiterimus
Quem Chriāni pectoris hominem non ista discrucient?
verum ijs etiam atrocius, quòd, dum Principes inter se dis:
sidiis tumultuantur, funditus perit relligio Chriāna,
laxatis etiam rerum compagibus, confusoq; publici Status
ordine, vt qui parere debebant, postulent imperare maio:
ribus, ne hic simplex discrimen est, vtraq; pars vt habet
quēdam non aspernanda, ita mixti sunt etiam illis, qui sub
Ecclesiē Vexillis militare videntur, quos apparet victo:
riam Chrō debitam ad se rapturos, nisi Summorum Prin:
cipum auctoritas, et illorum insanos tumultus coherceat, et
rapinam prohibeat. ita fieri poterit, vt ex hoc amaro phar:
maco quo torquetur mundus, aliquid bonē sanitatis consequa:
tur, ac victoria cedat non hominibus. Sed Ecclesiē Principi
Chrō, cui debetur omnis gloria, qui fortassis ideo passus has
rerum humanarum procellas incidere, vt quosdam mundanē
prosperitatis abundantia, velut ebrios, ad Chriānē mentis
sobrietatem expergefaceret. huius animi dicitur et Cæsar
Carolus, vt ex literis eorum, qui sunt illi proximi cognoui.
His de rebus plura literis cōmittere, nec satis tutum arbi:
tror, nec necesse. Quandoquidem singularis tua prudētia
nouit quid significem. Hactenus de pietate Animi vero cel:

sitado non tam elucet in fortiter gerendis bellis, aut proferen:
dis Regni finibus, quàm in hiis contemnendis, quē nemo con:
temnit, nisi vere sublimi sit animo. Quisq; superior est eo
quod potest negligere, quoties id suadet vtilitas reipublicæ.
Quem ire aut vindictē cupiditas ad bellum vrget, is infe:
rior est affectu suo. Quem ambitio prolicit ad pugnam, in:
ferior est eo quod ambit, Cæterum qui publicam vtilitatem an:
teponit hiis rebus omnibus, is demum vere sublimi excelsoq;
est animo. In necessariis bellis, quē multa cum Valachis, Thar:
taris, Moschis, Prussiisq; non minus foeliciter q̄ fortiter
gessisti, plane Regiam celsitudinem declarasti: sed longe subli:
mioris animi sunt argumenta, quod cum Moschis toties debel:
latis, Inducias habere, quam armis regionem opulentissimam
in ditionem tuam redigere maluisti, quum id esset in procliui,
quum huc Procerum cohortatio prouocaret, quòdq; quoniam
odio Scÿsmatici nominis pacem nonnulli negarent coire posse,
non grauatus sis induciarum facere prorogationem, Nec tua
refert quam in partem uulgus, hoc tuum factum interpretetur.
Prior est apud te publica Regni tui tranquillitas, et Chriam̄
sanguinis parsimonia, quam vel armis paranda tantē dicionis
accessio, vel vulgi de te existimatio. Nam vt eleganter dixit
ille, vere Regium est, hoc est excelsißimi cuiusdam animi, male
audire, quum bene feceris. Nec recusasti cum Thurcis Induci:
as suscipere, libenter etiam cum Scÿthis foedus initurus nisi
fœre potius q̄ homines, non desinerent sceleratis incursioni:
bus vexare ditionem tuam, quorum efferam et intractabilem
immanitatem, à tuorum fortunis ac ceruicibus depellere, pie:
tas est verius q̄ bellum: et si bellum est, eius est generis, vt
quoniam vitari nullo modo potest, non absq; nefario scelere
prētermitteretur. Ad hæc quum tibi toties aduersus Prussios
bellanti, feliciter ceciderit Martis alea, tamen amore pacis
maluisti Prussiē Duci nonnullam eius prouinciē portionem

430

concedere, quam totam armis, quod tibi facillimum erat, tuo subiugare imperio. Eiusdem celsitudinis erat et illud, quum Germanie Principes decem millia peditum, duo equitum millia misissent Duci Suppetias aduersus Polonos, non passus es tuos longe numero superiores, (erant enim equitum sexaginta millia) cum paucioribus congredi, tantum octingentis tuorum hoc negotii datum, vt qua proficiscerentur Germani Milites, commentum aut preriperent, aut interciperet. ita factum est, vt et illi fame moniti, domum se reciperent, et tu sanguinis humani iacturam vitaris. Quid ego nunc commemorem, quòd post Christiernum Regem ditione pulsum, vltro delata Norvegie, Suetieq; Regna constanter recusasti ne tuis, hac occasione, belli materiam accerseres. Non sunt vetera que narro, sed illud recentius quod nuper extincto Bohemie, Vngarieq; Rege, qui tibi fuit ex fratre Nepos, cum ad te successio propinquitatis etiam iure pertinere videretur, adeo non ambisti, vt missis Oratoribus, admonueris illos, eum sibi Regem asciscerent, quem sue regioni maxime profuturum iudicarent, te tua sorte contentum esse. Nec hiis contentus, simul vt intellexeras res inter Ferdinandum et Joannem Vngarie Regem, ad arma spectare, misso Cancellario tuo, Spectabili ac Mgco Christophero à Schydlowiec, Castellano et Capitaneo Cracouien, quem virum habes vnum omnium et prudentissimum, et integerrimum, effecisti ne prius bellum susciperetur, quàm omnibus tentatis que bellum possent excludere. Hec arguunt animum vere sublimem, et omnibus hominum rebus excelsiorem. Quanq; ex ysdem iam arbitror perspici singularem quandam tuam prudentiam, quam in te, tum ætas, tum plurimarum rerum vsus absoluit. Dulce quidem bellum inexpertis, sed ille per tenebras ac procul cernit, qui pacem iniquam anteponit æquo bello. Quodsi Principes tuum exemplum sequuti, contemptis priuatis affectibus, velut è sublimi quadam specula deflecterent oculos ad

pietatem, hoc est ad Chri gloriam, et gregis Chriam salutem
priusq; ducerent publicam orbis tranquillitatem, quam, nescio
que, priuata commoda, que et crebro fallunt, et vt non fallat,
nimio emuntur, primum ipsi concordia iuncti multo fælicius ac
magnificentius regnarent, et Thurcam facile depellerent à
Chrianorum ceruibus, et hoc exitiabile dissidium Ecclesiæ,
bonis rationibus componerent. Nunc vereor, ne sint, qui pie:
tatis inopia, publicum malum conentur in suum priuatum bo:
num vertere, aut ob animum vere celsitudinis expertem, non
possint publice tranquillitatis studio quicquam de suo iure
concedere, aut ob rerum imperitiam, malint bellum q̃ pacē,
quum bellum nunq̃ sit suscipiendum, nisi cum citra crimen im:
pietatis vitari non potest. Quodsi Principes hæc Sinceris
et Chriānis agerent animis, adesset ipse Christus consiliorum
ac foederum prosperator, daretq; rebus lætiorem euentum, quā
ipsi queant optare. Nunc vt pleraq; bella, vel ira, vel am:
bitio, vel alius quispiam priuatus affectus suadet potius, q̃
pietatis, aut rei publice respectus, ita foedera videmus infir:
ma temporariaq;, quodq; grauius sepenumero seminarium
præbent bellis. illud optare magis possum quàm sperare, q̃d
tamen arbitror ad conseruandas Principum amicitias, et re:
rum publicarum tranquillitatem cumprimis facere, si Prin:
cipibus persuadere possit, vt ditiones dissitas recusent. Quā:
tum enim calamitatum inuexit Gallis, toties petitum ac re:
petitum Mediolanum. Quid esset eo Regno florentius, si
Neapolim, si Longobardiam, si Insubriam olim neglexisset?
vt Naues quedam maiores sunt quàm vt gubernari possint,
ita difficillimum est ditionem vltra modum latam foeliciter
administrare. id vero multo difficilius est, si ditiones portio:
nes longis interuallis distractæ sint. iam augendē ditionis
cupiditas finem non habet, vt nonnullis tale quiddam vsu
venire videatur., ¶ quale solet ijs quibus studium est Sacer:

dotia Sacerdotiis accumulare. Quicquid enim emolumenti
ex mediocribus corraserunt, hoc m maius aliquod absumunt,
ac multorum fructus vna Epi dignitas absorbet, et huius
quoq; prouentibus emitur Archiepiscopi titulus, demum
Cardinalicii nomini gloria, quot dignitatum, quot Abba-
tiarum census deuorat? Haec nimirum sunt argumenta pa-
rum sublimis animi, nullum pati posse se maiorem. Ille demu
magnus excelsusq; est, qui nec inferiores fastidit, nec supe-
rioribus inuidet, hoc agens, non vt quam latissime regnet,
quod sceleratis, etiã aliquando dedit fortuna, sed vt quod sorti-
tus est regni, quàm optime administret, verum quoniam nunc
successio Regnorum, partim assimilate, partim cognatione tra-
sit ab alijs ad alios, optare vt dixi: facilius est, quod ar-
bitror optimum, quàm sperare. Iam nec pium est, nec animi
mei, quem Christus tocius Ecclesiæ suæ presidem esse voluit,
eius authoritati quicq; detrahere, tamen si verum fateri vo-
lumus, et ipse facilius ageret et summi Principes minus
frequentes huiusmodi bellis inter se conflictarentur, si bo-
na ipsius pace persuasus, cum nullo Monarcha foedus inret
se sed ex aequo patrem praestaret omnibus. Nunc ex huiusmodi
foederibus tocies ictis, resarsis, repetitis, relictis quantam
vidimus ac videmus exoriri materiam, vel excitandi bella
vel alendi. Quid hic attinet exempla ex annalibus repe-
tere, quum his annis viginti, tam multa conspexerimus ocu-
lis meis? Sed ego iam dudum abutens tua lenitate Rex
inuictissime, septa (quod aiunt) transilio: itaq; desmam,
hoc ardentissimis votis comprecans, vt deus, mei miserius
tuis sanctissimis conatibus, det exitum, ista pietate, ista ani-
mi celsitudine, ista prudentia dignum, tuamq; Regnam
Bonam optimo Regi iunctam, diu foelicem seruet, et Regno
et Reipublicæ christianæ Dat' Basileæ id. Maij Anno
domini M°. D. XXvii°

In magnum illum Erasmum Roterodamum Joannis Langi Silesii Epigramma.

Longa decennali gereret cum tempore bella,
Exitium Priamo Graecia tota ferens.
Iam tum quod fuerat Danais Neleia proles
Mellito, Nestor, Nobilis eloquio.
Hoc nunc est toti mundo diuinus Erasmus
Ambrosium, cuius nectar ab ore fluit
Iam nunc, cum totum grassantur bella per orbem,
Et sua conficiunt viscera Christicolae.
Ille, Ducum tristeis studuit componere rixas
Dulcia depromens, pectora verba, senex.
Cum temere inter se iacerent conuicia Reges,
Atrides magnus, magnus et Aeacides.
Hic, animos Regum discordes Christicolarum
Et mulcere studet corda superba, senex.
Dum videt inter se certantes marte Monarchas,
Hyspanum, Gallum, Theutona, Pannonium
Sed tum magnanimis cepere incommoda Reges
Cum tanti auderent temnere dicta senis.
Et maiora manent nros incommoda Reges
Ni dicta audierint optime Erasme tua.

Ad amicum quendam expostulatio Erasmi: quid de Synaxi sentiat.

SAlutem plurimam. Euangelii vigor non abolet virtutes morales, sed perfiit. Nec ignoras quantum abhorreat non dicam a virtute, sed prorsus ab omni humanitate, prodere amicitiæ arcanum. Quandoquidem execrantur etiam illos, qui post dirimptam amicitiam efferunt, quod amicis creditum erat. Et qui generosioris ingenii sunt, nec illis quos maxime habent inuisos, sustinent obiicere quod ex amicitiæ pristinæ fiducia cognouerunt. Ego te vel vnum his moribus esse iudicabam, vt tuto quidquid arcani possem committere, nec aliunum mihi delegerat, qui conscientiæ meæ secreta crederem. Quo magis admiror quid acciderit, vt ea de me sparseris, quæ nec dixi nec cogitaui vnquam. Instillarat clanculum mi aurem optimo iuueni, me de Eucharistia idem sentire, quod tu sentires. Hunc inuectum aculeum ille secum ablaturus erat in suam patriam, ni forte fortuna casus iniecisset inter nos huius rei mentionem. Et haud scio, an nunc quoque suspicionis nonihil de me abstulerit. Ac primum quidem cum illius audirem, suspicabar te nihil aliud sentire, quam soles apud me profiteri. Damnabas eos, qui auderent profiteri illic non esse nisi panem et vinum. Nec aliud opinatus sum vnquam de te, nisi proximo colloquio: cum velut afflatus et alius factus, absque fuco declarabas animi tui sententiam. Eam cum iam palam profitearis: spargis ac dictitas me tecum sentire, idque tam passim facis, vt tuus sermo genuerit etiam rumorem, cuius te autorem esse iam nulli fere obscurum est. Nec dubito quin similia scribas amicis. Ego

vero ne in priori quidem sentencia vnq̃ tecum sensi. Cense:
bas enim profitendum in Synaxi esse corpus domini, cæte:
rum quomodo sit illic, deo qui nouit omnia comittendum esse.
Ego vero tuæ sentenciæ adiiciebam mihi isthuc videri simpli:
cius, quòd ita vitarentur varii difficultatum labyrinthi, si
fas esset homini Chriano ab eo dissentire, quod Conciliorum
authoritas, quod omnium Ecclesiarum ac gentium consen:
sus, tot iam seculis comprobasset. Ad id semper negaui me
posse animum inducere præsertim cum Euangelicæ et Apos:
tolicæ literæ tam euidenter concinant, corpus quòd datur,
et sanguinem qui effunditur: cum hoc mirifice congruat ine:
ffabili dei erga genus humanum charitati, quod quos rede:
mit sanguine, et corpore filii sui, eos voluerit eiusdem
carne et sanguine, modo quodam ineffabili pascere: et hac
arcana filii præsentia, ceu pignore consolari, donec rediret
ille gloriosus et omnibus conspicuus. hæc me redderent
propensiorem ad Ecclesiæ Catholicæ sentenciam, etiamsi
nichil esset definitum, nec in hanc partem, nec in illam. Nuc
quis furor esset, si ego non verer pronunciare ibi nichil esse
præter panem et vinum? Soleo cum amicis eruditis, maxie
cum absunt infirmi, libere commentari de quibuslibet, in:
quirendi gratia: nonnũq̃ et tentandi causa: hac in re si:
plicior fortasse, quam par est. Sed agnoscam etiam parri:
cidij crimen, si quisquam mortalium vel serio vel ioco au:
diuit ex me hanc vocem, in Eucharistia nichil esse, præter
panem et vinum: aut non esse ibi verum corpus et sangui:
nem domini: quod nunc quidam libellis editis propugnant.
Imo Chrum ipsum mihi precor parum propitium, si ista sẽ:
tencia vnq̃ insedit animo meo. Nam si quid volatilium
cogitacionum aliquando tetigit animum meum, facile dis:
cussi, considerata dei erga nos inestimabili charitate,
perpensis diuinæ scripturæ verbis, quæ Lutherum etiam

ipsum (quem vos omnibus Scholis, Pontificibus orthodoxis, et conciliis antefertis) coegerunt profiteri, quod profitetur Ecclesia Catholica, à qua tamen solet libenter dissentire. Scio quàm levis sit apud vos Conciliorum authoritas. Ego vero nec Ecclesiam Romanam contemno, multo minus, cu illa habet sibi consentientes Ecclesias omnes. Paulus nec Angelum audiendum putat, qui prædicet aliud Euangeliũ. Ecclesia Euangelio me credere docuit, eadem magistra didici Euangelii verba interpretari. Hactenus cum omnibus Chriãnis adoraui Christum pro me passum in Eucharistia. Nec adhuc video quicquam cur debeam ab hac opinione recedere. Nullis humanis rationibus abduci potero à concordi sentencia Chriãni orbis. Plus enim valent apud me illa quinq; verba. in principio creauit deus coelum et terram, quam omnia Aristotelis, cæterorumq; Philosophorum argumenta, quibus docent mundum carere initio. Quid autem adferunt isti cur tam impiam, tamq; seditiosam sententiam profitear? Rationes stupeẽ sunt. Semel sustulit carnem ne esset offendiculo: non admirati sunt, nõ adorauerunt Apostoli: iubemur esse Spirituales. Quasi caro sic exhibita officiat Spiritui: Caro est, sed nullis obnoxia sensibus: et tamen hoc ipsum pignus est diuinẽ erga nos charitatis, solatium est expectacionis. Literẽ diuinẽ pro nobis faciunt. Habemus: hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. hic est Sanguis meus: qui pro vobis effundetur: vbi legunt isti? hoc non est corpus meum, sed signum corporis mei? hic non est sanguis meus, sed signum sanguinis mei? Cum maxime se torquent ægre docent ex aliis locis, rei vocabulum accipi posse pro signo rei, quãquã ne hoc quidem simpliciter euincunt. De tabula dicimus, hic est Hector, qui occidit Patroclum. Sed nemo nescit in pictura non esse verum Hectorem. Verum esse pot

quicquid dixit Chrus esse. iam vt euincant, quid ponderis
habet hec raciocinatio: sic accipi possunt hec verba, igitur
sic accipienda sunt? Quorsum autem proficit illis tot vete:
rum Orthodoxorum citatio? Vtcumque torquent inuoluunt ac
fucant illorum dicta, nullum locum adducunt, qui palam lo:
quatur ibi non esse corpus et Sanguinem domini. Hortantur
ad Spiritualem communicationem corporis et Sanguinis dni
Quid mirum si hoc comendant, quod in vtriusque sumptione
potius est. et quod nisi accedat perniciem adfert sumptio car:
nalis? Obsecro te quid hic est, cur deficiam ab eo, quod tot
seculis docuit, et vsurpauit Ecclesia Catholica? Scis me in nullo
dogmate per omnia sentire cum Luthero, nisi quod nimium vere
taxat corruptos hominum mores: et hic ob Carolstadium,
qui à suo ipsius dogmate iam desciuit, recedam à comunione
Ecclesie Catholice? Si tibi stuprum aut furtum confessus
essem, vt amico: quàm esset aduersus omnes amicitie leges,
hoc cum amici periculo, vel apud vnum effutisse? Nunc cum
apud omnes spargis crimen omniu capitalissimu, quod nec
lingua mea vnque sonuit (quamuis libera) nec animus vnque
concepit: quo tandem nomine donandum est quod facis amico
Euangelico? an ad persuadendum, quod nuper ipse cepisti cre:
dere, visum est abuti nominis mei authoritate? Quaeso
te per Chrum, hoccine est euangelicum, tam impium, tam atrox
facinus comminisci in amicum, quo plures pelliceres in noua
sectam, quasi iam sectarum sit parum? Si pium est quod asse:
ueras, non habes quo id persuadeas, nisi vanissimo commento,
Erasmum idem sentire, quod tu sentis? Et si tanti est apud
vos mea authoritas, cur nichil valet in tam multis, in qui:
bus à vobis dissentio? Si tuus animus vacillat, vt solebas
profiteri, quia nichil tribuis authoritati Pontificum et Co:
ciliorum. Meum animum hactenus confirmauit Ecclesie Ca:
tholice consensus. Si tibi persuasum est, in Synaxi nichil esse

preter panem et vinum, ego membratim discerpi malim q3 idem profiteri quod tu profiteris, et omnia perpeti malim, quam tali flagitio contra meam ipsius conscientiam admisso, ex hac vita demigrare. Non hic iustissimam expostulationem verbis atrocibus exaggero: res ipsa satis tragedie. Si micam vllam habes Euangelici spiritus, sanabis, quos istis susurreris vanis: similis infecisti. Paliar apud omnes effulmine te, quicquid vnq3 infamiliaribus colloquiis, vel vuidus, vel loco, vel serio dixi. Non paliar autem vt istius dogmatis, me, vel autorem facias, vel comitem: quod mihi nunq3 fuit nec in ore nec in corde. ita mihi contingat nunq3 a Chro seiungi. Amen

Sigismundus primus Rex Polonie Ioanni Regi Vngarie.

Sexme Princeps, et domine, affinis nr, et tanq3 fili charme. Easmt Illtres domini Casimiri Ducis Theschnen, iam pridem in nos, et domum nram merita, vt iure quodam rebus eius adesse nos debere fateamur, et olim quidem in ornanda dignitate augendisq3 commodis eius, libenter operam insumebamus, nuc (quod sme graui animi mei molestia scribere non possumus) no modo de facultatibus, sed et de vita famaq3 periclitantem fidemq3 nram implorantem sustentare cogimur, tocius salutis eius vacio pendet nrme maxime, ex auctoritate et gratiis vre, qua tametsi propter affinitatis necessitudinem procul dubio eum prosequi existimemus vtem vram, tame si intercessio q3 mea pro eo accesserit, nichil dubitamus quin dominus Dux ipse ex difficultatibus quibus tristicia quadam temporum inuolutus est, se facile explicabit. Negocium eius est huiusmodi, egimus per Oratorem mem accurrate pro eo apud Sem dominum Regem Ferdinandum, quo Ducatus Opauienses prefecturam, sme fame sue detrimento op:

tinere posset, iamq; eo res deuenerat vt sibi id concessum fieret, duntaxat, ne eam in Hungarorum manus traderet priusq; dissidium hoc presens finem sortiretur, tollerabile id sane fuit Duci ipsi, sed postea adiecta est condicio certa, talis videlicet vt caucionem faceret, ne post mortem eius, Ducatus Opauien̄ a Regno Bohemie auelleretur alienaretur q; id Duci ipsi hinc q̄ se Regno Hungarie prius de eadem re inscripserat sine detrimento fame nequaq; facere licebat, sed vrgetur et distri: gitur iterum alia difficultate. Nam si propositam sibi condici: onem de qua superius scriptum, capere recusauerit, iam se ad: uersarium declarabit. Ad tuendum vero vi Ducatum Opa: uie, et obtinendum, non modo ipse Dux, sed etiam et regnū ipsum Hungarie, stantibus hiis rebus, sine maxima difficul: tate et sumptu sufficere poterit, eo q̄ ex Hungaria presidiū militare tam procul mittere difficillimum factu est, prete: rea Ducatus Opauie hoc est vniuersis ordo equestris, vt: pote regni Bohemie appenditicius, in potestate Regis Bohemie se futurum et iusiurandum prestiturum pollicitus est, cum pri: mum Rex legatos et Commissarios suos illuc miserit, quod cum omnino breui futurum sit, fortassis prefectura ipsa dn̄o Duci adimetur, et alii conferetur. Quassi dominus Dux ce: dere nollet, haud dubia coniectura sequitur, vt ei ab Incolis Ducatus mox molendinis reliquisq; Arcium alimentis, sine quibus Arces ipse deffendi non possunt, vi interdicetur, ve: rendumq; erit ne in eam impetus fieret si renitteretur. Quod cum ita futurum fore, et nos consideramus, et Mtas vr̄a pla: ne perspicit, nostrum videlicet necessarium, Mtis vero vr̄e Auunculum bene meritum in extremo fortunarum vite et fame discrimine versari, nescimus an Mtas vr̄a Ducatū Opolien̄ tanti faciat, vt propter eum retinendum, affinem su: um in medias flammas se conijcere patiatur: presertim cum reliqua Slesia Ser mo Bohemie Regi se submiserit. Qua

si olim Mti vrē recuperare deus concesserit, poterit vna
et Ducatus Oppauie facile recuperari igitur tot malis atq;
periculis dominum Ducem Casimirum prementibus atq; vr:
gentibus, vnam medelam animaduertimus, si Mtas vrā Jus:
iurandum ab eo ex ditione sua prestitum, quale alii Duces
Slesie fecerunt, sibi non imputauerit, et condicionē de Duca:
tu Oppauie illi propositam, de qua supra meminimus, accep:
tare ei permiserit, Ita enim dignitati fame, et decurse ætati
vitē deniq; eius optime consulere dignabitur. Quod vt
Mtas vrā pro sua eximia virtute et Regia clementia p:
q; ea affinitatis necessitudine, que illi cum domino Duce inter:
cedit, ac etiam ob comēndationem nrām facere velit plu:
rimum illam rogamus, Nichil enim molestius nobis acci:
dere posset q; si ille qui et de nobis et de Mtē vrā optime me:
ritus est, vel minimum fame et honoris sui discrimen subi:
ret, verum certe nobis persuademus q; Mtas vrā huic rei
citra vllum damnum suum et Regni sui pro sua prudentia
ita prospiciet vt dominus Dux Casimirus senciat cōmen:
dationem nrām plurimum sibi profuisse, dominus deus ser:
uet q; diutissime Mtem vrām sospitem et foelicem, cuius
amori nos commendamus

Sigismundus primus Rex Poloniæ Ioanni Thurzoni

Generose sincere nobis dilecte, Illtris dominus Dux Casimirus Theschnen vetus amicus noster apud nos hiis diebus hic agens, inter cetera retulit nobis etiam cum quadam querimonie significatione, se à Ste tua, quadam iniuria affici ratione cuiusdam Ville de qua controuersia est. Que res non bene nos affecit propter veterem nostram qua eundem dominum Ducem complectamur beneuolentiam, tum etiam considerata eius iam ingrauescente ætate, et Ville illius de qua controuersia est exiguitate. Indignum ducimus, si aliqua alia molestia adfici deberet, et proinde hortamur S. tuam componat cum eodem domino Duce modis quibus melioribus poterit citra omnem Judiciorum dispendium, ita vt quantumcumque iustitie et iuris idem dominus Dux ad dictam Villam habuerit ea sibi per Stem tuam quiete et sine impedimento vti et frui liceat. Quod Stem tuam pro debito in nos suo facturam non ambigimus Idque factum tue Stis nos ab illa tam grato animo suscipiemus quam quod maxime Dat.

Petrus Tomiczki eps Cracouien. Vicecancell^s
Luce de Gorca Castell^o Posnaniensi &
Maioris Polonie Capitaneo generali

MAg^ce domine, et frater honoran^me. Salutem et fraterni amoris perpetuum incrementum. Mitto vre Mag^cie literas Regie Mtis ad Theloneatores Posnanien manu Mtis sue subscriptas. Cum enim hic erat Lijs Cubicularius Mg^cie vre, erat tunc Mtas sua in Niepolomice, michi vero non fuit visum easdem Iras mittere illuc ad subscribendum per manus alienas. Post solutum Conuentum Olomucen, nulla hactenus facta sunt belli initia inter Ser^mos dominos Hungarie et Bohemie Reges constansqz fama habet Ser^mu Regem Ferdinandum paucas gentes habere, Jam tamen bellum Ser^mo domino Regi et Regno Hungarie per literas suas indixit. Res Hungarice satis bene se habent post profligatum exercitum hominis nigri ipseqz Ser^mus Rex dicitur esse magno ac excelso animo paratus ad omnes fortune impetus et procellas, confirmatus presertim amicitia foedere, et affinitate Ser^mi et chriani^mi domini Regis Gallie, qui cum Rege Anglie et Venetis pollicetur iuuare eum pecunia et armis et vt idem qo faciat Ser^mus dominus Rex nr magnis persuasionibus inducere ad hoc Mtem suam per suum Oratorem qui nudiustercius huc veniti contendit, spero autem ego qd Mtas sua curabit se in hac horum dominorum Regum differentia prestare mediatorem potius concordie et pacis, qz auxiliatorem. satis enim supqz negocii habet Mtas sua domi cum hostibus suis, me M. vre ex animo comendo, quam dominus deus cum suis omnibus seruet qz diutissime sospitem et foelicem Dat

Sigismundus .I. Rex Polonie
Stefano de Verbewc Cancellario
Regni Vngarie.

Spectabilis et Mg^ce domine amice char^me et honorande
Indolui vehementer mortem domine vxoris Mg^cie vre
de qua et ex literis eius et ex Erasmo Secretario istius
Regie Mtis intellexi Q si consolandi M. vram prouin:
ciam michi desumere velim frustra contenderem Cum non
dubitem eam ea prudentia magnitudineq animi preditam
esse vt omnes casus humanos suapte sine cuiusq admoni:
cione tollerare oportere cognitum habeat itaq rogo illam
plurimum bono animo esse velit presertim cum ea conditio
temporu instare videatur. vt Ser^mi domini istius Regis
Hungarie Suma et in maximis rebus iampridem exercita:
ta prudentia tum eciam M. vre in consulendo solertia
et fides nunc potissimum lucescere debeant si res (quod
tamen deus procul auertat et constans fama habet) ad
arma deuenire debeat fermit enim Ser^mu dominum Re:
gem Ferdinandum nil nisi hostilia omnia cogitare quod cu
ex Erasmo tum ex lris Ser^mi dni mei Regis ad ista
Regiam Mtem Hungarie perscriptis plenius intelliget
Mgcia vra. Que valeat foelicissime meq habeat
sibi charum et commendatu. Dat

Ioannes Rex Vngarie

Petro Tomiczki Epo Crac: R. P. Vicecancello

Rx Me in Chro Pater, nobis sincere dilecte. Arbitramur vre Rme Prti perspectum esse, quid sediciosus ille latro, cofederatus Ferdinandi, quem hominem nigrum vulgus appellat, in quo ipse Ferdinandus precipuam huius Regni nostri consequendi spem collocarat, Superioribus hiis mensibus egerit. Quosqz tumultus in hoc regno nro ediderit, qui postea quam, vnam exercitus sui partem, per nostrates paucis ante diebus, deo glorioso duce profligatam amisisset, omnes copias viresqz suas quas tum ex reliquiis, qui vitam fuga saluarant, tum ex rusticana colliue, partim metu et terrore partim seductione sibi adherente, collectas aduersus fidelem nostrum, Spectabilem et Mgcum Petrum de Peren, Vaivodam nostrum Transsiluanum et Epnm Varadien, quibus ipsum latronem eciam in domicilio suo persistentem, inuadendum commiseramus, ad Ripam fluminis Thibisci alr Thiae premittit vt eos traiectu ipsius fluminis prohiberet, solus ipse, Electis penes se quibusqz exercitus sui, mille circiter et Quingentis equitibus, ac peditibus Ciuitatem nostram Zegedien inuadit, inde deo et fortuna sibi non fauente, caput eius nobis nunc est allatum, itaqz perempto iam duce, superatisqz aut interfectis aliquibus ex suis, reliqui Rascia iam condescenderunt, nostramqz implorarunt graciam, vnde speramus in deo nos, iam eo propensius et commodius conatibus hostis nri, obuiam ire posse hec Rmam Prtem voluimus scire Quam foeliciter valere optamus Dat Budae vigesima sexta die mensis Junij Anno Mo D XXvio Regnorum nrorum predictorum anno primo

Sigismundus primus Rex Polonie

Ioanni Regi Vngarie

Sexme Princeps et domine affims et tanqz fili charme.
Agimus pluzimas gratias tibi vre q nos de extincto mi:
testmio Regni sui incendio et auctore illius necato, certi:
orem fecerit, equidem non fallit tuas vra, vt quemad:
modum nos illa patris loco diligit, ita nos vicissim illam
paterno amore complectimur, nec secus illi qua filio nro
fausta et foelicia omnia ex animo fauemus, estqz successus
ipse tibi vre nobis multo gratissimus, et optamus vt re:
liqua tibi vre ad Regnum suum pacandum et stabilien:
dum, recte et ex animi sui sententia succedant quae foe:
licissime valeat, nosqz quod facit diligat

Petrus epus Crac Regni Polonie Vicecancellus Stanislao preposito Budensi. regis Ioannis Consiliario

RXnde domine amice charme. Cum primum pestis que Sere
nissimi Regis et Regni eius Hungarie rebus non parum of:
ficiebat, nigez vir scilicet oppressus et interfectus esse hic m:
chiavelus incredibile dictum est, qui illius tibi rebus fa:
uent (fauent autem Polonie omnes) quanta letitia tum erat
perfusi, existimant. n. sublato e medio tanto obyce, fore vt
ipsa tuas res aduersariis res multo commodius et facili:
us qz antea resistere posset, illud tamen non mediocri ad:
miratione nos omnes detinet qz cum aduersa pars non co:
temnendis copiis limites regni Hungarie iam transierit
et Arces Castella et oppida occupet, impune hactenus hec
omnia patrauit, verisimile quidem est, insta sed latenti ali:

qua causa id fieri, tamen quicquid id est, non mediocriter nos omnes distorquet. Cuperemus namq; mirum modum, res omnes istius Mtis, cum summa dignitate et gloria procedere. cuius desiderii deo volente breui compotes erimus. Q d. vra isti Ser^me Mti me commendauit (prout scribit) habeo ei gras immortales, velim enim q; comendatissimus fieri tanto regi, cuius decus et gloriam, pro virili mea semper promoueo, et q; ornatissimu, splendidissimuq; esse cupio, quare sciat vra D^o se michi in hoc rem gratissima effecisse quam ei vicissim omni studio et gratificatione quacunq; potero semper referre curabo rogo autem plurimum vram dominacionem comendet me R^mis dnis colocen et Sirmien valeatq; foelicissime et me diligat

Petrus Thomiczki eps Cracouien. Vicecancell^s
Luce de Gorca Castello Posn. capit^o Maioris
Polonie generali.

MAg^ce domine et frater honoran^me. Salutem et plurimam foelicitatem. Intellexi ex lris ad Regiam Mtem per vram Mgciam et alios dominos scriptis, quem exitum habuerit Bledzouien Conuentus. sane mea quidem sentencia luculentum et honorificum, et cum Mti regie dno nostro tum omnibus dominis qui hic sunt supraq; dici pt gratum, ex eo namq; Mgcia vra et Mtis sue regie singularem graciam demeruit, et prudentie magnanimitatisq; sue imortalem famam aput omnes homines est consecuta. Quod vero scribit, propter secundarum restium lras summam esse istic in exigendis contribucionibus difficultatem, id ego facile credo, cum alioqui etiam nulla iusta causa interueniente, homines nri in conferendis eis admurmurare solent, tametsi pro bono communi exigantur, sed certa spe teneor M. vram, pro sua pruden^a

et maximarum rerum longo vsu et experientia exulceratos
eorum animos facile placaturam, Cum eis causas ob quas
tales restes dimisse sunt, prout et à Regia M̄te abunde
perscripte sunt exposuerit. Quod autem rogat vrā M:
vt quid de bellica motione expectandum, et an ea ipsa mo:
tio progressum habitura sit, eam certiorem redderem,
Erat quidem pene certa suspicio, Thartaros nobis bellū
inferre voluisse, ideoq; secundarie restes dimisse erant,
tercie item conscripte, et obsignate, parate habentur, Sed
Thartaricorum bellorum et morum periti, ita existimant
q̄ cum meliora et aptiora anni tempora iam preterierūt
vix hiis temporibus grauem incursionem esse ab eis per:
timescendum, refferunt etiam hunc morem eorum esse, q̄
facta vno anno magna incursione alio mox subsequenti anō
eos à simili sibi temperare, idq; ita fieri multocies iam pro:
batum esse, forsitan etiam dimissio Imperatoris Zavolhē:
sis propositum eorum aliquatenus remorabitur, atq; ita
forsitan non erit opus tercias restes dimittendi, nec ad
bellum mouendi, Q si ista omnia suprascripta, (quod
absit) fefellerint, ipsi vero Thartari ea manu nos ag:
gredi perrexerint, cui hoc presidio militari, quod in
Russia habemus resisti non posset, proculdubio nullum
aliud presentius remedium fore perspicimus, q̄ vt omēs
regni vires in occursum hosti prodeant, quare prēter
eas coniecturas quas superius descripsi, aliud certi M.
vrē de bellica motione scriberio nescio, deus optimus
cetera gubernet, et malum prohibeat, Ser^mus Rex
Hungarie post extinctum intestinum regni sui incendiū
et auctorem illius hominem Nigrum necatum, quodam:
modo se recolligere fertur vt qui perniciosissimo intestino bel:
lo implicitus aduenienti hosti se opponere non poterat.
nunc tuta omnia à tergo habens cogere manum dicitur

et ad resistendum se parare, quamuis Serenissimus Rex Bohemie iam nonnulla Castella et Oppida per prodicionem accepe: rit, vtpote Arcem Posonien. Castellum Theben. Terna: niam oppidum, et Jaurinum quod nos Rab appellamus Quid inde consequetur, videbimus, si deus vitam concesse: rit. Gratissimum preterea michi est, Magnificum dominum Palatinum Posnaniensem ea voluntate, eaque beniuolencia in me esse, qualem ex lrīs M. vrē cognoui. Quare mi vicissim elaborandum erit, vt nullam occasionem pretermit: tam, qua non de rebus eius et ornamentis cogitem et pro virili mea agam. Dominum Andream filium Magcie vrē ex longa et difficili peregrinatione nobis redditum esse vehementer gaudeo, nec quia ad locum designatum, hoc est Ratisbonam non peruenerit, ei imputandum est, Cum palam constet Conuentum illic non fuisse habitum, vnum et alterum Principem duntaxat eo venisse, et nulla per: fecta re vicissa discessisse. Cæterum mitto vrē Magcie binas lrās podwodarum, prout optauit, et opto illam cum suis omnibus foelicissime valere eidemque me ex corde commendo Dat

Ad Capitaneos vt lrās Restium proclament.

Sigismundus dei grā Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie Masouieque etc dns et heres

MAgce Sincere nobis dilecte. Certiores facti ab Explorato: ribus nris, quos in finibus Regni nri habemus, Thartaros continuos hostes nros se instruere magnis copiis ad vastan: da domina nra, emisimus primas literas restium. Man: damusque tue. S. vt illas per Districtus Capitaneatus sui ad Nobilitatem de more mittat, et festis ac fori diebus in

Ciuitatibus et Oppidis eiusdem sui Capitaneatus proclamari, ac ad noticiam vniuersorum, et singulorum, ad expeditionem bellicam obligatorum deduci faciat, vt equos, arma, et alia bellica necessaria habeant parata. Quo vbi necessitas incumberet, que repentina esse solet, et litere in vim vltimarum restium per nos emittentur, possit vnusquisque sine mora ad locum in eisdem literis designatum proficisci. pro debito officii sui, et gratia nra facturi Dat Cracouie feria secunda in vigilia Visitacionis festi Sancte Marie domine nre Anno domini M° D XXvii° Regni nri anno vigesimo primo

Lre Restium vim primarum haben.

Sigismundus dei gra Rex Polonie Magnus Dux Lithuanie Russie Prussie Masouieque etc. dns et heres

Vniuersis et singulis, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Dignitariis, Officialibus, Burgrabiis, et Nobilium comunitatibus, Aduocatis et Scultetis, cæterisque subditis nostris, terras Regni vbilibet incolentibus, et presertim terram et Districtum de iure et consuetudine ad expeditionem bellicam obligatis, sincere nobis et fidelibus dilectis, gratiam nostram regiam, Mgci, Generosi, Nobiles, Famati, et Prouidi, sincere et fideles dilecti, Significarunt nobis pro re vera, ac certissima, Exploratores nri, quos semper in excubiis habemus, Thartaros continuos hostes nros ingenti vi Regnum et dominia nra populari statuisse, iamque illos prope fines nostros degere, et quamuis in Conuentu Cracouien. preterito, decreta sunt presidia, ad leuiores tantum insultus hostium reprimendos, que in terris Russie tenemus, tamen illa ad tantam potenciam propulsandam nequaquam sufficiunt, et prouide,

ne res publica grauem aliquam iacturam, quam dominus deus auertat, accipiat, aut in magnum aliquod discrimen incidat. Vobis omnibus in commune, et unlibet seorsum, qui expeditionem bellicam generalem et seruitium nobis et Reipublice debetis, in vim primarum vestrum notum facimus et mandamus, vt equos, arma, tela, aliaq; omnia ad bellum necessaria, parata, et disposita, iuxta debitum et facultatem vram habeatis, vt am primum aliis vestrum litteris à nobis admoniti fueritis, possitis citra moram vllam ad tuendam patriam et hostes propulsandos, accurrere, sub pena amissionis bonorum omnium. Volumus tamen, vt interim iudicia publica, Terrestria et Castrensia, non intermittantur, vt Contribuciones in Conuentu generali decrete, de quibus dicta præsidia seruantur, edantur, ac soluantur, et taxatio bonorum, ac fundorum, iuxta constitucionem eiusdem Conuentus generalis non impediatur. Et ne quispiam de hoc mandato meo aliquam ignorantiam prætendat, Volumus et Mandamus, vt vnus ad alium sibi viciniorem presentes litteras meas, cum illas perlegerit, transmittat. Vltimus vero easdem loci Capitaneo representet. pro gratia nostra aliter facere non ausuri. Dat. Cracouie feria secunda in Vigilia Visitacionis Sancte Marie domine nostre. Anno domini M°. D. XXvii°. Regni vero nostri Anno vigesimo primo

Ioannes Rex Vngarie

Petro Tomicio Epo Cracouiensi & Regni Polonie Vicecancellario.

Cum non dubitemus vre Rme Prti esse exploratum omnem Statum rerum nrarum agemus paucis cum vra Rma Prte nos post nram dei nutu ad hoc Regale fastigium assumpcionem Statim omnem curam adieceramus ad reparacionem huius Regni nri, ruinas, in quas superiori tempore per multa secula et maxime anno preterito post illam memorabilem ac funestissimam cladem Mohachien deuenit Sed nobis ista animo agitantibus et ad Arciu ammissaru recuperationem necessaria parantibus per summam nram iniuriam et libertatis huius regni nri oppressionem Ferdinandus Rex Bohemie sese per quosdam nostros infideles tres, ad summum quatuor, qui a reliquis Regnicolis nris desciuerant, in Regem eligi post nram legittimam Electionem et Coronationem, post prestitam nobis a Regno Hungarie et omnibus aliis Regnis ac Prouinciis eidem subiectis plenam obedienciam procurauit, nescimus quibus friuolis et inanibus contractibus fretus interposuerat se hiis superioribus mensibus Sermus dns Rex Polonie quem loco patris amamus et colimus dominus vester pro pace et concordia inter nos et Ferdinandum facienda. Quod ipsum etiam non dubitamus constare vre Rme Prti vbi licet nos ad omnia equa et plusqz aequa parati fuissemus, Ferdinandus tamen Regnum tantum nrm quod iustissime possidemus ipse vero ad id nihil penitus iuris habet appetens, et nullas alias condiciones que honestissime et iustissime fuissent ei oblate per Oratores nros amplecti

volens, bellum nobis iniustissimum indixit Quamuis igitur sit nobis persuasissimum vrām Rmam Prtem iusticie et aequitatis et nri rerumqz nrarum studiosam Regniqz nri Hungarie quod cum Regno Polonie ac maioribus vris fuit semper coniunctissimum inprimis fautricem, considerante presertim qz iniuste et impie Rex Ferdinandus nobiscum agat per seipsam nre iusticie et Regno patrie isti vre amico fauorem suum prestitura, rogamus tamen eandem. vt amicum charmum velit tam apud istā Artem Regiā patrē nrm amantissimum qz alibi apud fratres et amicos suos causam nrām habere commendata Que sibi certo persuadeat. Nos nihil penitus pretermisisse. Quod ad hanc facem ardentissimam Quam Ferdinandus incendere pergit extinguendam pertinere potuisset nullamqz causam dedisse ei Que vtinam non sequatur Chriam sanguinis effusionem, velitqz dominum et Principem suum Sermum dominum et vti patrem nrm charissimum admonere et hortari identidem vt nobis contra aduersarium nrm iniustissime in nos et Regnum nostrum grassantem omni auxilio esse velit, Quod vre Prti Rme in nos officium rebus omnibus et omni gratitudine Qua poterimus rependere conabimur de qua re plura nunciauimus per hunc Mgcum et Generosum Joannem do. Rozdrasewski Castellanum Camenecensem cui Rma Prtas vra fidem indubiam adhibere velit et optime valeat ex Buda duodecima die mensis Junii Anno domini Mo D XXvii° Regnorum nostrorum predictorum Anno primo

Responsum a Sigismundo primo, rege Poloniæ oratori Joannis Regis Vngariæ Joanni Rosdrazewski, polono. datum.

Regia M^tas dominus nr. Cum iampridem graues inimicitias et bellum pene implacabile, inter tam potentes Reges oriri viderit non mediocri dolore et tunc afficiebat^r et modo afficitur, perspicit enim (id quod iam res ipsa plane indicat) non modo cædem, vastitatemq; et Chriani sanguinis effusionem, verum etiam toti reipublicæ Chriæ perniciem et perpetuam iacturam inde consequuturam esse.

Id quominus fieret conata est sua M^tas pro facultate sua occurrere, et nec opere, nec impense parcens, nihil intentatum pretermisit, quo tantos Reges, aut penitus in gratiam reducere, aut saltem honestis condicionibus ad concordiam redigere posset, Miseratq; in eo negocio insignes Legationes primum Pragam, tandem vero Olomuntium

Atq; et modo si aliquam oportunitatem, tanti incendii restinguendi excogitare posset, non dedignaretur, omne suum studium et operam ad id conuertere.

Sed cum nullam viam ad id efficiendum confideret sua M^tas gliscentibus vtrinq; perniciosissimis odiis. agit tamen Ser^mo domino Hungariæ Regi summas gratias pro ea in se et in regnum suum beneuolencia et amore quo se ab eo prosequi, cum et alias, per alios Oratores eius tum per vos domine Orator intelligit.

Quam beniuolenciam et amorem, quoad poterit et licebit

vult omnibus officiis et facultate sua illius M.ti semper referre.

Auxilium sibi tamen nunc ferre iustis de causis non potest nam preterq̃ q̃ antiqua et plura foedera literis vtrinq̃ firmata, Polonie et Bohemie regnis vtrinq̃ intercedunt quibus, ne alterum ab altero lacesseretur cautum est. Accedit eciam domesticum et prope anniuersarium malum quo impedita Mtas sua, satis superq̃ negocii habet, si regnum suum tueretur, nedum vt alicui suppetias ferre posset.

Palam siquidem est cum quo genere hostis sue Mti res est Nempe cum Thartaris, quorum vis et modo Regno eius imminet, que nec vinci, nec arceri, nec pacari potest, nisi firmissimo præsidio in limitibus habendo, quale tametsi Mtas sua satis firmum habeat, cogitur tamen vltra id cum vniuersis subiectis suis in armis et semper pene in statione esse.

Quodsi sua Mtas cuipiam auxilia ferre debuisset, potissimum Nepoti suo char.mo Ser.mo olim domini Ludouico Regi, superiori anno extremis laboranti subuenisset, tamen quia sub id tempus iidem Thartari numerosissimis copiis, pene intima Regni inuaserant coacta fuit sua Mtas cum maximo dolore suo, vnicum amantissimumq̃ sibi nepotem defere.

Cum vero sua Mtas non minori sollicitudine ab eisdem Thartaris eciam et modo vrgeatur (quippe qui ~~nam~~ nõ minores copias instructas et ad incursionem faciendam paratas habeant vt superiori anno habuerant) Ser.mus

domimus Hungarie Rex pro sua prudentia et humanitate facile Alti sue domino meo dabit veniam, et boni consulet; si illius desiderio (vt nunc se res habeant) minime satisfacere potest.

Petrus Tomicius eps Joanni regi Vngarie

S Exme Princeps et domine, domine mihi colendme. Post cō: mendacionem seruilutis et orationum mearum. Reddi: dit michi lras Sacre Alti vre dominus Joannes Ros: drazewskij Orator eius expositq ea omnia que illi Alas vra comisit, doleo ego impense quod Alas vra et regnum eius impetatur ab his qui illi merito ni talo communi diserimine adesse deberent, nec permittitur Alas vra Regnum suum quod illi diuina ordinacione regit ex nigenti clade quam accepit restaurare, vnde quantum dispendium sequi potest, non his solum regnis sed etiam vniuerse rei christiane; nemo est qui non intel: ligat. Persuasissimum autem habeat Alas vra Ser^ma hunc dominū meum non secus facere Alti vre omnem foe: licem successum quàm filio suo proprio, dolereq ex animo Altem suam quod vta a viciis christianis Alas vra infestetur, cui adesse modis quibus posset cupit, et de hac re cum subditis sms capere vult consilium oportunum, nam profecto omnes considerant quanto affectu fauet Alas sua et nos omnes Polom Alti vre et regno eius aim quo nobis vetus amicitia et coniunctio intercedit quod facilius Alas vra ex ipso Oratore suo intelliget. Quod ad me attinet, est mea suma voluptas et erit in posterum sep inseruiendi Alti vre Ser^me, neq vnq pretermittam vllam ope: ram et studium, quodcunq prestare potero, pro augenda digni:

tate et bono statu Mtis vre quare plurimum illam rogo vt me in numero suorum habere et sua bona gracia complecti dignetur. Ser^me Rex cum hec scribi fecissem superuenit Nunctius cum lris Mtis vre quibus michi ꝙ suam victoriam de turbatore illo domestico regni sui significauit que et Mti Regie et nobis omnibus fuit acceptissima, et proinde ago immensas gratias vre Mti ꝙ me hoc suo successu et leticia impartiri dignata sit, precorqꝫ dominum deum vt illi reliqua omnia succedant ꝙ foelicissime cui me et obsequia mea iterum ex corde commendo.

Clementi septimo Pontifici Maximo.
Ioannes Rex Vngarie

B.

Beatis^me Pater et domine clementis^me. Post deuota pedum oscula Sanctitatis vre beatorum, Quante probritatis integritatis et doctrine sint Rndi in Chro Pres domini Petrus Cracouien et Andreas Plocen Epi Prelati regni Polonie, non credo latere Scti^tem vram. Quiquidem et Sancti^tis vre ac Sancte Sedis Apostolice sunt obseruan^mi et mihi Regnoqꝫ meo valde vtiles vnde et probitatis sue fructum aliquem et laborum præmium consequi possint. Supplico Sanctitati vre dignetur ex sua clementia imponere et concedere pensionem mille florenos super Epatu Transiluanien soluendam domino Petro Cracouien et florenorum quingentorum domino Andree Epo Plocen ex Epatu Vesprimien nunc vacantium in regno meo: Studebo ego id Sancti^ti vre et Sancte Sedi Apostolice omni obsequio rependere: Sancti^tem vram per multa secula saluam et felicissimam ad Salutem et conseruationem Reipublice Chrianē valere opto. Datu ex Castris exercitus mei prope Zenthffalua decim sexta die mensis Augusti 1527 Regnorū meorū anno prio

Ioannes Rex Vngarie
Petro Tomicio Epo Cracouien
Regni Polonie Vicecancello.

A

RXME in Chro Pater domine et amice Sincere nobis dilecte. Salutem et omne bonum. Vt amori vro, et erga Mtem nostram obseruancie in aliqua parte respondere possimus, imposuimus super Epatu Transsiluanien nunc in regno nro vacante pensionem florenorum mille pendendam perpetuo R. P. V. eo anni tempore quo Sedi Apostolice visum super quo ad Sanctis^mu dominu nostrum lras dedimus. Quas Pr^tas vra curabit confirmari et hanc gratiam nostram vt libenter suscipiat, vt per nos benigne collata fuit. Dabimus operam vt deinceps quoq plura in vos conferre possimus super hoc autem et de aliis rebus, is Orator noster R^me Pr^ti Vre plura refert cui rogamus credere vt nobis ipsis velitis Datu ex Castris nostris prope Zenthffalwa feria sexta post Assumpcionem virginis gloriose Anno doi M^o D^o XXVII°

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Dantisco ori apud Cesarem.

MAg^ce fidelis dilecte. Quod te hactenus à munere Legationis quo isthic fungeris non absoluerimus, neq te ad nos reuocauerimus facit cum rerum nostrarum ratio tum temporis huius perturbati condicio cum primum tamen oportunum nobis tempus videbitur te absoluendi, euestigio tibi declarabimus, et te nobis restituemus. Interim maneto adhuc in Aula Coesaree Mtis donec à nobis fueris reuocatus et que ad rerum nostrarum vtilitatem, nostramq cum Coesarea Mte beniuolenciam et coniunctionem faciunt diligenter vt hactenus fecisti curato, Coeterum soluto Quadragesima preterita Conuentu Regni nri petiuit à nobis Magnificus

Jaroslaus Laski Palatinus Siradien veniam Loretum, ad quedam vota persoluenda concedendi, qua obtenta intelleximus posthac omisso votario itinere in Hungariam deflexisse, seqz illi Regi addixisse, demum in Galliam et Angliam eius nomine profectum esse prorsus absqz vlla sciencia et voluntate nra, hec ideo tibi scribimus vt si fama aliqua isthuc ad Aulam Coesaree Mtis de ipso et actis eius permanauit aut postea permanauerit scias rem vti se habeat, vt suspicionem si quam inde de nobis vel Coesarea Mtas vel aliqui alij conciperent vera ratione diluere possis, nollemus enim causa huiusmodi Ardelionum videri quicqz aduersus amorem et coniunctionem nram cum Coesarea Mte committere, nam profecto vt hec Legatio facta sine sciencia et voluntate nra ita et molesta est nobis plurimum et erit omnino no impunita. cures vt sepius nobis scribas et bene vale Dat Cracouie 16 Augusti Anno doi M° D XXVII°

Stefanus Verbetius Cancell Vngarie
Petro Tomicio Epo Cracouien Vicecancello polo

RME domine, domine et amice obseruanme premissa mei commendacione, Statum huius regni presentem R. D. Vre ab hoc Rndo domino Joanne Statilio Praeposito Buden Secretario et Consiliario regio clarissime intelliget, prouerbium tritum est, principiis obsta sero medicina paratur longe facilius erat premanibus habita conseruare qz ammissa recuperare coram deo tamen non sum in Culpa qui satis, superqz clamaui, sollicitaui, imo instigaui et vrsi hanc Mtem dominum meum clementismum modum eciam de remedio iuxta meam opinionem dedi, Sed nichil profeci, prout dominus ipse Statilius testimonio esse poterit Cu itaqz necessitas extrema suam Mtem et nos omnes cogat

ad istam Mtem Polonie dominum vtriusq; nrm graciosi-mu
recurrere, non minus eciam R. D. Vram impulsare pro
eo ex singulari illa confidencia, quam in ipsa R. D. Vra
semper habui, et modoq; habeo, presentibus acuratissime
rogo, velit apud istam Mtem instare, laborare, operamq;
dare, vt voto, et peticioni ipsius domini mei clementis-mi
sua Mtas effective condescendat atq; respondeat non erit
immemor domini mei Mtas beneficij illius Mtis, neq; ami-
citie et obsequij R. D. Vre ingrata. Quantum ante
ad nos attinet, qui vestigia sue Mtis sequimur, serviciorum
nostrorum exhibicione studebimus perpetuo compensare.
munus vero domini mei nunc R. D. Vre oblatum, pria
fronte, grato suscipiat animo, cum tempore maius habitura
Quam in reliquo foelicissime valere semper opto ex Castris
Regiis prope Pesth positis decima septima die mensis Au-
gusti Anno domini M° D XXVII°

Sigismundo primo Regi Polonie

Benedictus de Zentlaria Castellanus Castri Leua
Regis Joannis factor generalis.

Ser-me Princeps et domine, domine clementis-me. Post fide-
lium serviciorum meorum humillimam recomendationem.
Constat Mti Vre Ser-me optime Quanto in periculoso Sta-
tu anno elapso Regnum hoc miserrimu per Thurcos Chris-
tiani nomini hostes positum sit, ac qualiter igne et gladio
deuastatum et nunc rursus per Alemanos distrahatur et
laceratur, non dubito Mti Vre Ser-me constare, adeo Ale-
manus inualuit, vt nonnulla Castra vsq; ad Budam per
dedicionem accepit, Ser-mus dominus meus graciosissimus
Rex Hungarie in Campo Rakos Castra sua non magno
adhuc numero gencium locauit, timeo de periculo vltimo
sue Mtis. Quod quem habeat exitum ignoro. Notum est

Mti vre Serme, Q vniuersa Jura possionatus et heredita:
tis, ac omnes Arces, et cuncta bona prefati domini mei Re:
gis Illustrisma virginem Heduigem Reginulam filiam Mtis
vre Serme vnacum ipso domino Rege, tum iure Successor tn:
q de approbata consuetudine huius Regni et tum ex vi inscrip:
cionis, super quibus lre inter Mtem vram Serma et dnos
meos graciosimos extant efficaces, deficien eisdem concernat
et aspiciant, et ad heredes Serme Mtis vre deuoluantur
Et cum alter eorum dominus Georgius Comes etc dominus
meus graciosimus, anteq anno elapso bellum in Thurcas adi:
ret, in quo interiit, commiserat in mandatis, Q si ipsum aut
fratrem suum dominum Joannem eo tunc Vaiwodam Trans:
siluanum bello Thurcarum interire contingat, vniuersas
Arces et alia bona Juraq possionar Mti vre Serme ac Il:
lustrissime Reginule filie eiusdem Soror sczt ipsorum do:
minorum meorum graciosimorum omnes Officiales conseruare
et tenere deberent Quod propositum et voluntatem dni
mei graciosimi, Sermo domino Joanni Regi, domino meo nup
declarassem in tali casu voluntatem et propositum domini
fratris sui approbauit et laudauit, Nunc autem nescio
quopacto res Sermi domini mei Regis succedant, Supplico
igitur Mti vre Serme tanq domino graciosimo, dignetur
prouidere debito tempore Juri suo Quia sentencia est Regis
Ferdinandi vt mox istas partes inuadat et omnes Arces
Regias expugnet, et diuidat, Non enim dubium erit si Mtas
vra Serma prouidebit in tempore omnia ista bona et Arces
Regie poterunt esse salua, poterit voluntati huiusmodi et
opinioni Regis Ferdinan ista lege obuenire (viare) quia omnia bo:
na et Arces regie heredes Mtis vre Serme de iure et
consuetudine huius Regni concernunt, et aspiciunt, hec
idcirco Mti vre Serme rescripsi, vt prouideat et succur:
rat tempestiue rebus et Juribus suis ne si quid aduersi ac:

cidat me et officiales de aliqua negligencia possit culpare/ Ser^me
M^ti vre mea fidelia seruicia iterum perpetuo commendo
Datum ex Arce Lewa in Vigilia festi beati Bartholomei
Apli Anno domini M . D . XXvii^o

Ferdinandus Rex Vngarie et Bohemie Sigismundo primo Regi Polonie

Ser^me Princeps frater et Sororie nr char^me. Cum die
XXX Mensis Julii proxime elapsi ex Ciuitate nra Vie:
na cum reliqua Exercitus nri parte ad Regnum nrm
Hungarie descendissemus, et ad confinia Regni predicti ap:
plicuissemus, adfuere illico Prelati, Proceres, et Nobiles eius:
dem Regni, qui nos velut Regem legittimum Hungarie so:
lenni more et reuerenter exceperunt, à nobis in persona nra
solitum Juramentum suscipientes, alteras igitur quas nobiscum
adduxeramus Exercitus nri copias alteris quas iam pri:
dem ad Castrum Deven, et Posonien simul et Tirnauien iam
à nobis per deditionem acquisita premiseramus coniunximus,
proximaq; inde fuit nra ad Castrum et Oppidum Jauri:
en profectio. Quorum vtrumq; se nobis dedidit Quibus
acceptis nra deinde ad Castrum Comaronien fuit transitio
Quod cum repugnare conaretur, tametsi longe munitis^mum
et vltra Danubium situm oppugnationi incomodissimum fue:
rit intra sex plus minus horarum spacium vi Tormentorum
Bellicorum ad eam deformitatem et ruinam pene redegimus
Quam Lux tam bene sita ac munita vix accipere posse cre:
debatur. hoc idem visa rei magnitudine et armorum poten:
cia se tandem in graciam, et simul indignationem nostra
obtulit, sic etiam à nobis acceptum porreximus insuper
ad Castrum Thata. Quod itidem se potestati nre reddi:
dit Reliquum iter postea versus Strigonien Oppidum et

Castrum instituimus. Ciuitas iam antea nobis per deditionē
oblata, sed Castrum se nullo modo reddere decreuerat quod
nos eius diei parte pomeridiana, qua applicueramus, obse:
dimus Tormentisq; leuioribus et expeditioribus oppugna:
uimus, donec per noctem grauiora et validiora admoue:
rentur quorum vi tandem idem intra medium vix diē
pariter obedire coegimus / Castrum vero et Oppidum Vis:
schegrad se q̄ nobis reddidit. Deus item optimus Max:
nobis licet immeritis fauens vsq; ad Regni nr̄i Sedem
Budam, quam et in potestatem q̄ nostram accepimus, cō:
ducere dignatus est, cui vt semper laudem et gloriam in
actionibus nr̄is dedimus, ita nūc q̄ gratias illi sum̄as
agimus et habemus, q̄ hanc expeditionem nr̄am adiuue:
rit et foeliciter hactenus citra vllam sanguinis effusionē
succedere noluerit, nos vbi Comes ille Scepusien̄ aduenire
et sibi appropinquare vidit, saluti suē fuga consulere in:
cepit Quam adhuc continuat nobis insciis vbi nam
locorum agat, Certissimo tamen accepimus nunctio illi
circiter bis mille et Quingentos vt summū homines esse
Nos vero illum cū gentibus nr̄is, vbicūq; poterimus, insequēm̄
et dignis modis tractabimus, que omnia si bene monenti:
bus et suadentibus nobis acquieuisset, intermissa fuis:
set. Quod Ser̄ti vrē vel ob id maxime, quum explo:
ratissim̄ habeamus suam in nos beniuolentiā et affectionē
paternam et q̄ rebus nr̄is non nisi optime velit ac earū
foelicem successum ex animo cupiat, significare voluimus
Quē foelicissime valeat Dat̄ in Castris nr̄is ad Ciui:
tatem nr̄am Regiam Buden̄ infra Pesth positis XXII
Mensis Augusti Anno dn̄i M° D XXVII° Reg:
norum nr̄orum anno primo

Sigismundo primo Regi Polomiæ.

Joannes Franciscus Epus Scarensis.

Post manuum osculum Sacrarum. Puto iam dudum ex frequentio-
ribus meis scriptis, et aliorum relatione ad aures Sacratis-
me Regiæ Mtis Vræ, Romanæ Urbis exaduum perlatum
fuisse. Cupidus. n. Sanctis^mus dominus mr Christianæ pacis,
vt michil omitteret, quod ad verum chri Vicarium per-
tineret, quæq victor, cum Cesare foedus percussit, atq Aqui-
lam Apprucij Metropolim, et Saleznum insignem in Regno
Neapolitano Ciuitatem, quas acceperant milites sm Cesari
restituit, armaq deposuit, et vniuersum Exercitum dimi-
sit, credens se ommino Cesaris fidei, rebus igitur compo-
sitis atq foedere Jureiurando firmato, Hyspanus miles ad-
unctis Germanis Copiis, quæ dudum per Italiam va-
gabantur vi^a Maij omnis paris et concordiæ foederis per
Cesarem cum Sanct^mo domino nro perrupti, obliti Romæ
hostiliter inuaserunt, ibidemq, ea, quæ nulla vnq antea
narrauit historia, ita crudeliter exercuerunt, vt crudelius
à quo quæ, neq scribi, neq excogitari potuisset, in quo Con-
flictu Dux Borbonius interijt, gloriosiore certe nece q sua
impietas merebatur prophanata. n. Templa, adeo, vt Sa-
cer locus non sit, seu minimum Sacellum, quod non in Sta-
bulum sit immutatum, homines religiosi vna animo-
centibus pueris interfecti, prostituta Sanctimonialium Mo-
nasteria Sacrosancta, infirmi ex Hospitalibus in Tyberim
proiecti, Sanctorum reliquiæ auro argento et lapidibus
preciosis spoliatæ, neq beatissimorum Petri et Pauli Apo-
stolorum Capitibus, seu Veronicæ (quem vocant) vultui

Sancto est parcitum, neq; (quod omniu nephandissimum est) Venerabili Eucharistie Sacramento, Corpori dni Seruatoris est. n. (quod aures abhorrent audire) in terram proiectum, et pedibus conculcatu, aurum ablatum, omniaq; contaminata et conspurcata adeo, vt ex celeberrimo mundi loco factum sit Stabulum equoru, Campane silent, diuina intermittuntur officia, Organa cofracta, Prelati (si qui inuenti sunt) nudis pedibus an Hyspanos, et id genus homines, eorum tectos infulis, et eqs insidentes Stratoris officium exercendo, in magnum religionis dedecus inambulare coacti sunt. Sanmus vero dominus nr vna cum Rmis dominis Cardinalibus in Castrum Sancti Angeli se recepit, cum quibusdam Italicis Capitaneis, vicz Laurentio Ceri, et Horatio Baglino, ibidemq; Sanctitem suam vigesima quinta Mensis eiusdem auditur frustra oppugnatam fuisse, Quinimo parua Pontificia manu, quatuor Machinas ab Hyspano milite ablatas, multos q̃ cesos, Quis non doleret, quis non summo cum fletu contemplaretur, tam Celebrem Vrbem adeo fuisse deuastatam, adeoq; cecidisse religionem, Quid nunc Moschouite? quid Thartari? quid Thurce dicant? cum manifestum sit, tocius Chrianitatis caput a Chrianis oppugnari et vim pati? Sed quid futurum sit, latet in fatis, hec scripsi non vt Chrianismu Sacratisme Regie Mtis vre pectus, quod pietatis plenum semper fuit nouo doloris gente, comemoratione peramplius exulcerarem, nam potius lachrimoso silentio inuoluenda fuisset. Sed qm seruus sum Sacratisme Regie Mtis vre nolui, q̃uis non sine summo dolore obticere ea, que ex officio et relligionis amore manifestare compellor Que etsi tacere conarer, propalant equide

innoxii sanguinis fusi, innumerabiles queruleq; voces, qui absq; intermissione clamat ad deum de terra, in rebus vero Sacratis^me Regie Mtis Vre, si illud non est actum qd commissum fuit et sperabatur mirandum haud qq; est, videt n. Sacratis^ma Mtas vra Regia quale sit oppositum impedimentum. dabit tamen (vt sperandum est,) Deus optimus Max. his quoq; malis foelicem exitum, interim faciet Sacratis^ma Regia Mtas vra rem liberalitate sua dignissimam, si mihi in omnibus rebus, tanq; mancipio semper imparavit suo, anteq; autem Venetias venissem quo quintadecima huius adplicui, nichil harum rerum certi habere potui quinimo omnia ad me perferebantur subos: cura, alias celerius significassem Sacratis^me Regie Mti vre. Fertur autem fama constantissima, viginti millia pe: ditum et Quingentos Cathaphractos à Chrianis^mo Gal: lorum Rege destinata, Italiam intrasse, Pontifici et labe: ti religioni suppetias latura, Ego vero tam diu Venetiis immorari compellor (quamq; cum summa rerum iactura et immodico sumptu) q; diu aliquam rerum faciem conspice: re datum fuerit. In vniuersa autem Italia summa anno: ne caritas maiorq; reformidatur futura, pluuie n. ita frequentes sunt, et tam magne vt æstas in hyeme videatur immutata, et Coeli ipsi religionis miseriam deflere sese preseferant. Ager n. Mantuanus atq; Fer: rarien, ab irrumpente Pado fluuiorum maximo pene est totus submersus. Osculor demum manus Sacratis^me Re: gie Mtis vre cui me tanq; mancipium deditissimum humill sepius comen. ex Venetiis xxix Maij Anno doi M^o D xxvii

Sigismundus primus Rex Poloniae

Ioannes Franciscus Episcopus Scarensis

Post manuum osculum Sacrarum. Ex literis quas iam dudum Sacratissime Regiae Mti vrae miseram arbitror eam satis de Romanae Vrbis excidio. Ecclesieque calamitate intellexisse atque nunc eadem repetere superuacaneum censeo. Ego vero in hanc vsque horam hic immoratus sum, propediem Picenum petiturus, quemadmodum Sanctissimus Dominus noster per lras suas michi mandauit, ibidemque immorabor donec Sanctas sua me vna cum Oratoribus Moscouiae Ducis ad se vocauerit. In Italia vero quid nunc agatur, si scire cupit Sacratissima Regia Mtas vra Hyspanus miles, qui vna cum Germanicis copiis Romam vastauerant, magna parte peste interemptus, nam ex viginti quattuor millibus, qui Vrbem intrauerant, plus minus octo exiuere, atque Narniae, Interamis, ac Thuderti nunc se continent. Galli autem potente manu Italiam ingressi sunt, qui nuper adiuncto sibi Venetorum Exercitu Januam ceperunt, vna cum Classe Coesarea (quae potissima ibidem fuerat) nam eam partim diripuerunt partim in potestatem suam vdegerunt. Mediolani paucos Coesareos esse intelligo, timentur vbique bella. Sanctissimus autem dominus nr sub quibusdam conditionibus Coesareis se dedidit, atque Parmam, Placentiam, Ostiam, et Centuncellas Ciuitates dedit, ipsique Ostiam, et Centuncellas iam acceperunt, Parma et Placentia nondum receptae sunt. Dicitur Sanctitatem suam nullam molestiam pati. Certumque est eam oia quae ad Pontificem pertinet, vt antea exercere et a paucis Coesareis custodiri. Speratur Sanctitatem suam statim liberam fore, nam dicitur a quibusdam Sanctissimi domini nri

captiuitatem Imperatori summe displicuisse atq; nolle, audi:
tur Hyspanum militem Neapolim se recepturum faxit deus
optimus maximus vt rata pace inter Principes Christianos
habita seuissimus Chriam nominis hostis Thurcus decrescat
et deleatur. de meis autem rebus nollem latere Ser^mam Re:
giam Mtem vram quod San^mus dominus nr vt est clemē:
tissimus inter omnes angustias, mei immemor non extitit, na
Puteolane Eccliē nuper vacanti me prefecit, quod tanto
gratius est. q Sancti^ti sue me absente adhuc diligentiam meam
perspectam fuisse intelligo. Omne vero quod à Ser^ma Regia
Mte vra mihi iniunctum est, q primum clementis^mos oculos
S^tis sue intueri licuerit exequar diligentissime. Id quoq;
non ommittendum arbitror Imperatorem Maritimum domi:
nii Venetorum, (quem generalem vocant,) magna Classe
Nauium Sc^zt et Triremium non modico numero Venetias
exiuisse summo certe fastu, et maxima pompa et quantu
coniicere possum et tectius intelligere. Apuliam atq; Siciliam
inuasurum. Osculor demum manus Sacratis^me Regie Mtis
vre cui me humillime et sepius commendo ex Venetiis
XXiii Mensis Augusti Anno M^o D XXvii

Responsum a Sigismundo rege Polonie
Datum Statilio ori Joannis regis. prima
Septembris 1527 Cracouie.

Ea que D^o vra de beniuolentia Ser^mi domini Regis Unga:
rie, qua Sacram Mtem regiam complectitur deq; foederibus
horum Regnorum, nec non de calamitate qua regnum Hun:
garie oprimitur, deq; hostili conatu, At que denique vra
dominacio nomine Ser^mi domini regis sui postulauit. Mtas
sua Regia abunde intellexit, et diligenter expendit.

Quod igitur ad beniuolentiam attinet, non ignorat quidē
Mtās sua quanta sit ipsius Ser^mi domini Regis et Regni
Hungarie exga se propensio. verum non dubitat constare vi-
ssim illius Mti et regnicolis omnibus, quē sit eius Mts
et omnium subditorum suorum exga illius Mtem et Regnū
eius Hungarie beniuolenaa et officia prestita.

Dolet autem ex corde Mtās sua ipsum Ser^mum dominū Regē
et Regnum Hungarie his cladibus et angustiis agitari, quē
cum Mtās sua mox ab initio impendere cognouisset, essetq;
inter regnum suum et regnum tam Hungarie q; eciam Bo-
hemie antiqua foedera, esset sibi cum vtroq; rege assimilas
et necessitudo non vulgaris, enestigio id quod officii sui
erat, posthabitis domesticis necessitatibus et itineribus suis
hactenus magno labore et impedio suo curauit hoc bellum
sistere et eam calamitatem regno Hungarie imineṁ aucz-
tore.

Verum cum Mtās sua nichil opera sua in hac concordia fa-
cienda perficere potuisset, resq; omnes in aleam belli de-
uenerit mirari satis non potest Mtās sua quod Ser^mus
Rex Hungarie videns hostis sui institutum, videns con-
tinuos et multiplices eius apparatus bellicos neq; proside-
rit tempori, quē opus erant ad tantos tamq; potentis
hostis conatus reprimendos, neq; vices et raciones suas
Mti sue communicauit aut secum de defensione sui con-
sulunt.

Eratq; huius spei Mtās sua, erant omnes, quōd cum illius
Mtās neq; domi vlla preparamenta faceret, neq; exter-
num militem conduceret, et hostem tamen intrepide ex-
pectaret, habuisset latens aliquod consilium, et modum

aliquem certum hostem suum reprimendi. quod aliter accidisse
Mtas sua non minus dolet quam suam ipsius aduersitatem, cō:
siderat enim ea omnia que Dº vrā tam vere q̄ copiose recē:
suit de hostili ambitu et nacionis Almanice erga hec regna
veteri inimicitia, et proinde communem hanc calamitatem regni
Hungarie cum suo reputat, idq̄ totum pro defensione illius
prestaret quodcumq̄ à se licite prestari posse videretur. verum
cum nunc primum illius Mtas vires ad repellendum hostem col:
liget et Suppecias querit cum iam hostis ipse ad vmbilicum re:
gni penetrauit arcesq̄ et flumen occupauit cum optimates et
regnicole alii ad hostem desciscunt, alii vacillant, non videt Mtas
sua quo pacto à se parua manu auxilium ferre possit illius Mti
magnas vero copias vt opus videtur, etiam si agendi facul:
tatem haberet Mtas sua, fieri tamen non posset vllo pacto
vt tam cito compari et cogi possent. attamen, id quod Mtas
sua ab initio facere cepit inter eos à quibus ex æquo deui:
cta est, etiam in posterum pretermittere non vult, sed oblata
quacūq̄ occasione bellum istud sistere et pacem omni studio
et opera sua tractare curabit.

Quia vt dictum est magna intercedit affinitas et necessitudo
Mti regie cum vtraq̄ parte intercedunt et foedera inter se
communium regnorum, nequaq̄ licet Mti sue absq̄ sciencia
et consilio omnium regnicolarum suorum, huic vel illi parti ad:
herere, et cum altera foedus rescindere et hostilitatem contra:
here.

Pecuniam quam petit dari sibi in mutuum Sermus dominus
Rex Hungarie non habet promptam et paratam Mtas sua
nam magna impendia et sumptus assidue cogitur pro sustinēdo

Statu regio/ et defensione regni sui/ aliunde etiam conquirere illam tam subito non potest/ nec habet modum vllum.

Q entes que/ sunt in terris Russie/, non est integrum Mti sue/ inde monere/; nec minima quidem illarum partem/ partim quia non sunt in potestate Mtis sue/, sed dispensatorum regni/ qui colligunt et dispensant publicam pecuniam/ et soluunt stipendia militibus/ partim etiam propter domesticum et prope annuez: sarium malum regni sui/ palam siquidem est cum quo genere hostis Mti sue/ res est/, nempe cum Tharlaris/ quorum uis et modo regno eius imminet/, que nec vinci nec arceri/ nec pacari potest nisi fremissimo presidio/ in limitibus/ habendo quale tamelsi Mtas sua satis firmum nunc habeat/ copi: tue tamen vltra id/ cum vniuersis subditis suis in armis et semper in statione esse.

Q uare curet saltem ad hiemem/ Sez^mus dominus Rex Hu: garie/ sese sustinere/, nam impossibile videtur tantum regnu/ tam paruo tempore et exigua manu totum intrapi posse. interim Mtas sua consulet regnicolas suos/ et demum qc: quid decreuerit/ oportuno modo exequetur/ ipsu/q; Sez^mu/ dominum Regem et Regnum eius Hungarie/ nulla in parte deserere curabit

A git tamen autem et habet Mtas/ sua illis Mti/ summas gratias pro ea in se et regnum suum beniuolencia et amo: re/ quo se ab ea prosequi/ cum et alias tum et nunc/ per ve: stram. d. intelligit.

Q uam beniuolentiam et amorem quoad poterit/ et licebit vult omnibus officiis et facultate sua illius Mti/ semper referre.

Quod reliquum est postulat Mtas sua, vt vra dominatio noie sue Mtis Ser^mo domino regi suo dicat plurimam salutem et omnium bonorum incrementum cuius Mtas vt optima valetudine et foelicißimis quibusqz successibus semper fruatur, eiusqz dignitas et Status fiat in dies auctior et foelicior, id Mtas sua ex animo optat et precatur seqz illius Mtis mutuo amori commendat.

Rmi et Magci domini Consiliarii hic presentes rogant etiam vt vra Do commendare velit seruitia illorum fidelia Ser^mo domino Regi Hungarie, cuius Mtem vt semper sospitem et foelicem audire possint nichil magis optant et desiderat

Responsum a Ser^mo D. Sigismundo rege Polonie datum Antonio Rinconi oratori Regis Gallie. septembr. 1527

Magce domine, beniuolencia Ser^mi et Chria^mi domini regis Gallie qua Sacram Mtem Regiam complectetur, est Mti sue satis cognita et omnium multo gratißima, illamqz hactenus mutatam non esse, Mtas sua libentis^me a dominacioe vra cognouit.

Equidem nulla erat causa mutande beniuolencie ipsius, cum Mtas sua nichil hactenus officii integerrimi amici et fratris in illius Mtem Chrianis^ma pretermiserit nam cum infelix ille casus eius Mti acciderat, qz primum compertum erat illius Mtem Chrianis^ma Hyspanias abductam nam antea incerta hic erant omnia vbi detinebatur, euestigio Mtas sua commisit Oratori suo quem habet apud Mtem Coesaream, vt officium visendi et consolandi illius Mtem prestaret, et operam omnem Mtis sue

Vide id Tomo trarum Dantisci Oris. folio

si qua conducere posse videretur illius Mti offerret.

Verum cum nequaqz ipse Orator ad illius Mtem admis:
sus esset exposuit tamen vt scripsit Serme Sorori illius
Mtis commissionem et mandata sue Mtis, que eciam:
num illa meminisse et testimonio esse potest.

Egit eciam Mtas sua cum Sermo olim Nepote suo domino
Ludouico Hungarie et Bohemie Rege, egit cum Sanmo
domino nro de liberanda illius Mte Chriamsma et quicquid
conducere illi posse videbatur, nichil intentatum reliquit na
omnino casum illum Mtis Chriamsme non minus Mtas sua
doluit qz charmi Nepotis sui interitum et proinde postulat a
vra d. Mtas sua vt hunc animum et studium eius Mtis qd
gerit erga illius Mtem Chriamsma vicissim illi declarare
et inter Mtis sue mutuam beniuolenciam confirmare et sta:
bilire velit.

Quod ad Sermu dominum regem Hungarie attinet, diligit
quidem illum Mtas sua non secus quam filium suum propriu
libentissimeqz videt illum pariter a Chriamsmo domino rege
diligi et in affinitatem asciri, verum quod ad illum iuuan:
dum attinet, quia Mtas sua nollet se bellis Chrianorum immiscere
et hi duo reges ambo ex aequo Mti sue sunt coniuncti et
deuincti, statuerat ab inicio cum pleno Senatu suo conciliato:
rem pacis inter illos agere et neutri quo ad bellum adhe:
rere, idqz hactenus Mtas sua cum maximo impendio et
egreferente Sermo Rege Ferdinando prestare curauit, et
curare vult in posterum, verum aliquid aliud statuere in:
presens, vnde inimicicie regno excitari possent, id Mti sue
absqz scientia et consensu regnicolarum nequaqz facere licet
cogitabit tamen et operam faciet, vt quibus modis poterit

ipsi Ser^mo domino Regi et Regno Hungarie non desit, interim sustineat se illius Mtas pro virili sua, nam non videtur credibile tantum Regnum tam subito succumbere debere, nisi de industria omnes deficere vellent, et tunc neq; Suppecie Mtis sue quicq; prodessent.

Debis que illius Mtas Chriams^ma significauit que à R^mo domino Archiepo Gnesnen citra scientiam Mtis sue sunt intimata, vera quidem res Thartaros hoc Regnum continue infestare, opusq; esse aliorum Chrianorum subsidio ad tanta illorum vim reprimendam, verum pudet Mtem suam quicq; ab illius Mte Chriams^ma huiusmodi subsidiarum petere erga quam nichil hactenus tale promeruit, tamen si illius Mtas Chriams^ma ex sua spontanea benignitate prestare vellet aliquid opis huic Regno, redderet sibi perpetuo et Mtem sua et Regnum ipsum deuinctum et obligatum, reiq; Christiane non parum multum conducere.

Matrimonia vero per Mg^cu dominu Jaroslaum de Lasko Pallatinum Siradien cum illius Mte Chriams^ma tractata et conclusa Mtas sua regia nichil mutat imo habet rata, grata, et firma.

Quod reliquu est, referet vra dominacio nomine Sacre Mtis Regie, illius Mti Chriams^me, omnem beniuolenciam amorem et obseruantiam fraternam que in precipuis votis habet illius celsitudinem semper sanam sospitem et in omnibus successibus suis foelicem, Illtrem et inuictam audire, offeres Mti sue Chriams^me studium facultates, et vires suas omes et se illius celsitudini plurimum et ex animo commendat.

Sigismundus primus Rex Polonie
Francisco Galliarum regi Chriamissimo

Ser^me et excellentis^me Princeps et domine frater consangui-
nee et affinis nr^e char^me ac honoran^. Fuit apud nos dig^nus
Antonius Rmcen Orator Mtis vre ea q^z omnia que^ illi
Mtas vra commisit, nobis retulit, agimus immensas
gratias vre Mti, quod nos et Regnum nostrum tanto fa-
nore prosequitur, quodq^z ea curare non cessat, que^ ad mutua
coniunctionem nostram, lociusq^z rei Chriane bonum Statu
pertinere videntur, curabimus vicissim nos eam Mtis vre
benivolenciam, omnibus officiis et amore, observa^tiaq^z nra
semper referre, que^ autem ipsi Oratori ad legacionem eius
respondimus, et quo m Statu sit hoc nostrum et Hungarie
Regnum, quicquid publicu rei Christiane salus exposi-
cat, ibidem Orator ipse Mti vre abunde referret dns
deus seruet Mtem vram semper sospitem et felicem, cui
nos ex corde comendamus Dat Cracovie Anno
domini M° D XXvii°

Sigismundus primus Rex Poloniæ Ioanni Regi Vngariæ.

Ser^me Princeps, et domine affinis, et tanq̃ fili char^me. Secretarius Ser^mi domini Ludouici, quondam Hungariæ et Bohemiæ Regis Nepotis nostri char^mi Nicolaus Gerẽdi. Cum post infoelicem et infaustam pugnam apud Mohac commissam superesset, cumq̃ rebus suis, q̃ optime consultũ fore cuperet, (ita vt homini proprium esset curare) existimauit, commodissime se facere, si se ad R^lem M^tem tuẽ Posonii agentem, conferret, vbi existens, postq̃ rerum omnium seriem longe aliter, q̃ ipse forsan opinabatur, cecidisse, immutatumq̃ esse cognosceret, constituit secum ad patriam redire, et pedibus M^tis vrẽ se subicere verum, quia interim veretur, ne quàm, propter eius nutacionem M^tas vrã, erga eum indignacionem conceperit, confugit ad nos obsecrans, vt eum M^ti vrẽ commendaremus, eãq̃ ei placatam efficeremus. Quare comẽndamus eum M^ti vrẽ simul et rogamus illam, velit ei id quo eam forsitan offendit condonare, eumq̃ fronte hilari, in numero seruorum suorum habere, graciaq̃ sua complecti, id erit nobis tam gratum, q̃ quòd maxime à M^tẽ vrã. Qua foelicissime et quietissime Regnare, atq̃ valere optamus. Dat

Sigismundus primus Rex Polonie

Jacobo de Tornallia Vngaro.

MAg^ce sincere nobis dilecte. Constat nobis vt scribit S. tua qua fide quaq; dexteritate Tranczinensi domui atq; nouissime Ser^mo q^o domino Joanni Hungarie Regi et per tot annos seruierit, quibus rebus effectum est vt nos eciam S. tuam peculiari gratia nostra complectamur, eamq; in numerum familiarium et subditorum nostrorum suscipiamus et ideo ~~in~~ receptum in regno eidem S^ti tue non grauatim contulimus conferimusq;, quo, cum rebus et familia et reliqua suppellectili sua tuto se recipere poterit, Quocumq; tempore ei libuerit, Nos vero interea de loco in Regno nro ei accommodo deliberabimus de eoq; tuam S. alias certiorem reddemus gratum insuper nobis: est q eciam commodis nostris pro facultate sua prospicit et fodinarum ac Minerarum Mgros ad adducere vult experietur a nobis etiam tempore suo dignam meritis suis gratiam S^tas tua. Que bene valeat Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancellarius Stefano Verbetio Cancellº regis Joannis

MAgce domine amice charissime ac honoran. Dominus Silvester Ozarowski prefectus Cubiculi Ser^mi domini Regis mei. Cum me magnis precibus adortus esset, vt affini eius domino Jacobo de Thornaii, quo clemenciam istius Mtis Regie a qua non tam culpa sua qz inimicorum maleuolentia excidit rursus consequi posset, adiutor essem, et pro eo, ad eandem Mtem scriberem ostendit michi exemplaria variarum Eplarum, quibus se idem dominus Jacobus de Thornai declarabat quoad viueret in fide illius Mtis permanere velle, ita vt minime verissimile sit eum qui sic erga Principem suum affectus fuerit tam subito sentenciam mutauisse, et in perfidiam prolapsum esse. Sed vtcumqz est, ego sum precibus sollicitatus, vt pro eo simul et ad M. vram scriberem per humanum michi visum est. Si homo homini prodeßem itaqz feci haud inuitus et ad Regiam quidem Mtem scripsi vt rei racio exposcebat, M. vram etiam rogo iuuet auctoritate et prudencia sua apud Regiam Mtem suam hominem, et de sua Mte olim bene meritum et vt fama fert, plus inuidia inimicorum, qz delicti alicuius conscientia oppressum, in quo rem, virtute, et humanitate sua dignam, michiqz per gratam efficiet Mcia vra. Quam foeliciter valere cupio. Dat etc

R̄ME in Chr̄o Pater et domine frater et amice char^me ac honorand̄ Salutem et plurimam foelicitatem, Quiq̄ decretales littere que ex Cancellaria Regia proficiscu̅tur non fere dari solent, ea forma et stilo quo eas vr̄a R̄ma D^o habere volvit, exemplarq̄ huc misit, tamen cum eam ita velle intellexi, haud grauatim effeci, vt littere ipse, ea forma et stilo, et scriberentur et signarentur quo eas dominacio vr̄a R̄ma habere cupiuit, eas, ei, per presentem nunctium eius mitto. R̄lis M̄tas cum vniuersa familia et comitatu suo, propter Pestis, que hic increbrescit metum, hodie Niepolomice versus hinc profecta est, qua Regia quoq̄ M̄tas hac Ebdomade consecutura est, nos etiam quo cuiq̄ commodius videbitur, hinc digrediemur, Hungaria bello ardet Rex Bohemie Ferdinandus, cum non contemnenda manu Vienna profectus, Posonien̄ Arcem primum tandem, obuia queq̄ nemine, repugnāte in dedicionem accepit Postremo Strigonium ipsum, nunc Budam quoq̄ regni caput occuppauit, Rex Hungarie Joannes cum se imparem hosti videret, cessit et traiecto apud Pestum Danubio Agriam versus se contulit, cum eis quos sibi fidos habet, qui pauci sunt occasiones, et sustinendi et inferendi belli expectaturus, laboratur ingenti prodicione, nam multi ex primoribus Hungarorū sponte ad Ferdinandum transierunt, Nec Archiepus̄ ip̄e Strigonien̄ suspicione caret, tametsi adhuc neutralitate quandam sequi videtur, fuit hic ipsius Joannis Regis Hungarie Orator Statilius, petens auxilium, siue militare

sine pecuniarium. Sed nichil obtinere potuit, cum propter nostram (quam optime vrā Rma Dō nouit) tenuitatem tū quia magna intercedit affinitas et necessitudo Mti domini nri cum vtriusqz parte intercedunt et foedera inter se comunium Regnorum et ob hoc non videtur licere Mti sue huic vel illi parti adherere et cum altera foedus rescindere et hostilitatem contrahere, tamen pro ratione rei et temporis responsum sibi est hodie. De reliquo harum rerū euentu, deus nouit, ego quid conicere possum non facile reperio. Rmam D. vrām bene valere cupio, eiusqz amori me commendo Dat

MAgce Sincere nobis dilecte. Rndus dominus Joannes Statilius SErmi domini Hungarie Regis Orator inter cætera que nobiscum hic egit significauit nobis, qd Stas tua ad eundem Sermu dominum Hungarie Regem, cum eo quo posset Comitatu, se conferre in animo habeat, Si modo cum bona nrā venia sibi id facere liceret, nos tametsi per generale edictum nrm vniuersis subiectis nris, prohibuimus ne quisqz eorum, extra regnum nostrum militatum aliquo se conferre auderet, et hec propter metum incursionis Thartarice que omnibus pene momentis, prouinciis nris iminet Tamen cum tempora suspectiora et periculosiora iam pene preterierint quibus potissimum irruptionibus Thartarorū caueri solet, si habet animum S. tua ipsi Sermo domino regi Hungarie Suppetias ferre et ad eius Mtem proficisci sciat Se id nrā bona venia facere posse, modo tali condicioe vt videlicet tanqz suapte sponte nobis irrequisiti et nisciis id faciat et bene valeat Dat

Petrus dei gratia Epus Cracouien rc Vniuersis et Sin:
gulis quorum interest vel interesse quomodolibet poterit
et signanter Venerabili Capitulo Plocen omnibus deniq
vtriusq sexus Chrifidelibus eiusdem diocesis Plocen
tenore pntium significamus. Quod cum superioribus
diebus Ser^mus dominus dominus Sigismundus Rex et
dns nr clementis^imus vacante Epatu Plocen post obitu
Rmi domini olim Raphaelis illius vltimi possessoris ad
prefatum Epatum Rmu dominu Andream Epm Przemis:
lien et ad Premislien Epatum Rndum dominu Joanne
Karnkowski Prepositum Crac nominasset et Sedi Apo:
stolice per literas suas regias presentasset prefatiq dni
Andreas et Joannes nominati et presentati literas pntaci:
onis cum pecuniis et mandatis sufficientibus ilico nona
Mensis Aprilis preteriti ad eandem Sedem transmisisset
ipseq litere in Vrbem Romam die Jouis intra octaua
Pasche perlate et San^mo domino nro reddite et prese:
tate fuissent illiusq Stas in proximo Consistorio feria se:
cunda post Conductum Paschce habito dictos dominos
presentatos Andream ad Epatum Plocen Joanne vero
ad Premislien promouisset et promictiari fecisset ac
illis de ipsis Epatibus vt mores est legitime prouidisset
moxq deinde quod dolenti^mo animo referimus ingens ca:
sus diuina permissione subsequutus fuisset nempe Vrbs
Roma ab hostibus intercepta sumus Pontifex in obsidioe
constitutus Curia et officia omnia destructa Vrbs tota
direpta templa et Monasteria spoliata diuina et humana

omnia confusa et profanata in eoq summo casu et calami:
tate nedum litere prouisionis ipsorum Cpatuum expediri
sed ne sumus quidem Pontifex adiri vllo modo citra vite
discrimen potuisset, ac etiamnum possit vt hec omnia ex
certissimis documentis et testimoniis satis constant ipse Ser mus
dominus nr Rex vt Chrianus et sapientissimus Princeps
considerans huius infoelicis seculi perturbationem et religio:
nis Sancte discrimina considerans dictum vtrumq Epis:
copatum Plocen et Premislien hereticis et infidelibus
vicinum esse, nolens eosdem Cpatus causa literarum Apos:
tolicarum que expediri legitimo impedimento non potue:
runt, neq etiamnum possunt diuicius suis Epis et Pasto:
ribus carere, vnde multa incommoda religionis sequi pos:
sent, maxime cum de re ipsa, nempe de prouisione Sedis
Apostolice legitime facta sufficientibus testimoniis constat
que omne litterarum defectum supplere solent, neq per
ipsos dominos Epos stetit neq etiamnum stat quo minus
lre necessarie expedirentur imo ad ipsarum expedicio:
nem omnem diligenciam adhibuerunt, et nunc etiam adhi:
bent committere nobis dignata est Mtas sua regia, vt
Epo et officiali suo, vt acceptis debito modo testimoniis su:
ficientibus de promocione ipsorum dictorum dnorum Eporum
per Sedem Apostolicam facta omnibus quorum interest tris
nris declararemus, vtq ipsi per huiusmodi declaracionem
possessionem suorum Cpatuum assequi et Iurisdictionem
in Spiritualibus et temporalibus que illis ex prouisione
Apostolica iam merito debetur exercere possent et valeat
Quare parendo mandatis illius Mtis tam pii et Chri:
stiani Principis de Iurisperitorum consilio citacionem contra
eos qui in Mense Iunio ex Vrbe exiuerunt et huc reuer:
si sunt decreuimus eosq ad officium nrm citari fecimus
viczt Venerabiles dominos Ioannem Rudniczki Archi:

diaconum Vnienien et Canonicum Posnanien Laurentiu
Zelezniski Canonicum Chelmen Andream Clicewski Re:
ctorem Ecclesie Parrochialis in Rokithno Posnaniensis
Diocesis Joannem Lucowski in Grocholice Gnesnen dio:
cesis et Stephannm in Zagroba diocesis Plocen Eccli:
arum parrochialium Rectores qui prestito corporali suo
Juramento omnes vniformiter et concordi voce testificati
sunt de certa sua scientia dictos dominos Epos Andrea
ad Plocensem et Joannem ad Premislien Epatus per Sedem
Apostolicam prouectos et per Rmu dominu Cardinalem
Sanctorum quatuor Protectorem Regni nri in Consistorio
die lune proximo post Conductum Pasche que erat xxix
Aprilis pnte Sanctimo domino nro Clemente septimo pro:
nunctiatos esse cedulamq huius pronunctiacionis in manibus
eorum Procuratorum esse minutasq et exempla pro literis
desuper expediendis conscripta cedulasq cambii et Tra:
pezitas seu Bancharios pro ipsa expedicione per eos visas
et alia omnia superius expressa verissima fuisse deposu:
erunt et testati sunt eademq omnia etiam Procuratores
ipsorum dominorum Eporum ex Vrbe literis suis que
etiam coram nobis producte sunt perscripserunt Quare
hec omnia vobis imprimis Venerabilibus dominis Pre:
latis et Canonicis totiq Capitulo Ecclie Cathedralis
Plocensis ac omnibus aliis quorum interest de mandato
dicti Sermi domini nostri Regis nota facimus et decla:
ramus vt hoc modo de promocione Rmi domini Andree
Epi Ecclesie vre Plocen per Sedem Apostolicam facta
certiores facti ipsum pro legittimo Epo et Pastore vro
recognoscatis eiq omnem honorem et obedientiam qua
debetis exhibeatis in quorum omnium et singulorum pre:
missorum fidem et testimonium pntes literas iussimus Norii
publici subscriptione et Sigilli nri appensione communiri

Dat Cracouie die vigesima octaua mensis Julii Anno domini M. D°. XXVII Indicione 15 Pontificatus Sanctis^mi^ ni Chro Pris domini Clementis Septimi anno quarto presentibus Opalenski, Isdbienski, Joanne Lubouiczki, Stanislao Borg, Mathia de Schamotuli, Martino Garwolin, Stanislao Gorski Alberto Lubouiczki Notariis, Stanislao Piczkowski Cubiculario

Andreas Cricius Eps Plocensis
Petro Tomicio Epo Cracouiensi &
Regni Polonie Vicecancellario.

R^me^ mi domine Narrauit mihi hodie dominus Archidiaconus Cracouien, que fuerit inter eos et meos Canonicos disceptacio, super Jurisdicione mea et significatione d. vre R^me^ quod iam illam intellexisse non dubito, mihi omnino non videtur, vel illis vel domino Archiepo Supplicandum pro ipsius Jurisdictionis facultate eciam si longissimo tempore illa carere deberem, nam viderer ita et illis et illi addictus, et nichil secure agere posse itaq Supplico nunc vre R^me^ dominacioi prebere michi dignetur consilium suum quo pacto ipsos Canonicos absoluere debeam, nam crastina die discessuri sunt, mihi videretur ita illis respondendum quod si contenti esse nolunt significatione Regia et testimonio d. vre R^me^ ego aliud emendicare nolo eciam si ad decennium illuc venire non deberem, an vero istud erit ex re Ecclesie et tocius cleri ipsi viderent, tamen nolo quicq absq consilio d. vre R^me^ loqui, cui me ex corde commendo

Cricius Epś Plocensis
Tomicio Epō Cracouiensi
Viceccancellō. Aunnculo

RME el colen^me mi domine. Narrauit mihi hodie Mtās Regia, narrarunt et quidam Mercatores, nostrum illum Nu: tium, quem m Angustam miseramus occisum esse circa Olo: mune, quid igr vlterius mihi faciendum est, nescio, vereor augurium hoc quod ita male m hac expedicione res mee cedut si tamen he aduersitates eo fuint, vt pecunia domi maneat facta presertm translacione, augurium non displicet. Sm ali: ter, dominus deus me adiuuet, ne confundar. Quē apud alias Parrochias agunt^r ignoro, verum apud hanc Sancti Floriani quotidie ad minus vnus sepelitur gregem habeo m: custodibilem decreui igitur me hinc quamcelerius recta ver: sus Czirwiensko euolucre et illic equitatu meo disposito, illuc quo Capitulo meo videbitur me conferre quod tamen illi his litteris meis prius denunciare vellem m quibus si quid est, quod R^me D^m vre mutandum minuendum vide: retur, Supplico mihi declarare dignetur, cui me humiliter commendo

Cricius Tomicio.

RME et colen^me mi domine verum est quidem vt comm: serim Carolo sollicitare de recuperanda pecunia à factore foccarorum primum propter securitatem m tantis rerum humanarum perturbacionibus, deinde quod ad expedicionē hinc meam pecunie mihi deficiant, illud primū maioris apud me est momenti, quam hoc aliud dum quidem non de:

sint modi peccunie mutuo inueniendi/ vre autem Rme dnacoi
puduit semper hos et alios defectus communicare, non quod vl:
lus sit mortalium in quo vnqz plus spei mee collocarim sed qd
sciam me plus ab illa beneficii accepisse quam vnqz meruerī
sciamqz quantum ipsa pondus expensarum sustineat, deinde hoc
semper metui illam apud benefactorem meam opinionem Ma:
charonicam incidere; omē inprestatum poteris iurare donatū:
Ago itaqz dominationi vre Rme immensas gracias pro hac
perpetua in me pietate et beneficentia quam illi vicissim perpe:
tua mea obseruancia et seruitute demereri curabo iam autem
emūxi foccarum meum dominū Scholasticū adhuc ducentis flo:
renis, quibus me hinc expedire potero, et cum creditoribus de
reliquo condixi, non est igitur quod opus sit pecunia, sed indi:
gerem duabus vel tribus scutellis mediocribus propter hospites
si id commodum esset, Supplico Rme D. vre illas comodato
dari iubeat, refferam illas ad Conuentum saluas per omnia
et commendo me humiliter Rme Dni vre

Cricius Eps; Tomicio Epo

RME in Chrō Pr et domine mi colenme, Peruenī huc ad
hec prima bona, et primos terminos Epatus mei, gratia dei,
saluus et incolumis et ante quam huc peruenissem, misit michi
obuiam Capitulum meum, vnum ex confratribus rogando me
vt recta ad sponsam meam proficiscerer, deinde cum huc appli:
cuissem, iterum duos ad me miserunt, visendi mei causa, itēqz
hortandi, vt ad ipsam sponsam meam citra moram, venirem qd
me non secus, quam verum et legittimum Cpnm, et Prelatum su:
um essent suscepturi, vado itaqz hodie, auspice dnō deo, in Ploc:
ko, magna caterua eorum, qui ad me confluxerūt comitatus,
vbi quo pacto mihi succedet, reddā postea vram Rmā dnez

certiorem. Coeterum domini Dzirgowsczi, quorum alter est Ca:
nonicus, alter vero Capitaneus meus Polthouien, vtriq; boni
seruitores Rme dominacionis vre habet terminu coram Mte
Regia, pro feria secunda proxima post festum Sancti Michaelis
racione cuiusdam tutele, quam sponte decisioni Mtis sue vtraq;
pars detulit, Quamuis vero non dubitem causas, et termi:
nos huiusmodi omnes suspensos esse a Mte sua, propter hoc te:
pus, quo illam secedere, et tales publicas actiones vitare opor:
teat Rogo tamen vram Rmam D scribere dignetur Mti Re:
gie et his qui illic expediciones faciunt, vt si hec generalis
suspensio facta non sit, suspendere dignetur Mtas sua hanc ca:
usam dictorum dominorum Dzirgowsci ad tempus aliud, vel
in Radom, vel vbi Mti sue videbitur cognoscendam. Mi
Rme domine, habeo istic Cracouie apud dominu Scolasti:
cum puerum meum Moraviec, in hoc tantum, vt q; primum
aliquid de expedicione mea ex Vrbe, vel Angusta fue:
rit allatum, mox scire possem, oro D. vram Rma, vt si ad
illam prius, quam Cracouiam, aliquid tale perueniret, quod
me a scire interesset, perscribere michi non grauetur. Cuius bo:
ne gracie me ex corde commendo Ex Czirvienstko die
xxiij Septembris Anno domini Mo D xxvii

Sigismundo primo Regi Polonie

Laurentius Cardinalis. 5. quatuor Coronatorum. Regni polonie protector

Ser^ma Regia Mtas humill^e comen. Nulla quidem vel negligentia aut oblivione mea qua in Mtis vre negociis quorum patrocinium non minus libenter suscepi, q̃ michi per eandem Maiestatem vram demandatum sit, vti vix vnq̃ possim, Sed Mercatoris culpa, qui habita per me de Plocen et Premislien Ecclesiis in Consistorio relatione, pecuniam, quam secum primum relatio fieret, soluturum pro more obtulerat, soluere recusauit, factum est, vt bullas, ~~vt bullas~~ prouisionis vtriusq̃ Ecclesie vna cum supplicatione alternatiue pro Collatoribus Regni manu eiusdem Mtis vre subscripta, per Pontificemq̃ Signata, ac litteris meis ad singula per Mtem vrem mihi commissa respondentibus, ad eandem Mtem vram mittere nõ potuerim, nam laborante me adhuc apud dictum Mercatorem modisq̃ omnibus suadente, ne fidem suam irritam faceret ecce inexpectatus (proh dolor) atq̃ idem nimium miserabilis, et omni seculo deplorandus, almę Vrbis Rome casus superuenit, quo vna cum ipsa Vrbe cætera omnia vno eodemq̃ die pariter corruere, nam primo (vt diuersis nunctiis et rumoribus ad eandem Mtem vram iam diu perlatum esse existimo) Ciuitas Leonina quam Burgum Sancti Petri, deinde pars illa quam Transthyberim hodie nuncupamus, demũ tota ipsa Vrbs Roma vltra citraq̃ Thyberim superiore mense Maij (Roman Pont^ce ob inducias ad nouem menses cum vicerege Neapolitan qui plenam ad id à Coesare facultatem habebat, paulo antea celebratas nichilominus timente aut expectante) in ipso die quo Sancti Joannis ante portam Latinam celebre apud nos festum agitur, ab Exer:

Coesaree Mtis, Duce Borbonii prefecto, qui tamen ipso primo
congressu letali tormenti bellici ictu percussus cecidit, inuasa
est et expugnata, ac ipsorum Coesareorum militum auaritie
luxurie, seuitieq; explende passim exposita, penitusq; derelicta
cuius quidem calamitatis incredibilisq; miserie nemo inter nos
qui Rome tunc aderamus immunis, nemo expers, nullus
non corpore et facultatibus particeps fuit, quamuis Sumus
Pontifex cum nonnullis Sacrosancte Romane Ecclesie Car:
dinalibus quibusdamq; Prelatis et aulicis suis domesticis
ad Arcem Sancti Angeli expugnato Burgo, nec absq; ma:
gno eorum vite discrimine ac periculo se receperit, quo et
ego q3o post omnes alios attritus, et multis affectus vulne:
ribus, nec iam nisi de morte sollicitus, anxiusq; delatus su
nam dictorum militum rabies, vbi Vrbem ingressi, rerumq;
omnium sunt potiti, in omnes tam exteros q3 Ciues Roman
tam viros q3 mulieres paruulos et seniores, Sacros profanosq;
absq; vllo rerum vel personarum delectu adeo ebulliuit, exar:
sitq; vt preter nuda templorum tecta, aridosq; domorum
parietes, quibus non alia racione q3 commodi sui gra mili:
tes pepercere, Cætera sacra profanaq; omnia vno impetu
et furore absorpta consumptaq; fuerint Qua de re non mi:
retur eadem Mtas vra si et litteras quas scripseram, et
supplicationem quam à Pontifice signari curaueram destina:
re ad eam nequiui: Cum de tota suppellictile mea partim in
Palatio vbi obsequii Pontificij gra demorabar, partim in Sacre
penitenciarie domo q3 q3 tota familia mea inhabitabat, de:
predata atq; combusta, nec quidem sigillum ipsum quo literas
obsignare solebam, mihi remanserit, verum tamen Mtis V.
desiderii meiq; officii, quod semper in eam futurum est
promptissimum, non oblitus, q3 primum ad negocia redire
animumq; iis intendere licuit, vbi pecuniarum defectu tras
Apostolicas super dictarum Ecclesiarum prouisione expediri

non posse cognoui, vt opportuna desuper breuia expedirentur
operam dedi, Que ad eandem Mtem vram presentibus al:
ligata mitto. vt eorum vigore tam qui ad Ecclesiam Plocense
translatus, qz is de cuius persona Ecclesie Premislien prouisu
est, possessionem Eccliarum suarum consequi iure valeant, fi:
de per me tanqz Regni vri Protectorem oblata et sponsa, qz
infra certum tempus lre sub plumbo expedientur, et iura Ca:
mere Apostolice et officialium persoluentur, nec omittam vt
eadem supplicatio alternatiue a Papa cum facultas se obtule:
rit, denuo signetur curare / Reliquum est vt San^mu^z D. nrz
Clementem vii Pontificem maximum Rmorumqz Patrum Col:
legium et Apostolicam Sedem, ac Romanam Eccam, ipsam de:
niqz almam Vrbem Romam eidem Mti vre adeo comende
vt nichil hoc tempore commendare amplius possim Quam
sane Vrbem si corporeis hodie oculis Mti vre liceret as:
picere, oborirentur ei, michi credat, copiosissime lachryme
ac multo cum gemitu propheticum illud apud se memoraret
heccine vrbs perfecti decoris, gaudium vniuerse terre Quid
si coram eadem Mtas vra ipsum Chri et dei Vicarium
Pontificem Summum, qui erigit elisos et compedites soluit
captiuum videret detineri? Qui radios superne lucis caligantibus
mortalium oculis refundit, in tenebris iacere, qui modo Chri:
stianorum omnium Judex moderator et arbiter habebatur
cogi nunc ab eisdem quascumqz condiciones, leges et pacta, su:
scipere, intueretur, proh quanto animi corporisqz merore af:
ficeretur verum postqz Mti tue corpore intueri non licet
vt saltem que nos quotidie experimur, animo meditetur, qn
et Summo Pontifici, nobisqz omnibus qui eius lateri ad instar
discipulorum qui a Mgro suo Chro intentacionibus non re:
cesserunt, indesinenter assistimus compaciens pro singulari
sua in Apostolicam Sedem fide, ac deuotione, omnia ex co:
gitet cuncta prouideat, que ad ipsius Pont^cus^ eorundemqz

Cardinalium, ac Sancte Romane Ecclesie pientissime cuncto:
rum fidelium matris libertatem atq; salutem tam apud Ces:
Saream Mtem, q; apud reliquos Chrianos Reges et Prin:
cipes conductura esse cognouerit, eo namq; res Pontificia
deuenit hodie, vt si direpta depredataq; Vrbe ac ~~mil~~ 150
millibus Ducatorum ad comprimendam Ces: Exercitus rabiem
persolutis, insuper Quinquaginta millia Ducatorum pro
redimendo Romano Pontifice persolui debeant, aut ipse Ponti:
fex in perpetua captiuitate futurus sit, an omnium popu:
lorum suorum grauamine et intolerabili pene onere redimi
eum oporteat, ni à Regibus et Principibus qui huius Sancte
Sedis studiosissimos quocumq; se ostenderunt, opportunis reme:
diis succuratur. Potest igr Mtas vra apud se deliberare
quid hoc tempore auxilii Apostolice Sedi ac Romano Pon:
tifici, non multo sui incommodo subministratura sit, ratus ~~etiam~~
Mti vre nichil gratius me facturum, q; modum suggere quo
~~etc~~ Mtas vra ad alterius pientissimi Regis exemplum
animo in nos conceperit, facilius re ipsa prestare valeat
vt perpetuam inde apud homines laudem, et perenne apud
deum bonorum omnium remuneratorem premium consequa:
tur. Cæterum vt finem scribendi faciam, pietate Mtis
vre multis als argumentis à me perspecta non ab re
fore duxi, si ei Rmum Patrem et michi colendissimum
dominum d. Cardinalem, Sancti Sixti in ipsa Vrbis ex:
pugnatione primo captiuum, ac deinde per vicos per pla:
teas à quodam Satellite vt olim per exercitum milites tra:
ducebantur, cum maximo nostri Ordinis vilipendio circum:
ductum, et ad se redimendum, summam quinq; millium ducis
exponere coactum intime comendauerim: Nam cum pauper Carlis
existeret, nec vix vnde se et familiam sustentaret, facultas ei sug:
gereret, predictam summam cum ab amicis, tum à Mercatoribus,
nec absq; (vt arbitror) graui foenore mutuare coactus est, ex

quo fit vt in tanta eius calamitate pensio super fructibus Ecc^e Plocen^s eidem debita auctoritate et opera est Mtis vre aliqua honesta pecuniarum summa redimatur prefatus Cardinalis vna mecum eiq Mti vre perpetuo sit futuros obnoxius. Que va: leat foeliciter Rome ex Arce Sancti Angeli die vi^a Octo: bris Anno domini M^o D XX vii^o

Andreas Cricius Epos Plocensis
Petro Tomicio Epo Crac: Regni Pol.
Vicecancellario

R^x Me in Chro Pr et domine mi colendissime. Nollem latere vram dominacionem R^ma meos hic successus, verum quia multa essent scribenda et hodie re diuina distineor, hec in aliud tempus difero, vnum sciat me hactenus dei benignitate recte valere, et recte michi omnia succedere, visunt me assi: due Primarii homines huius regionis, cum magna obseruan: tie sue erga me testificatione, niuisi et ego iam ferme omnia bona huius Episcopatus mei. locus est vere pascue, nec est quod aliud ad vitam bene quieteq traducendam desiderari possit, vna michi molestia, quam sine dolore referre non possum incidit, vendiderat adhuc ante messem dominus Gamrath Iconomus vnam ex decimis his, pro quibus mihi controuer: sia est cum nro domino Episcopo Camenecen, ille id resciens miserat ad me in Ploczkam exigens a me ipsam decimam. quod nisi facerem, se coram toto Conuentu de me questurum esse. Responderam illi verbis amicissimis, non licere mihi id quod Iconomus fecisset, ante cognitam causam retractare iuriq meo deesse, verum paratum me esse omni iuri vel ar: bitramento cuiuscumq amici stare, et demum id totum facere quod ad bonum amicum spectaret, ille spreto hoc responso meo equissimo, veniens ad Zambrowska Vola, vbi adhuc decima

illa integre consistebat, connocatisq; illuc multis vicinis
Nobilibus, rusticos omnes subditos Regios adegit decimam
omnem omnibus curribus transuehere ad Plebanatum su:
um, reluctantes rusticos ense euaginato, quasi phanaticus
insequendo, disuadentesq; Nobiles, qui nec tragediam hanc
spectare volebant, multis in contumeliam meam verbis
obruendo, suamq; auctoritatem mea ignominia apud illos
ostententando, Cum in Zlothoriam venissem, res ad me per
eum, qui decimam ipsam emerat et pecuniam pro illa dederat
et multos alios delata, michi incredibilem molestiam attulerat
perpendebam vna ex parte, si par pari retulissem, spectaculum
futurum digladiacionis nostre indecentissimum, ex altera ve:
ro parte considerabam ingenia hominum imperitorum, Qui
qualem hominem vident, talem iudicant, presertim a princi:
pio, veritus ne, si me viderent hanc ignominiam pacienter
ferre, nihili hominem iudicarent, et de sua in me defensione
desperarent, prorsus incertus eram animo quid potissimum
exequerer, auxerat insuper molestiam, quod certior redde:
bar hoc suggestum illi fuisse consilium ex Aula nri Rmi
domini Archiepi et quorundam aliorum, ad existimacionem
hic meam eleuandam, vtcumq; fuit, statueram, omnino rem
penitus dissimulare, et iniuriam meam iure vlcisci, licet
quando id futurum est, vt Rome ius dicatur, incertum
est, verum factores, et subditi, aliiq; vicini mei Nobiles,
visa mea magna molestia et ignominia, nichil mihi pror:
sus dicentes, quam primum e Zlothoria discessi ad octo:
ginta equites confluxerunt, profectiq; cum curribus, quot
sufficiebant, ad plebanatum ipsius dominum Camenecen,
omnem rursus decimam abduxerunt, Siq; aliquem offen:
dissent ex Proceribus ipsius domini Camenecen, quos di:
cebatur illic reliquisse, eos, vt audio, pessime tractare
decreuerant, Quod aliter successisse, dno deo gras ago

Quid ille faciet expectabo paratus ad vtrumq; Sed de his
nisamiis hactenus Mi Rme domine, miseram non ita pridē
ad illum nostrum summum ardelionem, causa visendi eius,
et Sacerdotium illud, quod michi debet exigendi, non respō:
dit michi per meum nunctium sed misit vicissim ad me illū
dextrum suum oculum, Qui cum ad prandium venisset, ne:
scio qua fortuna venit ordine Euangelium adolescenti, qui ad
mensam legere solet, attendite à falsis Prophetis qui ad vos ve:
niunt sub habitu ouium, intus vero sunt lupi rapaces. Puduit
me, ne res videretur data opera instructa, Sed rursus mirabar
omen tam appositum eius quod sequutum fuit, nam tota illa le:
gatio id, quod Euangelium predixit, continebat, de quo lacius
coram, nam omnia coactus sum ad Conuentum suspendere. Cū
domino Joanne lesczniski Castellano Brzesten ita, vt vrā. d.
Rma consuluit, quam maxime potero fraterno modo compo:
nere curabo, licet vt nollem à contencione cum Secularibus
ita ab iniuria et negligencia rei Ecclesiasticē meum hoc re:
gimen auspicari, statui cum illo, vt in Oppido meo Czirvien:
sko pro festo Sanctē Elizabet proximo conueniamus, vtq; se:
cum quos vult amicos adducat, speroq; quod deo adiuuante
omnia recte inter nos transigemus, nam quod ad rem meā
attinet, hoc ego totum faciam, quod communibus amicis nrīs
videbitur, modo et ille sit facturus. Hunc Kopec qui michi
non minus inseruit, quam si esset seruus meus ascriptus,
commendo me gratiē et patrocinio dominacionis vrē Rme
in eius causa, quam ipse clarius referet, dominus deus ser:
uet eandem vrām. D. Rma sospitem semper et foelicem, cui
me etiam atq; etiam ex corde comendo. Polthouiē die prīa
Nouembris Anno dōi M° D XXVII

Petro Tomicio Epo Cracouiensis
& Regni Polonie Vicecancellario
In Radlow agenti
Ioannes Zamborzki Aulicus regius.

Rme in Chro Pr, et domine domine meus graciosissime, Post fidelissime seruitutis mee, humilem perpetuamq; comendacionem. Casus mirificus, et fati vis quedam ineuitabilis, effecit, vt quod facere potissimum destinaueram, et de quo ea ipsa nocte experrectus cogitaueram (videlicet R. d. vre valedicere, simul et amplissimis verbis ei gras agere) id aduerso nescio quo genio prohibente, perficere non potui. quod quale fuit, quo minus id ipsum perscriberem, rei ipsius ineptitudo et stoliditas vetuerunt, nichil tamen dubito, mea fidem et veterem obseruanciam erga Rma. D. vram ei tam perspectam confirmatamq; esse, vt si quid etiam a me imprudenter peccaretur, id ex singulari sua clemencia mi facile ignosceret, tamen non conueniebat silentio preterire cum alia infinita in me beneficia R. D. vre tum precipue illud, q; equos et seruulos meos per tantum temporis laute simul et benigne simul aluerit pro quibus omnibus, ago et habeo quas maximas possum gratias. Nunc n. eosdem istinc reuoco propterea q; etiam hinc Cracouia euolare constitui, propter pestem que omnino vires acquirere fertur, prout eciam ipse huc veniens quadam tenus adnotaui, ex Hungaria preter veteres nugas nil certi perquirere potui, q;uis Antonius Rincon qui heri post meridiem hinc discessit narrauerit michi habere se a Rege Hungarie litteras res suas esse iam meliores significantes, credo q; ad Hungariam profectus est non ausus sum scrutari. Laski adolescens abeuntem, foras portam Cazimirien. prosecutus est, is hodie ad Regem vadit. Legatus Bohemie Georgius preter litteras de

quibus R. D. vre narraui, hactenus habet nullas, scio R. D. v. a fucaris missas esse literas nec dubito, eos de Romanis et Italicis rebus aliquid certi perscripsisse, si phas esset, rogarem michi earum exemplum mitti, nondum mecum constitui quo hinc proficiscar sed quibuscunque ero in terris omnes vires corporis, et animi mei sine omni exceptione ad obeundum omne opus seruile semper presto erunt. R. D. vre quoad coelo hoc perfrui dabitur. Cupio foelicissime valere. R. D. vram eique me perpetuo commendo Dat Cracouie 17 die Septembris Anno domini M° . D XXvii°

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancellarius. Petro Kmitae de Vissnicze Castellano Voinicen Marsalco Curie Regie. Colensi. Premisliensi. Scepusiensi Capitaneo.

Magce domine amice et affinis nr charme ac honoran. Cum irem feria tercia preterita in Sczepanow essemque fluuium Vistulam traiecturus, reddidit michi seruitor vre M lras ex Hungaria allatas, quibus perlectis, mirifice fui consolatus, cum intellexi ex illis res Sermi domini Regis Hungarie meliis se habere, subditosque illius propensiores nunc esse in ipsum quam paulo ante fuerunt, pertesos Imperium Germanorum quos nimia illorum superbia et de se presumptio, qua vniuerso orbi Christiano Imperaturos se credunt, et suis terminis et finibus contenti esse nolunt, deducet deo duce breui ad aliquid magnum casum, si quid noui et certi posthac habebit vra M. de rebus Hungaricis, rogo vram Mgcia perscribere mihi velit valeatque foelicissime cum charma sua Coniuge et me diligat ex Radlow die Sancti Mathei. Apostoli et Euangeliste Dat etc 1527

Petrus Tomicius Eps Cracouien Vicecancells

Luce de Gorca Castellano Poznaniensi Et Capitaneo Maioris Polonie generali.

MAgce domine, domine et frater honoranme. Ego vt antea scripsi vre M. diuerti ad hec bona mea Radlow, propter Pestem, qui in multis locis terre Cracouien. Sandomirien Et Lublinien, et generaliter in tota Diocesi mea Cracouien grassatur, et proinde cum eram absens à Curia regia et non habui nunctios per quos literas meas dare ad vram M. potuissem, nichil illi interim scripsi, cum autem appropinquarent Conuentus Sreden et Colen, tametsi à principio constitueram dominum Sebastianum Opalenski Custodem Posnanien et Canonicum Ecclesie mee Crac ad illos mittere, quia tamen ille nondum rediit de terra Lublinien ad quam misi illum cum alio Canonico Ecce Sandomirien ad taxanda bona et fundos, hunc dominum Ioannem Sbarski optimum iuuenem et multis egregiis virtutibus ac dotibus preditum misi nomine Regio ad eosdem Conuentus Sreden et Colen quem vre Dni ex animo comendo. et rogo illam plurimum adiuuare illum et eius fres suo consilio et patrocinio velit, vt bona sua Parzniczow, que incuria et nimia socordia ac negligentia Patrui sui domini Abrahe Castellani Bidgostien amiserunt, modis aliquibus honestis, et iuxta visum et arbitrium vre D. recuperare possint, quo faciet vra M. rem suo debito fraterno, suaq excellenti virtute dignam et mihi qui ex equo tam dnos de Opalenicze. qz ipsos dnos de Sbarschin singulari amore et beniuolencia complector, plurimum gratam Mtas Regia mansit hactenus cum Serma domina Regina Illmis liberis et officialibus suis aliquibus et Aulicis in Niepolomice, hodie vero propter pestis metum

qua illic supra triginta homines mortui esse feruntur inde dis:
cedit et in Radom proficiscetur eritq; hodie in predio et bo:
nis meis Vawrzincicze ad noctem

De rebus Hungaricis hec noua habemus. Miserat Ser^mus D.
Rex Ferdinandus multis Arcibus Regni Hungarie et Bu:
da potitus nonnullas gentes suas contra Ser^mu dominu
Joannem Hungarie Regem, qui Castra sua posuerat primum
apud Oppidum Mohy, cumq; eedem gentes Regis Ferdinandi
non longe distarent a Castris et statione ipsius Ser^mi Re:
gis Joannis, copie et milites illius leuis armature irrup:
tione noctu facta plurimos hostium Germanorum occiderunt
multis etiam captis et ad ipsum Ser^mu Regem suum Joanne
perductis, commeatu etiam quem Rex Ferdinandus suis mit:
tebat intercepto, deinde haud multis interiectis diebus Hunga:
ri rursus in Castra hostium que iam non nisi medio miliari a
Castris Ser^mi domini Regis sui Joannis ad Thokai in ripa
Tiae fluminis positis distabat nocturna irruptione facta in:
gentem ibi stragem ediderunt, Capitaneum etiam Regis Fer:
dinandi vnum ex pocioribus in Tentorio ipso occiderunt, Tor:
menta bellica in terram proiecerunt, ita vt hosti tunc nullo
vsui esse, deniq; ita fuerunt gentes Regis Ferdinandi non so:
lum consternate et afflicte sed eciam oppresse vt victoria fue:
rit in manibus Hungarorum, et hostes Germani fugam iam
meditarentur, nisi Hungari equites quos hußarze vocant
nescitur quo consilio vel qua forte subita de causa sese in
Castra Regis sui Joannis recipere cepissent, quorum dis:
cessu vel pocius fuga Germani resumpto animo cum ad Ca:
stra Regis Joannis contendere cepissent Mtas sua non
existimans sibi cum hoste, Tormentis presertim bellicis abun:
dante ac bene instructo manus temere conserendas, sed
auxilia pocius que cum ex Transsiluania ac Transalpina

tum aluinde expectabat in loco securiore expectanda, cum per
fluuium quem ob similem necessitatem si qua forte ingrueret pon:
te fecerat iungi, exercitum traduceret pons fuit interruptus
opera vt ferunt et fraude vnius ex captiuis germanis ad ex:
hauriendam aquam e nauibus que pontem sustinebant adhi:
bitis qui vnam ex Nauibus ipsis furtim perforauerat ita
rupto ponte aliqua pars exercitus Regis Joannis que
nondum amnem transierat, maxime rustici qui circu illa lo:
ca habitantes arma capere fuerant nissi fluuium traycere
et alios subsequi nequiuere Quas tn et ipsos certo edoctus
sum magna ex parte manus hostium euasisse copiasq ipius
Regis Hungarie Joannis presertim equestres, omnes esse
saluas, res vt ab hiis qui illam oculis viderunt in hunc mo:
dum se habet quam ita vt accepi, vre M. significare vo:
lui nunc iterum constans fama habet eundem Christophe:
rum de Phrangepanibus fusis aliquot preliis in Croatia
gentibus Regis Ferdinandi exercitum suum ad Buda
vsq admouisse Budamq ipsam occupasse Regem Fer:
dinandum inde propere discedere coegisse, hec fama si vera
est nec ne certo affirmare non possum, ea tamen que hic
nunc passim vulgantur perscribere volui vre M Quam
dominus deus cum suis omnibus seruet q diutissime sos:
pitem et felicem, et cui me ex corde comendo, Cetera re:
feret dominus Zbanski Dat in Radlow die xi mil:
lia virginum Anno etc 1527

Joanni Comiti in Tarnow Palat° Russie
Et Exercituum Regni Polonie Capitaneo.
Statilius PP^tus Buden

MAg^ce domine et patrone obseruan^me Post mei seruitiorumq3
meorum commendation Salutem et foelicitatem, licet supe:
rioribus diebus et Regia Mtas dominus meus graciosissimus
et ego de mandato sue Mtis satis abunde scripserim tum me:
dio Seruitoris Mag^ce D^ms Vre, tum etiam medio Orum sue Mtis,
et presertim medio domini Nicolai Vilczek significauerit
nunctium suum: nichilominus quia illa cura in parte est co:
missa michi, et alioquin res ipsa indiget magna celeritate,
volui denuo ad M. D V scribere, Nam Regia Mtas ia
ex Transsiluania mouit cum certa sperehabedi Budam Sed
indiget externo milite, qui nisi cito veniat, afferet magnam
tarditatem rebus sue Mtis Quare D^ni Vre Mg^ce, ita agen:
dum est, vt si res domini mei saluas esse vult tunc vrgeat
illas Copias vt accelerent, gentium numerus debet esse, vt
aliis litteris meis scripsi, duo millia equites Poloni boni,
Quingetos pedites. Item per dominum Lanczkorunski du:
cendi Quingenti Sagittarii Lithuani sicut sibi scripsit D^s
Jeroslaus Laski, et mille vel duo millia Tartari ducendi,
per dominum Eustachium, qui dni hoc scripserat regie Mti.
In hiis est insistendum Mg^ce D^ni Vre, nam Regia Mtas mi:
sit me huc vt gentes ipsas expecte vel veniam ad Munkach
vel ad Hommona, nam datum est negotium hoc exequendu
Mag^co D^o Francisco de Homona si etiam per illam viam ve:
nerint, ad quemcuq3 autem locu ex hiis gentes ipse venerit
reperient ea que erunt necessaria sicuti per M D V
fuerit cum eis concordatum dumodo M^ce D^o V faciat
eas gentes accelerare, nam mora multum obest, Regia M^tas

dominus meus clementis^mus sua gra et liberalitate id repe:
det M D V / & si gentes aliter non poterint venire
nisi vt M D V aliquid in eas impendat, velit M. D.
V id exponere, et mittat ad me suum nuctium, nam de
omnibus ego faciam satis, dumodo vt dixi M. D. V fa:
ciat gentes accelerare, et non permittat Regiam Mtem in
cassum hic terere tempus, et M. D. vram dui foelice
valere opto ex Homona in octaua Sanctorum omnium Anno
domini M^o D XXVII

Ioanni Comiti in Tarnow Palatino Russie exercituum Regni Polonie Capitaneo

Statilius Io. regis Consiliarius

MAg^ce et obseruan^me domine. Hesterna die scripsi ad M.
D. vram quid in rebus Regie Mtis domini mei clementis^mi
sit agendum, nunc autem hac eadem hora habui nunctium
a sua Mte vbi significat, se iam gentes premisisse, que prodi:
tores punirent, et iam domus Andree de Bathor et aliorum
aduerse factionis cum omnibus bonis occupantur, diruu:
untur, et puniuntur mali. Quare sua Mtas rogat M:
D vram ut si res suas saluas esse vult, et si regnum sibi
vult restitui, acceleret cum gentibus. M. D. vra non
parcat labori, non parcat sumptibus, omnia restituentur, du:
modo gentes accelerent ne hostis habeat tempus ad resume:
das vires, nam proculdubio, et Budam et Regnum possumus
rehabere si M D V cito gentes expediet, ego hic eos ex:
pecto, vt cum omnibus (dato Stipendio) iungamur M^ti sue
iterum ergo atque iterum rogo vt M. D vra non tardet
quia in mora est maximum periculum / deinde Regia Mtas
rogat M. D vram velit mittere ei saltim duodecim Bo:
bardas cum pulueribus et Mgris, nam hoc genere Tormetorum

maxime indigemus, quas si commodato dederit restituentur ei, sin autem vult precium restitui ego reddam M. D. Vre dummodo significet quid sit dandum pro eis, sed Mgce domine si vel amicitiam (vel (vt sepe michi dixistis, servitium vultis erga dominum meu ostendere, acceleretis et cum Bombardis et cum gentibus, et cito cito, nam regia Mtas serio vult Buda recuperare, sed gentes nre indigent audacia alicui militis, vnde velit, nolit, sua Mtas cogitur expectare vestrum militem, qui si tardauerit et sue Mtis negotia tardius procedent, et si tardius, etiam non ita ad votum, ergo in manibus Mce Dnis Vre omnes res sue Mtis site sunt, que si derelinquet eum, nescio quid dica, ergo iterum atque iterum Mca Do vrasm faciat gentes cum Bombardis quot potest accelerare de solutione nihil dubium, et foeliciter valeat M. D. V. cui regem meum commendo, non vt regem tantum, sed vt Regem et fratrem vrm ex Hommona Sabbato post octauam Sanctorum omnium Anno dni M. D. XXVIIo

Franciscus de Frangepanibus Archieps Colocen
Stefanus Brodericus Episcopus Sirmiensis
Ioanni de Tarnow Palato Russie: Exercituu
Regni Polonie Capitaneo generali.

SPEctabilis et Mgce domine et amice nobis obseruanme Salute ac nri commendacione. Postque Leopolini A. dne V. Mca digressi aduenimus sequenti die qui fuit decima pntis applicuit et is dominus Nicolaus Vylczek Collega nobis missus a Sermo domino nro et quia res Mtis sue vrgent misimus eum ad dominacionem vram Mcam ex quo clarius omnia intelliget cuius verbis fidem velit adhibere indubiam, In Mukach est ia dominus Statilius cum peccuniis militibus erogandis, et scripsit ad nos de voluntate Mtis sue vt hinc expedicio citisme fieret, rogamus nomine Mtis domini nri V. Dnam Mcam vt omne

operam suam impendat vt isti proficiscantur q̄ primū bono modo et si qui pecuniis egerent D°. vrā prouideat quia nos nullas ad hoc pecunias à Regia Mtē habemus, et mittat hominem suum ad Mukach qui repetat illas à domino Statilio que hic erunt exposita ad negocia Mtis sue summa ascendit altius, vult enim Mtas sua duo millia equitum, Quingentos sagittarios et Quingentos pedites, dominacio vrā M. nunc cum tempus est operetur pro sua Mtē, cumulatissimas grās et premia deo volente à Sua Mtē habitura.

Misit autem sua Mtas iterum lras domino Prestao, vt cū mille lithuanis vadat ad seruicia sue Mtis non tn̄ Capit generalis, similiter et domino Eustachio vt cum duobus millibus Tartarorum veniat ad seruicia sue Mtis tamen isti non ita cito poterunt venire iudicio nrō vt isti prime irrupcioni possent interesse. D°. V. Mta. mittat huc hoīem suum qui istas gentes videat, secernat, ordinet, et mittat nam Regia Mtas nobis precepit ne hinc discederemus quousq̄ hē gentes se moueant versus suam Mtem, D. V. bene valere optamus cui nos commendamus ex Ciuitate Leopolien ii Nouembris

SIgismundus primus Rex Polonie Wratislauiensibus.

FAmati grate nobis dilecte. Accepimus lras vras quibus nobis declaratis controuersiam vram cum Abbate Monasterii Sancti Vincentii de transferendo ipso cum Monachis eius intra mœnia Ciuitatis et Monasterio ipsorum demoliendo, propterea q̄ officere defensioni Ciuitatis deberet postulatisq̄ à nobis vt ea bona que hoc ipsum Monasterium in Regno nrō habet nichilominus ad eosdem Monachos vt prius pertinerent et spectarent, nos quidem probamus diligē:

ciam vram de prouidenda Ciuitate Ciuitate vra in hiis omni:
um rerum turbis et discriminibus, verum vt hec prouisio in:
cipi deberet a demoliendis edibus Sacris non commedamus
talia enim fieri non consueuerunt nisi in extrema necessitate
etiam apud gentiles nedum apud Christianos, et si quando
id obseruatum est nunc obseruari debet maxime, cum satis supq
indignationem Dei aduersus nos prouocauimus, itaq cum hoc
Monasterium Sancti Vincentii sit a predecessoribus nris fu:
datum, eoq sic stante fuit Ciuitas vra hactenus salua et
incolumis, non censemus, neq consentimus vt adhuc anteq
aliquod euidens periculum imineat, demoliretur, quod si
aliquod tale discrimen instaret vt ita facto opus esset, non
multum negocij neq laboris caperet ipsius Monasterii demo:
licio, hec pro virtute et prudencia vra expendatis Dat

Sigismundus Rex Polonie Dno Persteinski

MAgce domine Sincere nobis dilecte. Habuimus lras vre
Istis, in quibus ad nos scribit, quasi nos edicto nro prohibe:
remus Educi ex Regno nro plumbum ad Regnum Bohemie
et si quod eductum esset, id aliter non debere vendi nisi pro
argento non formato, Res se ita habet Cuditur in pre:
senciarum Cracouie in Regno nostro peccunia alias mo:
neta multiformis, ad quam officinam, argentum nobis no
suppetit quia nullo de loco aduehitur venale. Itaq quoties
venit aliquis ad Regnum nrm pro plumbo, non alia lege
emi illud et educi permittimus, nisi vt idem emere et edu:
cere extra Regnum nrm illud volens afferat argentu
ad officina nostram Monetariam vbi pro eo prompta cuili:
bet numeratur pecunia, pro qua tandem datur ei potestas

emendi Plumbum et extra Regnum nostrum educendi, Que
res cum nemini cedit ad iniuriam postulamus à vrā S.
velit nos apud ordines et Status Regni Bohemie et apud
seipsam, de hoc quod pro bono et commodo rei publice regni
nri constituimus, excusare ac boni consulere, et valeat V.
stas Dat in Piotzkow Anno M° D XXVII°

Sigismundus Primus Rex Polonie
Ioanni Regi Vngarie

SErme Princeps et domine affinis et tanqz fili charme. Ac:
cepimus à nonnullis Mercatoribus nris Mtem vram pro:
hibuisse aurum argentum, et pecunias ex Regno suo Hun:
garie ad Regnum nostrum educi, hancqz prohibitionem ali:
quibus personis, lris suis obfirmasse, Quam rem ante hac
insolitam, et à bona vicinitate et amicitia alienam, credere
satis non possumus factam à Mte vrā, de qua nobis omnia
bona et amica non secus quam de filio nro persuademus, et
presertim cum et nos in Regno nro eas res habeamus quas
si educi ad Regnum Mtis vre prohiberemus non esset
absqz incomoditate et damno Mtis vre et subditorum eius
Quare plurimum rogamus Mtem vram, vt si verum sit
quod eiusmodi prohibicionem fecerit, illam tollere et re:
laxare velit, nam et insolita res esset, et nre mutue beni:
uolencie minime congrua, aduersus quam cogeremus etiā
talia edicta facere in Regno nro qualia in talibus eue:
tibus fieri solent, verum confidimus prudencie Mtis vre
quòd pocius nram et Regnorum nrorum coniunctionem
quam aliquorum priuata studia et commoditates cordi
habebit, Caterum induxit Mgcus Bretislaus de Swi:
haw Bohemus ducere vxorem in regno Mtis vre quòd
nos libenter audiuimus, intelligimus enim hanc rem nō int

ex re Mtis vre his modernis temporibus futuram esse
Itaqz rogamus plurimu Mtem vram vt illi in Matrimoniu
relictam olim Seczi Thomasch conciliare dignaretur, quod
et nobis erit multo gratissimu, et ille vt speramus dignis
seruiciis demerebitur Mti vre Que bene valeat.

Sigismundus Rex Polonie
Georgio Duci Saxonie.

Illme Princeps et domine affinis et Sorori nr charme, Ha:
buimus his diebus Illtis vre litteras, quibus Sermi dni
Ludouici Hungarie et Bohemie rc Regis Regniqz eius
cladem et cu hoc multorum Comitum Baronum, cætero:
rumqz Nobilium hominum Stragem et captiuitatem come:
morat, simul et dominorum Heronimi Henrici et Lauren:
cij Schlik fratrem causam nobis comendat, quo videli:
cet fratrem eorum dominum Stephanum Schlik qui etia
in eo ipso prelio aut cecidisse, aut captus esse dr, siue pre:
ce siue precio siue alio quouismodo auspicio et intercessione
nra liberare possent equidem charme Sorori nr casum Se:
renissimi et amantissimi Nepotis nri Regniqz eius non mo
nobis verum etiam toti Europe deplorandum, iam dudu
non sine graui animi nri dolore intelleximus et condolui:
mus, Quod autem ad rem dominorum Schlikorum et fris
eorum domini Stephani qui pro Rege suo tam fortiter pu:
gnans periit attinet dummodo captiuus ductus et non inter:
fectus sit, dabimus operam quantum nobis licuerit vt eum
successu temporis quam celerrime fieri poterit quo quo modo
in libertatem vindicemus, eoqz magis quod fides et deuotio
dominorum Schlikorum in dominum suum Regem charissimu
Nepotem nrm dum vixit nobis perspecta erat et comendacio

Illtis vre quam magnifacimus ad id accessit, diutissime, et foelicissime valere optamus Mtem vram Dat

Sigismundus . I . Rex Polonie Dominis Vngaris .

SPectabiles Mgci, et Strenui domini Sincere nobis dilecti Accepimus lras vras, quibus casum fratris vri domini Stephani Schlik Comitis, quem (domino suo Sermo Et amantissimo Nepoti nro domino Hungarie et Bohemie etc Regi) militans subiit, significatis petitisq; vt si forte diuina benignitate eum qnuis captiuum viuere constaret ad eum liberandum intenderemus, Nos quidem, cum fris vri domini Stephani tum cæterorum eciam eorum quorum noia nobis descripsistis, qui strenue pugnantes vna cum Sermo Nepote nro in acie ceciderunt casum iam pridem intellexi: mus et deplorauimus eorum q virtutem et constanciam (vt merito debuimus) commendauimus, Quocirca res quam à nobis tantopere eflagitatis tametsi factu haud ita facilis sit, faciemus tamen omnem operam nram et Curabimus per omnem occasionem (quantum nobis licebit) Si quo pacto eundem frem nrm perditu ceterosq; denotatos luci et libertati restituere valeamus, Cum ob famam sin: gularium virtutum vrarum, tum eciam ob comendacione Illmi domini Georgii Ducis Saxonie etc Sororii nri charmi et cupimus vos bene ac fæliciter valere Dat Anno domini M° D XXVII°

Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis
& Regni Polonie Vicecancellarius
Chrº forus de Schidlouec Castell Crac
Alberto Marchioni Brandeburgen
& Duci in Prussia.

Illme Princeps et domine, domine honoranme. Accepimus ha:
ud ita diu literas ab Illmo D. vrã Germanico sermone et ma:
nu eius scriptas, qq̃ autem talem Germanicum sermonem
vterq; nostrum, non ad plenum callemus, tamen amor et
perpetua quedam nrã erga Illtem vram obseruancia, tum
etiam earundem literarum, mirum quoddam acumen et fu:
turorum casuum prouidencia effecerunt, vt eis legendis al:
ter alterum erudiendo prout etiam nos ipsa Ill: D vrã ad:
monuit omnia earum sensa probe, tenere, et deprehendere
nobis videamur, vix autem describi à nobis potest, quid
primum in eis probemus et laudemus egregiam ne fidem
et voluntatem eius erga Principem hoc est Sermũ dominũ
nostrum, an prudentiam singularem, vtrumq; n. tam abũ:
de in eisdem literis suis prestitit et declarauit, vt vltra
nihil desiderari queat. Et proinde summas grãs habemus
Illme D. vre, q nos quoq; tam salubrium consiliorum suo:
rum conscios et participes esse voluerit, et admonuerit, cõ:
memorat Ill D vrã in eisdem lris ex multorum signifi:
cationibus se edoctam esse Sermũ Dominũ nrm propter
insignes suas et Regias virtutes, posse, non lenia Christia:
nitatis capita ad amicitiam suam attrahere, Scribit prete:
rea se intelligere, quomodo Cæsarea Mtas et Sermus dns
Ferdinandus Rex cupiant pacta et Conuenta, racione Hũ:
garie et Bohemie Regnorum tutele à diuo olim Maximilia:
no Cæsare, proposita et inita renouari et confirmari, nec du:
bitare se quin Regia Mtas ex hac occasione, terras Oswia:
cimen, Zathorien et Prussie in libertatem est vendicatu:
ra. Illme Princeps recte et prudentissime admonet et cõicat

Ill. D. vrā non est pretermittenda R. Mti vlla occasio, dictas terras, ab quauis impeticione, suprascriptorum Principum, penitus liberandi, itaqz cum talium rerum gerendarum tē: pus se obtulerit, nos admoniti ab Ill. D. vrā agemus et contendemus apud Mtem Regiam, vt earundem terrarum quo eas ab omnium hominum qualicumqz impeticione, ea occa: sione oblata prorsus liberare curet, idem faciemus, si res ad hoc deuenerit, ut etiam ipsa Mtās Regia inter Cæsaream Ma: iestatem, et Chrianissimū Gallorum Regem, atqz ita, et Sū: mum Pontificem, pacem et amicitiam procurare debuerit. Sed quod ad res Ser^mi domini Joannis Regis attinet, dissi: diumqz, quod inter ipsum et Ser^mū dominum regem Ferdinan: dum videmus, qz̄uis vtriusqz Oratores hic apud Regiam Ma: iestatem existant nulla tamen coniectura perspicere possumus quo pacto Regia Mtas ad aliqua media inter eos constituenda vel saltem tentanda se intromittere debeat aut possit. Tentata res est, (quod scit Ill. D. vrā) nuper Olomuncii priusqz tā graue incendium vtrinqz exarserat, offerebat Joannes Rex stare se velle Ser^mi domini nri decisioni, quod tamen ab alte: ra parte non fuit petitum neqz propositum atqz ita, dum sub illud tempus quo adhuc pene res integra erat, nichil inter eos componi potuit, nunc multominus presertim, cum iam aliquot cē: des vtrinqz commisse sunt, in suma ita edocta est Regia Mtās Regem Joannem, neqz Corona neqz Regno Hungarie, nisi simul et vita cedere velle, Quare frustra nobis videtur Mti sue consulere, vt se ei controuersie iterum immiscere debeat Sed Illma D. vrām in ea loca profectam esse non ignoramus vbi ista fortasse certius, et plenius intelliget, vnde illinc forsitan nascetur, alia deliberacio, et consilium quid in his turbis agi opporteat, nos vero quod etiam alioqui et faciebamus antea et facimus, faciemusqz in posterum, nullam occasionem preter: mittemus, qua et apud Regiam Mtem clementis^mū dominū nostrum et vbiqz decori et dignitati Illme D. vrē eiusqz domus prodesse possemus, beneuolentiam et fauorē erga nos eius ma: ximi faciebamus semper et facimus Ducatus et dominia gētesqz

el populos ſſſme D. vrē el preſentiꝰ et abſentiꝰ ſemper nobiꝰ pro viribꝰ noſtra aure erunt Multo vero magiꝰ clariſſima et ſſſma Coniunx liberiq; ipſius cui etiam ſeruicia noſtra nunciari, eiuſq; ſſſti nos viciſſim commendari plurimum cupimus poſtremo ſſſmam D. vram foeliciſſime res ſuas in Sleſia trā: ſigere ſanamq; et incolumem breui ad ſua redire ſummē deſideramus eiq; nos cum ſeruiciis noſtris ex animo comenda: mus Dat

Petrus Tomiczki Epꝰ Crac: Vicecancellꝰ Alberto Marchiom Brandeburgē: Et Duci in Prussia.

Jlltme Prnicepꝰ et domine, domine honorandme. Literas ſſſ. D. vrē et gratiſſimo animo accepi et auidiſſime legi nec excuſaciōne opus erat, ne mihi earum lectio moleſta eſſet, qua tamē eadem ſſſ. D. vrā ex ſumma ſua humanitate vſa eſt, nam ego ſi lnguam Germanicam diſcens aliquid profeci nunc eius rei fructum maximum cepi q; literas natiuo ſermone ſuo ſcriptas ab ſſſ D vrā legere et intelligere poſſum Cplā vero latino ſermone ab ſſſ. D. vrā ad Regiam item perſcripta, qq; latinis plamis et dilucidis verbis ſcripta fuerit tamen eadē eidem Regiē Mti (ne forte ex ea quicq; tranſiluerētur) ite: rum atq; iterum repetiui, et relegi Cuius cplē effectum, tam: etſi ipſa Mtaꝰ Regia (pro ſingulari amore quo ſſſ. D. V: complectitur) ſuaple ſenſibus imis recondidit et conten: tis poſtulatiſq; in ea liberaliter acquieuit, tamen ego qꝰ (cum ob ſummam meam erga J. D. vram obſeruantiam, et fidem, tum q; eciam hanc deliberacionem eius e repubca fore perſpiciebam) ſponte arrentem admonebar, Quo in negotio quem animum et voluntatem, ipſa Mtaꝰ Regia ha: buerit, intelliget ex litteris eius ſſſmē D. vrā quecunq; ei a dominus Nrꝰ ciq; nomine eius meam egit, ea ego, coſtudio

et fide egi vt facultas potius in me desiderari posset q̃ volũ:
tas. Q. I. D. vrã in literis ad Regiam Mtem̃ scriptis
breuibus attigit, ad me vero paulo vberius explicauit.
quasi videlicet, amor et voluntas eius erga R. Mtem̃ per
nonnullos blatterones in suspicionem venire deberet, id m̃
prorsus est incognitum et haud scio an quisq̃ tam perditis
moribus existat qui eiuscemodi rerum I. D. vram̃ apud
dominum et Auunculum qui eam loco sibi habet insimula:
re auderet. q̃ si quisq̃ esset exploderetur pelleretur q̃. Qua:
re sit ea cura et sollicitudine soluta. I. D. vrã.

Salus qua me Illma Domina mea, clarissimaq̃ Coniunx. I.
D. vrẽ impartire dignata est, fuit michi et est gratissima
Rogo I. D. vrãm dignetur ei vicissim paratissimum ser:
uitium meum orationesq̃ meas commendare, ego vero
curabo vt per omnem occasionem apud regiam Rlemq̃
Mtem̃ meam fidelissimam operã experiantur ambe. I.
D. vrẽ quibus me cum seruiciis meis commendo, quasq̃
foelicissime et diutissime valere cupio Dat

Sigismundus Primus Rex Poloniẽ
Alberto Marchioni Duci in Prussia

Illme Princeps et domine, Nepos nr̃ char mẽ Salutem. Per gra:
te fuerunt nobis lrẽ Illtis vrẽ quas nuper accepimus, animaduertimus ex eis q̃ Illtas vrã nostri et rerum nostrarum,
officiosam rationem gerit, cum nos, de omnibus rebus, quas
vel officere, vel prodesse nobis existimat, certiores reddit
intelleximus perspicue ex eisdem lris, quid Mgri Theutonici
ordinis et Dux Brunsvicen̄ struant et moliantur, et ideo
curabimus, per fidos nros, omnes aditus intercludendos ne
qua rima aduersariorũ nrorũm perfidie ad perturbanda, vel
inuadenda nrã pateat, habemusq̃ Illti vrẽ magnas grãs

q nos earum rerum tam amice tamq acurate admonuerit, eamq rogamus vt deinceps de eiusmodi rebus si aliquid machinari sub odorauerit, nobis significare non grauetur.

Scribit preterea Ill: vrá in aliis literis suis, in causa Thelonei quod apud locum quendam exigi solet, se ad constitutum à nobis locum misisse certos, qui excusarent, eam apud declinabiles et suspectos Judices nolle causam dicere, Sciat Illtas vrá nos hoc unq postulasse ab ea vt coram incompetentibus Judicibus parere deberet. tenemus enim memoria singula fere capitula pactorum et Conuentorum inter nos recens factorum, que mutuo conscribi curauimus. Itaq cum Achacium Czeme, et reliquos Brauspergum mittebamus non id egimus vt illic Judicaturi aliquid essent, Sed vt presente eodem Achacio illi ipsi puta Gdanen, Vilnen, et Cawnen qui se exactione eius Thelonei, vtpote insolita, grauatos esse conqueruntur, indicarent et docerent, istud ipsum Theloneum non pridem esse auctum atq institutum.

Informula autem pactorum et Conuentorum nrorum de quibus superius mentionem fecimus, clare est expressum, q omnia Thelonea à transactione cum Ser^mo patre nro bone memorie Rege Casimiro facta, in tota terra Prussie penitus tolli et extingui debeant non ergo ad Judicium exercendum, sed ad negotium in foedere et inscripto iam confectum et determinatum ad effectum deducendum, hoc est, ad auctionem Thelonei tollendam, nros Baunspurgum miseramus. Id etiam et modo optamus ab Illte vra, velit se vna cum suis, in talis Thelonei ratione ita gerere, quemadmodum in inscriptionibus de ea cautum est à tempore transactionis, cum Rege Casimiro patre nro sancte memorie facte. In aliis item lris Illtas vrá accurate nimium et suppliciter petit vt Joannem ~~Nipczit~~ Nempcz quem ad preces eiusdem Illtis vre vita donauimus, etiam in libertatem ex vinculis mitteremus nec dubitamus quin (prout etiam in lris suis attigit) vxoris liberorum cæterorumq necessariorum dicti Joannis Nimpcz

precibus fatigata ffltas vra, ad tam accuratas se preces pro eo demiserit, qua in re istam humanitatem et misericordiam eius, Improbare non possumus. Sed expendere potest ipsa ffltas vra, quid inde nobis incommodorū siue discriminū oriri posset, si huc vnum mitteremus. profecto hoc ipso exemplo ceteri qz admoniti id ipsum etiam à nobis sollicitarent, atqz ita nos non equum Iudicem sed personarum acceptorem duntaxat ageremus, quod neqz dignitati neqz conditioni nrē congruit. Quare velimus ffltas vra acquiescat huic nro facto, et q eundem Joannem Nimpez, vita donauimus eo ipso sit contenta. beneqz et feliciter vale: at ffltas vra Datt

Sigismundus Rex Polonie
Alberto Duci in Prussia.

Illustris Princeps et domine Nepos mē charissime Salutem et plurimam felicitatem. Que nobis ffltas vra per Nunctium suū significari curauit, sunt nobis abunde denunciata, atqz declarata. Sed q eundem Nunctium tam sero à nobis dimisimus, nolimus existimet id à nobis ita factum esse quasi res ffltis vrē parui faceremus aut negligeremus, cum non aliam ob causam, id à nobis commissum sit, qz q idem Nunctius, recte sub parasceues, et Sacri Paschę tempus huc venerat, quibus diebus, nos ab omnibus fere, tam priuatis, qz publicis actionibus, abstinere et nulli alteri rei qz diuine intendere solemus, post ferias ipsas mox concursus Legatorū ex variis partibus orbis ad nos fieri solitus est, mandata eorum fuerunt eiusmodi vt omissis cęteris rebus omnibus, ad absolucionē eorum, nobis merito properandum esset. Nunc aim dei benignitate, omnia ex sententia confecimus. Ad legationem ffltis vrē respondimus, primū omniū, multas rationes allegare videlicet ffltas vra, quibus adducta Theloneum in Kukernes, auxit, quas nos admitteremus libenter si phas

esset, ita enim ea auctio veteribus nouisq; fœderibus, quasi ex
diametro aduersari videtur, Subiecti q̃ nr̃i se inde graua:
tos esse, assiduis querelis nos obtundant, nullum modum re:
perire possumus, quo nobis ea res tolerabilis esse persuadeatur
Nam tametsi Cawnen̄, in certis lr̃is suis ad Regiomõtanos
scriptis quarum exemplum nobis etiam missum est, de ea au:
ctione se quandamtenus contentos esse significauerint: Id pro:
pterea factum fuisse comperimus, q̃ ipse Joannes Hoppe ad cer:
tum determinatumq; tempus, non autem ad perpetua tem:
pora, eam auctionem illic constitui petebat, Sunt autem,
prẽterea alii permulti subiecti nr̃i, quibus ea auctio, magno
detrimento esse videtur, ea potissimũ de causa, q̃ eam in per:
petuum sibi vsurpare conetur Illtas vr̃a. que ne forte suspi:
cetur nos ob eam rem nimis exacte secum contendere, superse:
demus, de ipsa causa Thelonei tantisper dum Primores terra:
rum Ciuitatũq; nr̃arum Prussiẽ in Conuentu quẽ eis Elbin:
gi propediem inducturi sumus, conueniant, nec dubitamus
quin Illtas vr̃a ad eundem Conuentum, etiam aliquos ex
suis mittat, In quo Conuentu vtcũq; nr̃is Illtisq; vr̃e de
eodem Theloneo conuenerit, facile feremus, modo ab assidu:
is subditorum nr̃orum querelis liberi esse possemus, Q Sa:
cerdotes Insule Marie in custodiam coniecerit vr̃a Illtas
idq; iustis causis quas affert, se fecisse argumentetur, nec
ab initio nobis placuit, nec vllo pacto, æquo animo ferre pos:
sumus, nec adduci possumus, vt aliam ob causam ab Illte vr̃a
id factum esse existimemus, q̃ ob ĩmutatũ religionis Statũ
atq; ordinem à Sanctis patribus antiquitus institutũ, Na
si ÿdem Sacerdotes in obseruanda religione morem et ritũ
quem à primis annis imbiberant, obseruauerunt, Si ab Epõ,
qui et ipse ab vnitate Romanẽ Ecclie desciuit, desciuerũt,
Non videmus propterea causam cur captiuitatem pati debeant
cũ et apud Ethnicos etiam vnicuiq; liceat eam religionem

sequi quam sibi quisq; delegit, Magnopere itaq; cupimus, dimittat
eos ex custodia Illtas vrā, liberatiq; et Sacerdotiis eorum re:
stituat, quandoquidem redditus Sacerdotiorum nec ab
Illte vrā nec à maioribus eius istic dotati constitutiq; exi:
stant, non enim decet Euangelice doctrine imitatores iniu:
riam cuipiam facere aut aliena occupare, Sed de hoc satis
De negocio Illtris domini Vilhelmi Marchionis memini:
mus, quē etiam Adam existens, nobiscum contulerit Illtas
vrā. Erat enim mencio de Duce Masouie virgine illi col:
locanda, et de, aut toto Ducatu aut parte ei danda, nec no:
bis excidit, quomodo eam rem totam, in vlteriorem delibera:
cionem cum reliquis Senatoribus Regni nri reieceramus
Verum cum nuper Conuentum generalem, hic Cracouie agere:
mus, tanta varietas animorum, omnium ordinum Regni nri
preter opinionem, de ipso Ducatu Masouie, nobis se obtulit,
Q Ducatus eiusdem, alicuipiam conferendi, etiam filio nro
charmo quem tamen vniuersi illius Ducatus Incole, vnani:
mi prece, in Principem sibi dari à nobis instantissime precabā:
tur, potestas et facultas, nobis penitus sublata esse videatur, cō:
tendentibus eisdem Regnicolis nris, Non mere ad dispositi:
nem nram sed ad Regni ipsius Polonie corpus, Ducatum ip:
sum Masouie deuolutum esse et pertinere. Quod cum anim:
aduertissemus, ne motus alicuius maioris occasionem pres:
tare videremur causam ipsam Ducatus in tactam intractatāq;
adhuc reliquimus. Quo tempore quoue armature genere
vel ornatu idem Nepos nr charissimus Marchio Vilhelmus
ad Curiam nram venire debeat, Id aliis lris nris significa:
bimus Illti vrē, quam foeliciter valere optamus Dat

Petrus Tomicius Eps Crac. vicecancell.

Alberto Marchioni Duci in Prussia

Illme Princeps et domine domine honoranme Is Nunctius v. Illtratis venerat huc illis ferme diebus quibus quotannis reli: giosissime recolitur memoria passionis nri Saluatoris domini Jesu chri moxqz appellentibus Sacris Pasche per tantam cele: britatem aliquandiu non erat commodum conuenire Regia Mtem hiis quibus vra Illtas suum delegauerat negotium et pre: ter hec alia etiam multa interuenerunt que semper accreuerunt ad cumulum negociorum Regiam Mtem occupantium quare oro ne mihi imprimis denideqz et nunctio suo hanc moram imputet vra Illtas qui alioquin semper odi omnes procrastinacioes in amicorum precipue actionibus

De Theloneo de quo scribit vra Illtas adeo integrum non erat Regie Mti quicqz constituere quia clamitabant subditi sue Mtis eius auctionem vel tantumo tentare fieri contra pacta et foedera cum antiqua tum recens inita in quorum prioribus esse diligentissime cautum ne exigerantur vlla noua Thelo: nea erecta vero vt protinus abolerentur tamen qua est Re: gia benignitate Sermus dominus nr in vram Illtem non re: nuit sua Mtas vt in proximo Conuentu Elbingen de eo ipso Theloneo transigatur inter Oratores vre Illtis et Consili: arios Mtis sue.

Canonicos Marieverden fuisse in vincula coniectos nichil per: eque moleste atqz indigne fert Sermus dominus nr persua: sissimu habens ex interpretacionibus hominu hanc precipu: am esse causam illorum captiuitatis durissime Q viri Ortho: doxi pati noluerunt in Ecclia sua Catholica hereticos lu:

theranos suis nouis operari sacris et quia hec miserabilium dei
Sacerdotum grauis iniuria, id est captiuitas longissima, spar:
sa habetur passim pro externa impietate. ego pro mea erga
vram Illtem obseruancia, rogo, oroq; eandem, nam pessime
audit vbiq; hoc factum, moderari velit (sua magis q; alie:
na causa) ne illa Ecclesia olim tam celebris et locus tam sa:
cer, multis seculis honoratissime habitus, cultusq; ob suu
maxime veterem sacroq; sanctum ritum institutus a sanctis
patribus, nunc demum prophanatus vilescat, abductis ab eo
viris bonis ac religiosis, quibus efficiat Illtas vra. vt illi
ipsi Canonici rursus eodem cito reducantur, permittantur q;
pacifice frui sibi dudum assignatis ad victum rebus ac
prouentibus. Nam fama, quam voluerem esse ferunt circu:
fert hec omnia latissime, ac nihil tam turpiter audit apud
omnes presertimq; piios homines q; templa nudari et relin:
qui vacua, adeoq; hec ipsa non esse opera Euangelicoru vi:
rorum vt in tales ne chrianoru quidem hominu nomen sa:
tis competat.) De Germano vre Illtis Illtri domino Vil:
helmo Marchione ita semper meor fui et studiosissime etiam
egi rem suam in proxime preterito Regni Conuentu, sed vsq;
adeo obstitit vniuersitas Regnicolaru, aliis itidem hoc ipsu
ambientibus, vt omnino non censerent Ducatum Masouie
auellendum a corpore Regni, quin iam etiam inde voluerut
penitus ipsi Regno inuiscerandum.) Limites inter Prussia
et Samogithiam non posse fieri vt tam repente discernere:
tur si quidem mortuo non pridem illius loci generali prefecto
suffectus nuper est parenti, filius adolescentior, q; vt rerum
aut locoru illorum credatur esse satis gnarus. ceterum ha:
bet in animo Regia Mtas hoc nimiru anno Lithuaniam in:
uisere. Sed vbi primu inter Sermos dominos Ferdinandu Bo:
hemie et Johanne Hungarie Reges de pace aliquid constitue:
rit, aut saltem ad pacificacionem eos viderit progredi, inde
itaq; ex Lithuania comodius mittet aliquos suos sua Mtas
ad hos faciendos limites.) reuersus iampridem est Mgcus dns
Castellanus Crac a Sermo domino Rege Ferdinando, quid
vero illic egerit aut obtinuerit, ex articulis, quos mitto v. Illtas

vbiqz cognoscet, Coeterum ita conuenit, vt vterqz illorū regum Bohemie et Hungarie, Oratores et Consiliarios suos, olomnucz ad primā diem Junii mittant, mittet qz° eodem et Mtas domini nri, dominos Plocen Epm Nepotem meum dominū Castellanum et Capitaneum Cracouien dominū Joannem de Tharnow Castellanum Sandecen quibus duos Secretarios adninget dominum Joannem Viczwinski Castellanū et tribunū Plocen et dominū Joannem Choienski Prepositum Posnanien et Archidiaconum Cracouien verum haud magna spes est future alicuius concordie inter acerrime dissidentes Reges, vtroqz ita animato vt alter consequi Regnum Hungarie contendat, alter constitutum habere dicatur eodem nō Andree, nisi cum vita simul decedere et omnia Commendo me ex animo vre Illme. D. Quam chrus Jesus sanam et foelicem q̄ diutissime conseruet Dat Cracouie

Petrus Tomiczki Eps Crac R.P. Vicecancellis Achatio Ceme Succamer° Pomeranie et Slochouiensi et Stargardiensi Capitaneo.

Generose domine amice charme commendamus plurimū curā et sollicitudinem vram quam habetis de prouidendis et conseruandis castris fidei vre creditis et vt in ea persistatis, eāqz non intermittatis et hortamur vos et rogamus, afferuntur enim etiam ad nos frequentes rumores ex Germania quod Duces Brunsvicen cum Liuoniensibus et preceptoribus Ordinis Sancte Marie Theutonicorū in animū suum induxerunt Illtrem dominū Ducem in Prussia in eius Ducatu armis impetere quod ipse dominus Dux sentit quidem et non ignorat vt prudens et circūspectus Princeps, et ob hoc prouidet comeatu et aliis necessariis Castra et Ciuitates suas, quod ipsum, vt in terris quoqz istis Mti regie subiectis fiat, vult Mtas sua omnibus ordinibus earundem terrarū precipere, Conuentūqz istic in aliquo loco statuere decreuit Mtas sua in quo admonebit omnes vt sint instructi armis et equis et

parati ad repellendam omnem vim hostilem vndecunque illa ni:
gruerent vtque Ciuitates et Arces commeatu et rebus aliis ad
defensionem necessariis tempori prouideant, cum autem expo:
suissemus Mti sue petere vos ab illa dari sibi ad Castrum
Schlochow aliqua tormenta que sunt in Mariemburgk et
aliquid etiam pulueris tormentarij respondit Mtas sua de:
disse ad hoc ipsum Castrum Slochow tempore belli Pruthe:
nici nouissimi nonnulla sua tormenta ac etiam pulueres
et vbi necessitas aliqua et vis hostilis imineret promissura
se melius istud ipsum Castrum Slochow pluribus tormentis
et pulueribus) pro Joanne Same Nauta quodam Gedanen
nunc vero Ciue Elbingen et pro Pelcham non potuimus in
tam breui tempore impetrare literas à Regia Mte que nunc
multis curis est distracta, nec facile annuere vult vt faciat
maiorem gram exulibus Gedanen et aliis qui erant ac:
cusati, tentabimus tamen vt possimus sub tempore impetrare
illis id quod petunt, de qua re vos nos admoneatis lris vris.
) Joannem Nimpcz iuuaremus libenter vt à captiuitate liberaretur
sed non videmus tempus adhuc esse ad hoc commodum et opor:
tunum propterea quod Mtas sua Gedanensibus promisit non
dimittere illum. Quare cum ille ereptus sit à dura captiui:
tate opera et intercessione nra, donatusque sit vita, ferat ad:
huc aliquantisper hanc suam captiuitatem que ei non debet
iam esse tantum molesta cum meliorem et liberiorem sessionem
habeat, faciemus vero operam nram quantam maximam pote:
rimus pro eius liberatione nacti ad hoc oportunitatem debitam
et non est opus vt vxor eius se huc nunc defatiget bene vale:
te Datt etc

Petrus Tomicius Eps Cracouien & Regni Polonie Vicecancellar.

Epo Varmiensi

R. Me in Chro Pr et domine frater et amice charme ac honoran. Salutem et plurimam felicitatem. Q ad R. D. vraz rarius scribo, non negligencia mea aut obliuione mutue beniuolencie nostre id fieri contingit, Sed propter ingentes curas et occupaciones meas, a quibus ne punctum quidem temporis feriato mihi esse licet heret nichilominus in animo meo semper rerum omnium reliqueqz dignitatis. R. D. vre ratio, quibus pro virili mea in nulla parte desum, non est visum Mti R. statuere aliquid contra Priuilegium Branuspergensium, itaqz articulum de Judiciis capitalibus et Sanguinis, ad vlteriorem suam deliberationem eadem Mtas Regia suspendit reliquas vero Comissariorum constituciones approbauit. Quas ego sub signo sue Mtis R. D. vre vna cum pntibus mitto, In Italia tametsi paucis ante diebus

Roma ab Germanis peditibus qui sunt a parte Coesaris capta, Pontifex Maximus cum suis, in Andriani Arcem se recipere coactus esset, tamen paulo post eiusdem Pontificis Max. Regis item Gallie atqz Venetorum Exercitus ex 60 hominum milibus suppeciatum veniens, cum Coesarianis foris vrbe, congressus, aduersarios quorum ad xxx milia fuisse perhibentur ad vnum omnes occisione occidit, ex suis eciam xxx millibus desideratis, ita q lx hominu milia ab vtraqz parte cecidere hec ita facta esse non a vanis auctoribus, Sed literis Sermi domini Regis Hungarie quarum exemplum cum pntibus mitto nunctiatu est nuper R. Mti domino nro vtilius fuit tantis viribus contra infideles vti, si deus voluisset, R. P. vram dui et foeliciter valere Cupio eiusqz amori me comendo Dat

Sigismundo primo Regi Polonie

Albertus Dux Prussie. Marchio

Illtris Princeps, rex Magce, domine graciosissime paterq amantissime.
Adeo patre omnipotenti per Jesum Christum filium suum re:
demptorem nostrum, cupio Mtem vram vna cum sua dilecta
Regniali Mte atq liberis suis, ad Nestoreos annos in adaucto
regimine anime et corporis prosperitateq sanu et incolume
esse ac bene valere. Postq humilissimoru officiorum meoru
comendacionem eidem Mti vre, ago gras immensas q me per
fidelem seruitorem et Consiliarium Eccartum de Repprehan
Regiis atq benignis auribus percipere et exaudire dignata
est, Neq diffido cum ea a me exposita secreta magni sunt mo:
menti, quin Mtas vra Regio animo vt prudens Rex me:
lius perpendet, quam a me stulte declarata sunt, humilimeq
peto Mtas vra nolit ea facile vento commendare. Et quam:
uis nunc suo in Regiis atq Magcu Principum curiis quos:
dam esse qui bona interdum in malam partem et rursum ma:
la in bonam parte exponere solent, attamen scio scrutatore
cordium, cor meum erga Mtem vram Inclitosq liberos et
totam Coronam suam qo noscere, neq diffido quin Mtas vra
cum tempore etiam melius cognoscet, qua propter humillime
peto Mtas vra nolit omni spiritui facile de me credere.

Caeterum cum Mtas vra inter alia quantum attinet auxiliu
externum, a me desiderat sibi significari, ex quo Mtas vra ea
et talia que Inclitum Regnum attinent, cum Statibus consu:
lere vellem. Serenissime Rex quamuis Mtem vram eu
Regem prudentem cognosco qui etiam ea et talia omnia absq
mea stulticia etiam bono consilio deliberare potest, attamen cu
cum Mtas vra stulticiam meam a me scire desiderat, est officii
mei vt subditus et filius patri sit obediens, quapropter ad be:

neplacitum et meliorem deliberationem Mtis vre videretur
mihi consultum q Mtas vra eisdem Statibus quibus scire dignu
et necesse eum modum declarare velit.

Minime dubitaret Mtas vra quin ipsi scirent, qd bonum, Mti vre
et Inclyte Corone sue per pacem Prutthenicam euenerit, quodq
que malum quotq magnas expensas tota Corona prinsq Mtas
vra Regui Prussiam ad obedienciam compulsa est, passa sit.
precipue illis temporibus quibus cum Thartaris et Moschouitis
his expeditiones habere coacta fuit et q Prutthenicus Ordo
semper hunc temporis tercius aut quartus Moschouitta aut
tartarus fuerit.

Nunc intelligeret Mtas vra pro vero q Theutonici domini
interaperent multis querelis, Cesarea, Bohemie Hungarieq
Mtes, ceteros q ordines Imperii erga Coronam inducere vt
pacem perpetuam acceptam et initam dissindere possent. Quanis
tamen Mtas vra speraret q cu omnibus adiacentibus Regi-
bus et Principibus se adeo amice et pacifice haberet q etiam
Mtas vra nihil mali ab ipsis speraret.

Attamen cum vre Mti officii esset ante tempus etiam mala
omnia precogitare, mundumq nunc temporis tam fallacem
et labilem cognoscere et, et q Mtas vra et ipsi scirent q pre-
apue vndiq locorum bella essent pre manibus, Ferdinan-
dusq et Cesarea Mtas eosdem milites quos Mtas vra pri-
us ex terris Bohemia Slesia Moravia ebt habere potuit,
q modipsi fratres indigent eisdem necessarii essent eosdem ad suas expedi-
ciones bellicas

Considerareteq Mtas vra q cum Thurci Thartari Moschi
Theutonici domini, aut alij quicuq, in terras Corone irrue-

rent q̄ Mti vre dificile foret ex nominatis terris Velli-
feres milites acquirere quapropter necesse vt externas
regiones et Principatus propinquos Mtas et Corona vra
quereret.

Sed cum scirent q̄ quandocūq; Reges et Principes aliquando
cuidam iuuamini esse deberent q̄ econuerso in accidentiis
suis iuuamen habere vellent, ideo Mtas vra quid faciūdū
ab ipsis consilium peteret etc.

Et cum scire vellent quibus Regibus et Principibus Mtas
vra se concordare vellet, posset Mtas vra Regem Dacie
Scocie Swetie etc. nominare, et cum hoc concludere quoq;
alios Reges Principes et Status Mtas vra sibi excogi-
tare possit, q̄ hii in deliberacione Mtis vre et beneplacito
starent tantum ad hoc.

SErme Rex pro secundo nro si foret consilium q̄ Mtas
vra quibusdam Statibus secreciori modo declararet, ea
que succurrunt a Coesarea Bohemieq; Mtibus, cum terra
Masonie et terris Oswiaczim et Zathor, consuleretq;
qualiter hiis omnibus accurrendum, et in vltimo iuuandum et
defendendum esset, attamen comendo vberiori deliberacioi
Mtis vre, exhibeoq; me corpore et animo promptum si Mtas
vra in isto et aliis opera mea laboreq; meo indiguerit. hi-
sce me Mti vre domino meo graciosissimo vt filius patri
comendo et vltimo rogo Mtas vra velit stulticie mee et
precipue cū Prisciani incongrue scribo pernitio parcere. sum enim totus obedi-
entissimus Mtis vre seruulus Dat ex Ortelspurgk 29 die
nouembris Anno domini M° . D. XXVII°

Legatio a Sigismundo primo Rege Polo^e ad Conuentum Elbingensem missa

Nunctius nr̄ in Conuentu Elbingen̄ hec aget. Post dictam Salutē et gratiam nrām Regiam, referet nos admonitos literis Consiliariorum nostrorum terrarum Prussiē, Conuentum in Ciuitatē ista nrā Elbingen̄, ideo indixisse, vt eo commodius cum Illtri Principe domino Duce in Prussia Nepote nrō, aut eius Consiliariis, possint iidem Consiliarii nri de ratione monetē cudende cōstituere, quē res est maximi momenti, admonebitq; illos ipse Nūctius nr̄, vt tandem de ea ipsa moneta qualiter et sub quo gradu cudi debeat, conueniant et concordant, agantq; quantum maxime possunt vt talis moneta instituatur, qualis ante trigīta aut quadraginta annos istic cudebat, norunt enim omnes quantum terre iste propter leuem monetam paruo tempore in suis facultatibus decreuerint.

Insuper declarabit et hortabitur nunctius nr̄ prēdictus, vt Consiliarii nri constituciones anno preterito Edam confectas et per nos approbatas, diligentius inter se perpendant et examinent prouideātq; vt nulla in parte communibus Ciuitatum Priuilegiis, Iuribus inūnitatibus et consuetudinibus vetusta obseruacione introductis, derogent. Queruntur enim Ciuitates ipsē contineri in eisdem constitucionibus et articulis quedam quē sibi esse ferenda non videntur, vt de Iurisditione seu animaduersione, quam dicunt se semper vniuersaliter sine delectu in omnes delinquentes exercuisse, et aliis nonnullis rebus quas Nobilitas absentibus illis obtinuit et conscripsit, in quibus petunt eedem Citates iustam et æquam moderationem.

Admoneantur preterea Consiliarii nostri vt de auctione Thelonei Labiensis et Kukernes tractent cum Oratoribus Illtris domini Ducis in Prussia, curentq; vt subditi nri eodem aucto Theloneo amplius non grauentur, sed pacta et fœdera recens inita et consuetudo antiqua soluendi Thelonei predicti in omnibus obseruentur.

De ruptura aggeris et Vistule fluminis, que nos plurimum sollicitat, consulant etiam Consiliarii nri, vt tandem repari possit, ad quam cum nos iam non paruam pecunie summam impenderimus ipsi inueniant modum et viam, vt cum comuni subditorum nrorum istarum terrarum auxilio, labor ceptus, circa eandem rupturam, hac æstate perfici possit, nisi enim hoc fiat magnum damnum inde secuturum esse terris istis nostris Prussie, nemo est qui non videat.

DE Contribucione anno superiori nobis decreta, curent etiam prefati Consiliarii nri vt ab omnibus soluantur de aliis q̃ publicis istarum terrarum necessitatibus et iusticiam comuni administranda, tractent et consulant pro officio suo et gratia nra.

Sigismundus . I . Rex Polonie

Alberto Marchioni Duci in Prussie

Illtris^me Princeps et domine Nepos nr̃ char^me Salutem et plurimam fælicitatem. Accepimus lr̃as Ill: vr̃e quibus accurrate nimium atq; exquisitis rationibus petit vt Kinigspergensibus trecentas marcas argenti conflandi, et in nũmos redigendi, potestatem faceremus, idq; in sumptus structure, domus Prętorie, satis constat quanto studio Nos iampridem per Senatores Prussie Ditionis nr̃e egerimus, quo moneta comũni consilio, equali valore, tam in nr̃a q̃ Illtis vr̃e ditione cuderetur, vt inde et nr̃is, et vtriusq; nr̃m subditorum cõmodis facilius consuli posset, verum non satis admirari possumus, per quam partium potissimum stetit, quominus de valore et equalitate eiusdem monete minime adhuc conuenerit, prout nec modo conuenit, idq; non sine damno et dispendio terrarũ et Ciuitatum nr̃arũm quibus seuerius imperauimus, ne monetam cudere auderent, priusq; de eius valore et æqualitate nobis, cum Ill: vr̃a conueniret. Quod tametsi alias sæpe tentatum est (vt scit Ill: vr̃a) tamen hactenus, vt superius attigimus, perfectum non est, indiximus autem Conuentum in Elbingo (prout id etiam Ill: vr̃e alioqui significauimus) vbi inter cæteras actiones terrarum illarum, id tanq; prẽcipuum et singulare agendum nr̃is mandauimus vt de cudenda moneta iam tandem, certum quidpiam constituerent et concluderent, nec dubitamus quin ad æquas et iustas talis monete cudende, rationes, sese tandem flectet vr̃a Illtas. Quod cum contingerit hoc est cum vtrinq; de ratione et æqualitate cudende monete conuentum fuerit liberum tunc erit non modo Kingspergẽsibus verum nr̃is q̃o argenti quantum voluerint conflare

et in numos redigere, priusq; vero de racione monete cudende certi aliquid constituetur, cum neq; nris eam cudere permittamus, dabit nobis veniam vra Illtas q ad presens Knigspergensibus q; ipsis, nichil omnino cudende monete concedamus quanq; alioqui et Illtis vre, et subiectorum eius Commodorum racionem perlibenter habemus modo id, publica vtilitas, que priuate anteponi debet, pateretur, Illtem vram optime valere optamus Dat

Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis Vicecancell

Mauricio Epo Varmiensi

RME in Chro Pater et domine fr et amice charme ac honoran. Opportune Rma D. vra Nunctium suum huc misit per quem deliberacionem suam et dominorum Consiliariorum terrarum Prussie, de ratione cudende monete Regie Mti significauit nam eciam sub id tempus Legati Illmi domini Prussie Ducis hic adsunt, qui eciam hoc ipsum cudende monete negotium hic tractant, dimittenturq; cum tali responso quod eciam cum deliberatione et sentencia R. D vre et aliorum Consiliariorum istarum terrarum congruet, vt adhuc alter Conuentus in Prussia indicatur, in quo nostrates cum Legatis dicti Illmi domini Ducis conuenientes, tandem concludant, et determinent, de vniuersa hac cudende monete racione, Quibus si in tali Conuentu de eodem negocio conuenire non poterit, tunc sua Mtas illic, suam sentenciam et voluntatem patefaciet, et significabit, pronuntiabitq; quo nam pacto ipsa moneta cudi debeat, Quod Rma. Do. vra comemorat Thelonea quedam contra decreta Cracouiensis Conuentus in Ducatu Masouie instituta esse, petitq; literas Regias quo peccora illic in ducatu Masouie ad vsum et releuacione desolati

Epatus sui empta libere illic ad Prussiam abigi possent sciat
Rma. D. vra nulla noua Thelonea in Masouia instituta esse
duntaxat illud a Regia Mte imperatu esse, vt custodiantur
ne peccora in Masouia empta aliis viis agantur q per eas
cameras quas ad eum vsum illic Mta sua instituit. Mitto
tamen eidem Rme. D. vre lras Regias quibus habitis li:
berum erit Officialibus et seruitoribus eius sine Thelone et
cuiusuis exactionis solucione armenta et pecora ex Masouia
abigere. Memini preterea Regiam Mtem pollicitam esse Ge:
orgio Procke certam prouisionem in Prussia constituere mo:
aliquid tale obtingeret quod sibi licite prestari posset. Sed ha:
ctenus nihil tale obtigit prout hoc eciam R. D. vra nouit
Cum vero suam Mtem admonuissem vt eidem Georgio Proc:
ke annuam pecuniam centum flor constitueret ita prout Rma
Do. vra cupit sua Mtas se in hoc difficilem prebuit asserens
se alioqui magnis impensis esse oneratam quemadmodu est sti:
pendium quod domino Duci Prussie quotannis soluitur, pre:
terea in reparacionem rupture Aggeris in Insula magna
vnu pecuniaru se profudisse dicebat. Quare sustentandus
est ipsi Rme dominacioni vre idem Georgius, eousq quo
aliquid redditus in Prussia se offerat de quo ei per suam
Mtem prouideri posset. Quod cum euenerit et michi per
Rmam. D. vram significatum fuerit, efficiam proculdubio
vt illius meritorum digna ratio habeatur. Ita nobis ex Ger:
mania per lras est significatum q Hispani et Germani pedites
qui Romam diripuerant, cum ad ferendas Mediolano sup:
pecias proficiscerentur, ab Exercitu Gallicano circumenti ter
victi atq cesi sunt, paucis ex cede relictis, vnde facile col:
ligitur Summu Pontificem et ex Captiuitate et a grandis
pecunie pensione iam esse liberatum. Quod Rma Do vra
a Regia Mte postulat vt damnoru et calamitatu quas in
in nouissimo bello vna cum Ecclesia sua passa est racione habere

dignaretur, meq; scriptis admonet vt causam eius promouerem
Id ego feci quidem sedulo, nec facere desistam. Sed tam occuppato
et duro tempore nichil a sua Mte optinere potui. expectandum
igitur est R me. D vre commodius tempus, ad impetran:
dum aliquid, ego vero nullam occasionem pretermittam, vt in
hoc desiderio eius aliquatenus ei gratificari valerem, et cupio,
vt dominus deus hoc nouo anno seruet vram Rma Dnem
sospitem et foelicem que me diligat et habeat sibi commendatu
Dat in Piotzkow etc 1528.

Summa Legationis a duce Prussie coram Rege Sigismundo habite.

Nunctii domini Ducis Prussie auditi die dominico ante festum Na:
talis domini recensuerunt quod cum Mtas Regia Ducem suu
cum Gedani esset de ratione monete in terris Prussie cudende
consuluisset, coactus fuerit ille rem hanc refferre ad ordines
et Status Ducatus sui sine quorum consilio et consensu nichil
in ea re statuere volebat, indixeratq; Conuentum in Rosten:
bergk vbi consultauit cum hisdem subditis suis de hac ipsa mo:
neta qualiter et in quo grano cudi debet, et cum Gedani ea
res finiri ex pmissis causis non potuit quod coacta fuerit
Mtas sua indicere Conuentum in Elbingo de quo tametsi Ill:
dominus Dux admonitus non fuerit neq; ad illum vocatus
postq; tamen intellexit ex dno Varmien illum indictum esse
misit ad illum nunctios suos, cur autem nichil fuerit ibi super
ea ipsa Moneta conclusum putat ipse dominus Dux Mtem
suam plene id ex eius Consiliariis et Regentibus intelle:
xisse. Quod si non habeat id cognitum Mtas sua ipsi
vellent referre.

Postea cum ageretur Conuentus nuper in terris Prussie etiam

nihil de eo sciuit dominus dux/ verum intellecto ex dnō Varmi:
en̄ Epō Conuentum generalem regni hic indictum esse, et qd
hic de moneta predicta constitui deberet. miserit illos huc ad
Mtem̄ suam declaraturos consilium et deliberationem ipsius dn̄i
Ducis quam scriptam porrexerunt et legi porierunt optantes vt
Mtas̄ sua illos gratiose in his absoluere dignetur.

Dixerunt posthac de differenciis limitum cum terra Samo:
githie et rogarunt vt Mtas̄ sua deputare velit Comisarios
et illis committere vt exeant ad loca differentiarum et cognoscat̄
diem etiam ad quem eiusmodi reuisio fieri debeat designare ve:
lit suis lr̄is Mtas̄ sua.

Rogarunt vt subdito domini Ducis de Kniphoff qui causam
suam in Iure Stargardien̄ obtinuit fiat iusticia executioq; rei
iudicate et sentencie pro eo late.

Commemorarunt donatos fuisse per Mtem̄ Regiam libertate
ad preces domini Ducis sui quosdam Sacerdotes qui apud do:
minum Epm̄ Vladislauien̄ in captiuitate detinentur. roga:
runtq; vt liberi dimittantur

Responsum a Sigismundo Rege Polonie Datum ad precedentem legationem Alberti Marchionis Ducis Prussie

Sacra Regia Ata habet in recenti memoria ea omnia que de ratione cudende monete Quedam pte ffltri domino Prussie Duce fuerant dicta et tractata, fuissetq; sue Ati pergratu si negotium ipsum ibi ad debitum finem perductum fuisset.

Verum cum ffltri domino Duci tunc visum erat rem ad Consiliarios et reliquos subiectos suos annuiss eciam ad id Ata sua nō gravatum, tandem vero ad hoc ipsum negocium transigendum Indixerat Ata sua Conventum Elbingi in quo cum ob certas causas de ipsa moneta concludi non potuit, indixerat non pridem et aliud Conventum in Culmen sed intervenit aura pestilens que et actiones omnes impediuit atq; ita ne in ipso quidem Culmen Conventu aliquid super ea re transigi potuit

Quia vero ipsa cudendi monete causa ad Ati sue non mediocri arce, perspicit enim sua Ata ex ea re si recte et ordine instituetur magnum futurum reipublice commodum quare cum non adsit hic in presens Consiliarii terrarum Prussie cum quibus de hoc ipso negotio monete cudende agi et concludi possit, vult Ata sua et tercium Conventu Elbingi ad feriam secundam post festum Purificationis Sancte marie proximum indicere et instituere Mandabitq; Consiliarios suos terrarum Prussie vt ad dictam diem illic adsint.

Ad ipsum etiam abssltri domino Prussie Duce fieri cupit Ata sua vt sua ffltas eciam Consiliarios suos illuc mittat qui

collatis vtrinq; consiliis tandem decernerent constituerentq; quo valore et qua estimacione ipsa moneta cudi debeat tam in sue Mtis q; in Illtis sue dicione Quodsi vero in illo ipso futuro Elbingen Conuentu inter vtrosq; Consiliarios de eius monete cussione conuenire non poterit tum sua Mtas ibidem mentem et voluntatem suam super eadem re aperiet et promulgabit vt videlicet moneta ipsa eo valore et estimacione in vtraq; dicione cudatur quemadmodum Cedani in pntia Illtris domini Ducis fuerat tractatum et constitutum.

Quod Illtris dominus Dux Prussie per vos domini Legati ad suam Mtem retulit de quadam dissenssione que inter dicione sue Illtis et Samogithiam, finium causa exoritur, scire velit sua Illtas q sua Mtas breui se ad magnum Ducatum Lithuanie conferet, quo cum foeliciter preuenerit, non grauetur Illtas domini Ducis eo nunctium suum mittere et suam Mtem eiuscemodi negotii admonere Mtas vero sua illic existens et Commissarios ad reuidendos fines designabit et tempus atq; diem earum reuidendarum constituet, curabitq; vt quod cuiq; Juste ~~is~~ venire debet id possideat.

Quod preterea Illtris dominus Dux cupit vt cuidam subdito suo de Kneiphoff qui Stargardie sententia pro se obtinuit eius sentencie execucio fieret, sua Mtas imperabit per lras suas vt eidem subdito suo indilata iusticia ministretur

Caeterum sacerdotes qui apud Rmu dominu Cpum Vladislauiensem iam dudum vincti detinentur, pro quibus Illtris dns Dux tantopere est solicitus et mandauerat iam dudum sua Mtas liberos mittere et nunc coram eidem dno Cpo mandauit, Quare sua Illtas in hac q; re compos sui desiderii efficietur.

Sigismundus Rex Polonie
Alberto Duci in Prussia

Illtris Princeps et domine, Nepos nr charme. Tametsi non dubitemus nunctios vre Illtis qui nuper apud nos hic fuerunt relaturos esse eidem vre Illti quod Conuentum in Ciuitate nra Elbingen indicere statuimus et iam indiximus ad feriam secundam proximam post festum Purificatiois Sancte Marie domine nre vt in eo tractetur et consulatur cum de negotiis ad bonum et tranquillum Statum terrarum Prussie spectantibus, tum de racione cudende monete vniformis de qua hactenus nichil constitui potuit, tamen visum est nobis vram Illtem de Conuentu quem Elbingi ad diem supradictum indiximus hiis lris nris etiam facere certiore quam putibus requirimus et hortamur vt ad eum ipsum Conuentum Consiliarios et Oratores suos cum plena et sufficienti ptate mittat eisqz precipiat vt tandem cum nostris Consiliariis et subditis conueniant quo valare quaue estimacione moneta ipsa cudi istic debeat, nos enim non paciemur rem hanc apprime necessariam vlterius protrahi, sed si Consiliarii nri cum Oratoribus vre Illtis de illa conuenire no poterint nos super ea mentem et sentenciam nram in dicto Conuentu Elbingen futuro declarabimus et aperiemus eamqz ab omnibus acceptari et exequi precipiemus, bene valeat vra Illtas Dat 2c

Sigismundus . I . Rex Polonie .
Mauricio Episcopo Varmiensi .

Habuit hic apud nos Nunctios suos Illtris dominus Prussie Dux per quos nobis significauit desiderium suum de noua moneta in suis terris cudenda . Nos vero quia volumus debite prouisum iri vt moneta nrã quam ibidem in Prussia formandam et cadendam cogitamus quoad licebit non discõueniat à moneta ipsius domini Ducis . Respondimus ipsi domino Duci indicturos esse nos proxime Conuentum in Prussia ad quem venientes ipsius domini Ducis Nunctii tractent illic cum Consiliariis nris et concludant de conformãda eadem vtraqz moneta et de eius valore .

DE Contribucione à Plebanis exigenda quis non sit in vsitatum eos semper solere contribuere et est plene de eis expressum in vniuersalibus lris nris tamen quia vrã Ptãs scribit ita visum esse Consiliariis nris ideo nichil moramur non esse ab illis exactum .

Cysẽ pecuniam quã collectam apud se esse scribit vrã Prtãs per primam oportunitatem eam reponat in manibus Joannis Balinski Thesaurarii nri terrarũ Prussie .

De reliqua colligenda Cysa siue semel in anno siue bis eandem colligere voluerit vrã Prtãs relinquimus hoc illius prudẽcie et affectui erga nos facturam eam credentes id quod videbitur illi futurũ maxime commodum et nobis et reipce nre bene valeat vrã Prtãs Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis Terrarum Prussie.

Rnde in Chro Pater sincere nobis dilecte. Nichil ambigimus, notum esse vre Prti Qua cura quaqz sollicitudine iampridem distineamur, quo in terris Prussie nobis subiectis eius generis et valoris numi percuterentur, vnde eciam toti Regno et dominiis nris nedum terris istis honor vtilitas atqz augmentum proueniret. Quam ad rem cum multum conducere videatur si in ditione Illtris domini Prussie Ducis Nepotis nri paris valoris et existimacionis numus cuderetur ac in terris nris cudetur. Egimus quidem de hac re coram cum eodem Illtri domino Duce, cum apud nos Qdam fuisset, verum ipse tunc causas quasdam in medium adducebat, quibus sibi de ea ipsa monete cudende re, tunc nobiscum concludere non conueniret, ob eamqz rem nos alterum et item alterum istic in Prussia Conuentum de constituenda ea ipsa, quam tantopere constitui cupimus, re Monetaria indixeramus. Sed nec ita in hiis ipsis Conuentibus vt nouit vra Prtas de eodem negotio aliquid certi est constitutu, cum propter alia, tum propter Pestem, que eodem tempore isthic inualescens, rem omnem interturbauerat, nouissime dum hic totius Regni nri Conuentu agimus superuenerunt ab eodem Illtri domino Duce ad nos legati qui inter cetera mandata hoc precipue a nobis contenderunt, vt tandem de totius rei monetarie racione in vtraqz dicione per nos determinaretur, concluderetur qz Quod quis nos qz cupide volebamus tamen, cum nemo ex Consiliariis nris istinc hic apud nos comparuerit, no erat nobis visum vt super ea ipsa re absentibus vestratibus

hic quicq̃ constitueremus verum ad eam rem tandem constituenda
alium Conuentum Elbingi ad feriam secundam proximam post
festum Purificationis 1528 Sancte Marie domine nr̃e Iudicendum du:
ximus. Indicimusq; per presentes venturi sunt ad eum etiam
Illtris domini Prussie Ducis homines qui vna vobiscum de ipa
racione cudende æqualis monete sunt tractaturi et transacturi
Mittemus nos q̃ ad eundem Conuentum Elbingen̄ Legatum nr̃m
qui cum de cæteris rebus nos terrasq; istas nr̃as concernentibus
tum de racione Monetaria vram̄ Pr̄tem et alios Consiliarios
nr̃os verbis nr̃is reddet certiores presertim si de ea ipsa racio:
ne Monetaria vobis cum Illtris domini Ducis Legatis in hoc
ipso Conuentu conuenire non poterit, aperiet n. tunc ipse Lega:
tus nr̃ mentem voluntatemq; nostram quale et cuius valoris
genus Monete in vtraq; dicione haberi velimus. Ideo hortamur
vram̄ Pr̄tem et volumus vt ad eundem Conuentum agendum
et de racione Monetaria tum etiam de ceteris rebus Reipub̄ce
tractandum et mutuo conferendum ad diem et locum superius ex:
pressum se recipiat et aliter non faciat Valeatq; foeliciter vr̃a
Pr̄tas Dat.

Vt autem Nobilitas non ignoret ea que in predicto Conuẽtu
Elbingen̄ proponentur et agentur volumus et mandamus tue
s. vt ante eundem Conuentum Elbingensem statuat et indicat
suis litteris Conuentum particularem Palatinatus sui vt in eo
Nuncij ad predictum Conuentum Elbingensem eligantur et mit:
tantur et bene Valeat

ИБ

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis Terrarum Prussie.

Rnde in Chro Pr etc Sincere nobis dilecte. Indixeramus quidem Conuentum terris nris Prussie et vobis Consiliariis illarum terrarum, in Ciuitate nra Elbingen ad feriam secunda proximam post festum Purificationis Sancte Marie, litterasq; id significantes per Palatinatus dimisimus: certumq; habebamus talem Conuentum omnino subsequi debuisse. Dumq; Legatum nostrum cum mandatis ad eundem Conuentum hinc dimittere volebamus Superuenerunt nobis lre ab Illtri dno Alberto Marchione Brandeburgen et Prussie Duce Nepote nro quibus nobis significauit se magna et graui necessitate adactum profectionem in Slesiam adornare, et ideo Legatos ad tale Conuentum, ad tempus videlicet constitutum se minime mittere posse Qua re ex literis eius intellecta, consideratoq; q negotium illud ob quod Conuentus ipse potissimum indictus erat videlicet rei monetarie constituende causa sine Legatis eius confici non potest, necessario eundem ipsum Conuentum in eadem Ciuitate Elbingensi habendum ad feriam secundam proximam post dominicam Oculi transposuimus, transponimusq; itaq; Stem tuam hortamur mandantes quatenus ad dictum locum et diem se conferat et cum reliquis Consiliariis et Ciuitatibus reliquisq; subditis nris de hiis omnibus rebus tractet et constituat de quibus in nouissimis lris nris (quas ad eandem tuam Stem perlatas esse minime dubitamus), abunde perscriptum est, presertim vt res monetaria sine vlteriori dilacione constituatur Quod pro officio suo et in nos fide facturam illam confidimus

Responsum a Sigismundo rege Polonie Datum Nunctio Illustris Alberti Ducis in Prussia. Marchionis Brandeburgen

Sacra Mtas Regia ad Legationem vram ita respondere mandauit. Commendat plurimum Mtas sua hanc sollicitudinem et curam quam gerit Illtris dominus Dux in Prussia de conseruando Statu et ad obuiandum hiis telis et tragulis que in suam d. alicubi intendi videntur.

Excussit secum Mtas sua responsum Mgci domini Mgri ~~et aliorum~~ et aliorum ordinum terre Liuonie qui cum pollicentur se nichil hostile sua sponte aduersus Mtem suam et ipsum dominum Ducem in Prussia Commissuros esse sed continere se velle in omni tranquilitate et concordia, censet Mtas sua id ab illis in eam partem accipiendum et nullam illis huius animi mutandi occasionem prebendam.

Verum q exceperint addictos se Summo Pontifici, et Coesaree Mti neq sibi integrum esse, vti se aliis ita obstringerent vt debitum suum suis superioribus verticibus prestare non possent id etiam quia pro sua professione iuste pretendunt, censet Mtas sua boni consulendum et quod dant grato animo ab illis accipiendum.

Interim vero obseruandum si quid vel apud summum Pontificem ac Coesaream Mtem vel alibi machinabitur, et si quid emerserit huiusmodi huic erit oportuno modo obuiandum et prouidendum qua in re Mtas sua iuxta pacta et inscriptiones suas Illtri domino Duci nullo vnq tempore vult deesse

Quod ad transitum gentium attinet censet Mtas sua paruo nu:

mero transsevntes, Liuoniam libere permittere, ne qua causa hostilitatis ipsis Liuonien' preberetur verum si tanto numero proficiscerentur vt belli suspicio daretur eas non suadet Mtas sua permittendas Nam Mgr ille belli necessitatem pretendere non potest presertim cum Moscho cum quo nunc foedus iniyt et ad resistendam illi sue sibi gentes sufficiunt. Et proinde si quando de hac re ille quereretur possit Illtris dominus Dux in eum modum se excusare.

Sigismundus Primus Rex Polonie Alberto Marchioni Duci Prussie.

Illtris Princeps et domine Nepos nr charme Salutem et plurimam foelicitatem. Accepimus lras ab Ill: vra manu eius scriptas quibus primum nobis gratias agit q familiarem et Cōsiliarium eius Echium a Repchaw benigne exaudiuimus dimisimusq Rogat deinde ne illa ipsa mandata que ipse Echnius nobis exposuit (propterea q sunt magni momenti) vēto commendaremus solemus quidem omnes nos adeuntes benigne audire fecimus itaq etiam eo libentius vt eius Principis et Nepotis nri charmi Legatus peculiarem benignitatem nraz experiretur. Mandata vero que nomine Illtis vre ab eodem Echio nobis exposita sunt queq etiam cum literis his quas modo ab Illte vra accepimus consentiunt et congruunt adeo animo sensibusq nris inheserunt vt prouidentiam eiusdem Ill vre fidem et curam quam de rebus communibus gerit summopere probamus comendemusq Quamobrem curabimus breui vt tam fidelibus adhortacionibus suasionibusq Illtis vre mos geratur Nam modo Conuentum hunc Regni nri agentes tot negociis tum nostris tum externis distringimur

vt rerum ab Illte vrā propositarum executionem in tempus pau:
lo posterius differre cogamur. Sed absoluto Conuentu hoc impe:
rabimus e vestigio omnibus ordinibus terrarū Prussie diti:
onis nrē vt armati et instructi presto sint, in omnem euētum
presertim q palam sit, totam pene Europam bellis tumultari, qq̄s
autem vt ex dictis terris nrīs nemo hic in hoc Conuentu ad:
fuit, videlicet, propter pestilitatem quē easdem terras misere
affecit atq disiecit, tamen ne res in longum trahatur, Consti:
tuimus peculiarem Nunctium nrm̄ istic mittere qui eis verbis
nostris mandet, eaq super eiusmodi negocio fuerint necessa:
ria et opportuna et que vrā Illtas lrīs suis perscripsit Qua
interim foeliciter valere cupimus, nec dubitamus fore, vt amor
et fides in nos, re ipsa perpetuo comprobetur Dat

485

MB

Sigismundus primus Rex Polonie

Ioanni Regi Vngarie.

Ser^me Princeps etc. Non mirum est, q̄ in tanta rerum pertur:
batione qua Regnum Hungarie (deo permittente) sic vt palā
cernimus concutitur, plurimi subiectorum M^tis vr̄e varie affi:
ciantur et distineantur, huic etiam consecutum esse arbitramur
q̄ nomine Generose Catherine Consortis Generosi olim Mi:
chaelis Charvath de Palaczew vidue suplicatum nobis sit vt
eam vna cum liberis suis M^ti vr̄e comendaremus, timere se
quidem dicit ... et angi, ne in hac temperie et dissidio rerum,
in possessionibus et facultatibus suis liberorumq̄ suorum iactura
et damnum faciat, nec mirum videri debet, si mulier imbecil:
llis sexus perhorrescat, cum et viri qui fortes et constantes esse
deberent vacillant et permoueantur. Quomodo autem cum
eiusdem mulieris rebus agatur non vsq̄ quaq̄ didicimus sed
suspicio est eam in metu esse. Rogamus M^tem vr̄am ve:
lit ita dicte mulieris Catherine simul et liberorum eius ra:
cionem habere solitaq̄ clemencia sua (quoad licuerit) erga
eam vti, vt ipsa commendacionem nostram sibi senciat apud
M^tem vr̄am profuisse, Quam triumphantem et optime valen:
tem diutissime regnare optamus. Dat.

ИБ

Sigismundus Primus Rex Polonie Ioanni Regi Vngarie

Ser^me Princeps et domine affinis et tanq̃ fili char^me. Fidelis dilectus nr̃ Generosus Laurentius Myschkowski de Mirow retulit nobis se à Mte vrã literis in seruiciu eius esse accersitum, cuius opera tametsi nos etiam in rebus nr̃is et Reipublice Regni nr̃i vti possemus, tamen cum eum Mtas vrã idoneum designauit cuius opera vti vellet, perlibenter eum ad eam dimisimus, pergratum nobis facturam Mtem̃ vram̃ arbitrantes, si eum propter commendacionem nram̃ peculiari gratia sua prosequi dignabitur, qua foelicissime et diutissime valere et regnare cupimus, eiusq̃ amori nos commendamus

Tomicius Broderico

R. ME in Chrõ Pater et domine amice char^me. Salutem. non dubito quin vrẽ R^me. D. satis constet Martinum Ließieczki in Aula Vladislai patris et Ludouici filii bone memorie Ser^morũ Hungarie et Bohemie Regum, à primis vsq̃ annis magnam partem ætatis sue consumsiße nec tamen (vt apparet) fructum meritis suis dignum illinc apportasse, nam preterq̃ quicquid ex liberalitate eorundem Regum consecutus erat huc per Morauiam proficiscens a grassatoribus circumuentus amisit, etiam apud Regnialem Mtem̃ Hungarie est delatus, quasi ipse ex suppellectili Regia et vestibus aliquid quid ei non attineret

abstulisset. quod tamen cum sibi primum per licenciam grassatorum qui nunc omnia pene itinera obsident, licebit isthuc ad suam Rlem Mtem veniens falsum esse probare se intendit. interea vero temporis, vt vrā Rma D° existimacionem eius et famam commendatam habere velit, nec paciatur ei aliquorum male: uorum susurris et clandestinis sermonibus iniuriari, eam plurimum rogo, ita et veteribus eius meritis pro aliqua parte consulet vrā Rma. D. et michi rem admodum gra: tam faciet cui me commendo Quamqz diu sospitem et foe: licem esse desidero. Datt Cracouie etc

Sigismundus .i. Rex Polonie

Marie Regine Vngarie. vidue

SErma Princeps et domina. Martinus Liesieczki qui, et Vla: dislao fratri nro et item Ludouico Nepoti Sermis Hun: garie et Bohemie Regibus ab primis suis annis serui: uit declarauit nobis Mtem vram se litteris admonuisse certarum rerum, videlicet vestium reliqueqz suppellectilis Regie quasi ipse post interitum Sermi domini Ludouici Re: gis ea sibi vsurpasset ob causam eadem, Mtas vrā ei coram se comparendi et de predictis respondendi certum tempus videlicet diem Sancti Martini eisdem literis designasset Idem Liesieczki tametsi publice apud nos testatus esset, preter peculium suum nichil isthinc abstulisse et idem ipsum peculium cum curru ceterisqz rebus sibi per predones in Morauia di: reptum et ablatum esse ita vt egre ipse vitam suam serua: uerit, tamen imperio vre Mtis libentissime parere vellet et ad constitutum tempus se ei sistere, et se innocentem esse docere si sibi secure et sine vite discrimine (quod iam semel expertus est) istuc venire liceret et proinde Mtem vram

rogamus vt habita eciam eiusdem Liesieczki veterum merito:
rum benigna racione hanc eius iustam et à racione profectam
contumaciam boni consulere dignetur quandoquidem ipse, cū:
primum prouincie iste post tantam cladem acceptam tumultuā:
tes pacaciores itineraq; ipsa à grassatoribus securiora fient
ad Mtem̄ vram̄ venire et in quibus locis vel apud quos sup:
pellex Regia consistat et preter res suas proprias nichil in:
de abstulerit, nec tamen eas huc attulerit significaturus Quā:
quidem ad rem et nos ipsi operam nauabimus vt ita Mtis
vrē voluntati mos geratur Quam fœlicissime valere opta:
mus eiusq; mutuo amori nos commendamus Dat

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis Ducatus Masouie vt ad Comitia Varseniā veniant

MAgcē sincere nobis dilecte. Cum in proximo generali Regni
nri Conuentu quem Cracouie celebrauimus Nuncii terrarū
Ducatus nri Masouie apud nos fuissent nosq; eis declara:
ssemus quo modo et ordine expedicionem bellicam ex eodē
Ducatu nrō habere vellemus ydem ipsi Nuncii responde:
rant nobis se super eiusmodi re nullum à fratribus suis
hoc est à Nobilitate eiusdem Ducatus habere mandatū
et ob hoc super tali re nichil se tunc nobis respondere posse,
eaq; propter Supplicauerant tunc nobis, vt totum illud
negocium in publicam tocius Nobilitatis deliberacionem
et consultacionem mitteremus, et vniuerso Ducatui nostro
Masouie super tali negocio deliberando Conuentum genera:
lem indiceremus Nos quia æqua et iusta à vobis peti vi:
debamus precibus eorum acquieuimus Conuentumq; ge:
neralem ad eiusmodi negocium tractandum Varschouie
ad feriam secundam proximam post festum Sancti Mathei

Apostoli et Euangeliste mdicendum duximus et mdicimus quo etiam nonnullos Consiliarios regni nri mittendos con: stituimus et per eos mentem et voluntatem nostram ommbus subditis mis istius Ducatus declarabimus. Quocirca Sti tue mandamus quatinus ad tempus et locum suprascriptu se conferat et ni comúne consulat quibus modis quoúe or: dine expedicio militaris talis qualis ex aliis terris Re: gni mei fieri solet eciam ex eo ipso Ducatu nobis et re: gno meó obuenire posset Cum ipsum regnum nostrum tot hostilitatibus circumfusum vndiqz sit, vt defensioms publice onus suie aliorum qui de corpore eius sunt admimculis su: apte sustinere non valeat Sic igitur et non aliter faciat tua S. pro gra mea Datis

Sigismundus primus Rex Polonie
Andree de Niszice Palat° Plocen
nuncio ad Conuentú Varsseuien designato.

Magce sincere nobis dilecte. Non incognitum esse censemus S: e. quomodo ai mi proximo preterito Cracouien Conuentu cum Nu: dis Ducatus Masouie ageremus eos Regno meó vnire et vt bellicam expedicionem et alia onera pariter et equaliter cum reliquis terris Regni mei ferrent inducere volentes, ipsos no: bis respondisse se a fratribus suis. hoc est a cetera Nobilitate Ducatus Masouie de talibus rebus agendi et tractandi michil habere in commissis, et propterea de eisdem rebus sine eorum voluntate michil agere et tractare, atqz ita nec respondere posse quin nobis suplicabant quatems super talium rerum tractatio: ne et deliberatione eis et toti Nobilitati Ducatus Masouie Co: uentum generalem in Ducato ipso Masouie indiceremus, Nos vtqz iustis supplicacionibus eorum acquiescentes, designauimus atqz instituimus eis Conuentum generalem Varschouie ad feria

secundam proximam post festum Sancti Mathei Apostoli proxime futuri Cum autem certos Consiliarios nros qui eis mentem et voluntatem nram super eiusmodi rebus significarent et eos vt se iuribus et libertatibus Regni nri incorporari pate: rentur inducerent ad eundem Conuentum missuri sumus, tua etiam S. vtpote ad id munus obeundum idoneum illuc mitte: re decreuimus Quare eam hortamur vt se tali legationi vre obeunde accingat ad diemqz et locum superius descriptu conferat, illicqz cum cæteris Consiliariis et Oratoribus nris ad id designatis, negocium ita tractet quemadmodum ex instru: ctione nra, quam per Rndum dominum Cpm. Camenecen mittimus plene intelliget, pro officio suo et gra nra factu: ra. Que bene valeat Dat

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Incolas Ducalis Masouie missa

Res ipsa per se nota est, nec dubitandum, aliquem inter vos esse, qui modo mediocri rerum peritia imbutus sit, qui hec ignoret: Quomodo aliquot retro seculis gens et lingua nra, in has oras et regiones quas modo incolimus, comigrauerit, Sedesqz hic in hijs locis fixerit. Cumqz in infinitam pene multitudinem co: alnisset omnesqz finitimas nationes sibi infenssas esse perspexis: set, id, quod lex nature et reliquarum gentium mos suadet, ad vnum omnia deferre constituerat, vt ita vni qui sit optimus summa rerum tradita, eius imperio pareret. Sic enim et aduer: sariis resistere et tranquillius vitam agere se posse existima: uerat.

Cuius rei argumento sunt multæ et vetuste littere, veterum Regum et Ducum Signis comunite, quę tum per Arces, tum

vero per templa religiosissime custodiuntur: satisq; constat Mes-
konem primum eundemq; pissimum Ducem, et Boleslaum pri-
mum Polomé Regem, omnes fere Cpatus istos, qui nedum in
Regno Polomé, sed etiam in finitimis prouinciis habentur
fundauisse puta Archiepatum Gnesnen', Cpatus Cracouien',
Vladislauien', Posnaniensem, Culmen', Lubinen', in Pomera-
nia Caminen', et alios plurimos, cuius Regis Imperio ad
vniuersa gentes lingue nostre parerent, incredibile dictu,
est q; longe lateq; terminos dicionis sue propagarent, et quato
terrori victis nationibus existerent.

Tandem vero (vt fere omnibus rebus usu venit) dum eadem
gens nra in Rrecem sume potencie decorisq; euaserat, vt sut
res humane fluxe et fragiles, extincto illo ipso tam pio Rege,
in deterius prolabi et in diuersas factiones, qui Ducatus vo-
cabantur scindi cepit, ita q; ex uno eodem q; amplissimo Re-
gno multi Ducatus successerunt, demum cum successu tpis,
homines, multitudinis Primapum pertesi essent, sublatis e me-
dio multis, iterum res omnes in potestatem vnius, hoc est Re-
gis deuenerat.

Tamen Ducatus ipse Masonie singulari quadam prouidencia
diuina usq; in hec tempora, seorsum ab Regno Polomie, annul-
sus, sub Imperio Ducu Masonie vigebat, quatenus stirps mas-
cula non defuerat.

Cum vero deo ita ordinante nuper stirps illa Ducalis in Ma-
sonia penitus extincta esset, et natura, et gentium iure aquum
est vt membrum a corpore suo iam dudum separatum tandem
corpori suo vniretur et sub Imperium vnius capitis
hoc est domini d Sigismundi Regis Polonie domini nri
gracios^mi et Corone Regni Polonie adiungeretur.

Quòd negotium tentatum quidem est in proxime preterito Cra:
couien̄ Conuentu cum Oratoribus Ducatus Masouie per
Regiam Mtem̄, et Senatores Regni, sed Oratores ipsi Ma:
souie renitebantur, nec super eisdem rebus, aliquid tracta:
re volebant, asserentes se nullam facultatem vel mandatum
super eiusmodi rebus habere, .. ab hiis qui eos miserunt.
Quare Mti sue suplicauerunt, vt totum hoc negotium vni:
endi et incorporandi Ducatus Masouie ad Regnum, ad Du:
catum ipsum, et ad Incolas eius redimitteret, et Conuentum ad
talia tractanda Varßouie indiceret.

Quòd sua Mtas ex singulari sua clementia effecit Conuētuq̄
huc Varssouien̄ indixit et agi voluit, nosq̄ huc ad vos in
eo negocio misit vt vobiscum super eiusmodi rebus ageremus

Cum itaq̄ sua Mtas regia plane perspiciat indecorum et pene
absurdum esse si pars suo toto non congruat, suadet et horta:
tur, immo precipit, vt cum (deo volente) iam vnius capi:
tis et corporis membra effecti estis, etiam vnis legibus atq̄
institutis vtamini, eis vicz̄t quibus mater ipsa nr̄a Polo:
nia reliqueq̄ terre Masouie, puta Plocen̄, Gostinen̄, Ra:
uensis, Sochaczouien̄, et Belzen̄, vtuntur, precipue quod ad
expedicionem militarem et bellicam attinet cupit sua Mtas
vt eam æquo iure, et ordine cum vniuersis terris Regni.
Polonie subeatis, et inuicem super hiis rebus conferatis, et
omnia hec de quibus supra mentio habita est, in pn̄tia no:
strum constituatis et firmetis

Id cum effeceritis multum honoris et dignitatis atq̄ commo:
dorum rebus vr̄is inde accedet, libertatibusq̄ et cæteris
sum̄is prerogatiuis quibus nichil est dulcius perfruemini, et
Regie Mtis domini nr̄i clementissimi gratiam vobis concili:

abitis, vobisq; ac posteris vr̄is tum et bono et tranquillo Sta:
tui vestro optime consuletis.

Cætera prudentie dominorum Oratorum comittantur, qui
ita adaptabunt sermonem et consilia sua, prout res ipsa et
dignitas Regia ac Reipublice necessitas exposcere vide:
bitur

Petrus Tomiczki Ep̄s Crac̄. Vicecancellarius Abbati Lubinensi

Rnde Pater, et domine frater et amice in Chr̄o charm̄e
Satis constat omnia Monasteria et Monachos Cistercien̄
ordinis in Regno Polonie, ob raram superiorum visitacione,
in eos errores et vitam minime religiosam, prolapsos esse, vt
nisi tempestive eis provisum fuerit, et nisi ipsi ad arctiore
viuendi normam reducentur, verendum est (presertim
orbe chriano adeo tumultuante) ne et ipsi pessumeant, et bo:
na omnia hoc est possessiones Monasteriis donatas perdant.
Abbas clare tumbe cui officium visitacionis incumbit, quiq;
cæteris exemplar honeste vite esse deberet, adeo ista minime
curare videtur, vt nichil minus q̄ id quod debet esse velit, nō:
ignoramus precessorem nostrum dominum Joannem Cpm̄ nō
vnis lr̄is egisse cum Pr̄te vr̄a, vt huc veniens ipsam rem
Cisterciensis professionis in deterius prolapsam restitueret.
quod quibus de causis non successit nescimus, Rogamus plu:
rimum vr̄am Pr̄tem velit posita omni mora iam tandem huc
accurrere, nam res ipsa diuturniorem moram non patitur.
si enim ordinem suum hic in hoc Regno ad honestius et fru:
galius vite genus redigere tardauerit, dubitamus an post ea
habeat, vbi Iurisdicionem suam exercere possit. valeat felr

490

vrā Pr^tas et nos in suis et fratrum suorum orationibus habeat commendatos Dat.

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Hungarie et Bohemie regi

Ser^me Princeps etc. Ante annos fere decemseptem, dum res certe in Germania ad vsum nr̄m coempte, tum etiā subiectorum nrorum, Negociatorum Cracouien̄, merces multe per Slesiam huc veherentur, prędones quidam ex Ducatu Slesie in tales nr̄as et subiectorum nrorum res, Impetu facto omnes dirupuerant, et abstulerant, Qua de re, cū apud Ser^mū olim Vladislaum Hungarie et Bohemie etc. Regem fratrem nr̄m char^mū questi essemus, Imperauerat idem fr̄ nr̄, Presidibus et generaliter, vniuersis Slesie Incolis per edictum et lr̄as suas, vt in eosdem predones, fautores, receptatoresq; eorum inquirerent, et de comprehensis, supplicium sumerent, quod et factum est, nunc post tot annorum decursum sub foelici regimine Mtis vrē, prout intelleximus quidam ex Territorio Gerlicen̄ Senatum Gerlicen̄ rerum postulauerūt, q̄ in quosdam fratres Cothuicios, vtpote fautores et receptatores talium prędonum animaduerterit et Mtās vrā dicto Senatui, cum aduersariis eius, diem post Penthecosten xiiii designauit. Cui cognicioni siue ipsa Mtās vrā presidebit, siue id suo consilio mandabit, tametsi nihil dubitamus, eundem Senatum nihil nisi quod æquum et iustum est ex iudicio reportaturum, tamen, nr̄arum et subiectorum nrorum rerum direptionem, reiq; ipsius seriem prout superius attigimus, ad noticiam eius lr̄is hiis nr̄is deducere voluimus Quo Mtās vrā Gerlicen̄ ipsos, Regis sui edicto parentes, nobisq; gratificari volentes et comuni

paci atq; securitati studentes, gratia sua prosequatur, et ad ab:
soluendos eos clementior, propensiorq; fieret. Cupimus foeli:
cissime dnitissimeq; valere eandem Mtem vram, cuius amo:
ri nos comendamus Dat

Sigismundus .I. Rex Polonie Joanni Dantisco oratori apud Cesarem

est supra folio 482.

MAgce fidelis dilecte. Quod te hactenus à munere Legacionis
quo isthic fungeris non absoluerimus, neq; te ad nos reuocaueri:
mus, facit cum rerum nrarum racio, tum temporis huius pertur:
bati condicio. cumprimum tamen oportunum nobis tempus videbr
te absoluendi, euestigio tibi declarabimus, et te nobis restitue:
mus, interim maneto adhuc istic in Aula Coesaree Mtis, do:
nec à nobis fueris reuocatus, et que ad rerum nrarum vtili:
tatem, nramq; cum Coesarea Mte beniuolenciam et coniunctio:
nem faciunt, diligenter vt hactenus fecisti curato. Ceterum solu:
to quadragesima preterita. Conuentu Regni nri petiuit
à nobis Mgcus Jaroslaus Laski Pallatinus Siradien venia sibi
Loretum ad quedam vota persoluenda concedendi, qua obtenta
intelleximus posthac illum omisso ipso votario itinere in Vn:
gariam deflexisse, seseq; illi Regi addixisse, demum in Gallia
et Angliam eius nomine profectum esse, prorsus absq; vlla
sciencia et voluntate nra. hec ideo tibi scribimus, vt si fama
aliqua istuc ad Aulam Cæsaree Mtis de ipso et actis eius per:
manauit aut postea permanauerit, scias rem vti se habeat, vt
suspicionem si quam inde de nobis vel Coesarea Mtas vel ali:
qui alii conciperent vera racione diluere posses, nollemus
enim causa huiusmodi Ardelionum videri quicq; aduersus amo:
rem et coniunctionem nram cum Cesarea Mte committere. Nam
profecto vt hec legacio facta sit sine sciencia et voluntate nra
ita et molesta est nobis plurimum et erit omnino no impunita, cu:
res vt sepius nobis scribas et bene vale Dat

ИБ

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancellarius
Joanni Dantisco oratori apud Cesarem regio.

Magce domine amice nr charme Salutem. Quod tantopere tot
lris et precibus a Regia Mte precatus es, id tandem nobis etiam
calcar admouentibus, assequutus esse videris si quidem Mtas sua
cum gra sua te istinc iam reuocat prout hec ex lris eiusdem Mtis
tibi inscriptis, plenius cognosces, submittit vero istinc sua Mtas
Venerabilem dominum Joannem Leuitium Cantorem Plocen No:
tarium suum et Serme domine Regine Coniugis sue qui res
sue Mtis si ita opus facto fuerit isthic custodiat, tu autem eru:
dias illum his rebus quibus eruditum fore opportet, prout
tibi id ipsum eciam Regia Mtas mandauit et quo molestiam
et pericula Nauigacionis vitare et terrestri itinere comodius
ad nos redire posses mittuntur tibi, et Sermi et Chrianismi fra:
corum et etiam nri Regis publice fidei litere, quibus fretus ad:
hibita eciam ad hoc ea, qua alias in oibus rebus gerendis adhi:
bere semper solitus es diligentia poteris, per tot Regna et vrbes
ad nos redire, venies autem gratissimus fidei et laborum tuo:
rum quos exhausisti, debitos et dudum optatos fructus percepturus
Cum autem Mtas regia vadat hinc intra quatuor dies ad summum
in Lithuaniam cum Serma Coniuge sua, tu ad nos ad regnum,
veniens fac descendas nam nos in bonis et possessionibus Epatus
nri manere et paululum vires fractas reficere decreuimus
Noua que apud nos sunt ex domino Leuitio cognosces bene
Vale Dat



Въ этой рукописи четыреста девяносто два (I + 491) писанныхъ листа,
изъ нихъ листы 320 – 327 печатные.

Библіотекарь [illegible]

Lat. F. IV. 145/VI

Palmer 7.406

Moskwa 40. 408. 409

Inflanty 80

Zwycięztwo X Kiniet. Ostrogs. 375



Въ сей рукописи четыре-
ста девяносто два
(I+491) листа.

XI/2-9/1901




Латинская